SEXTI AVRELII

PROPERTII

CARMINA QVAE EXSTANT

EX RECENSIONE

C. T. KVINOEL

TOMVS SECVNDVS

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS VIDVAE POMBA ET FILIORVM
ANNO MDCCCXXIII

LAVRENTII SANTENII

PRAEFATIO

Magnum dolorem boni omnes, et verae eruditionis studiosi, ex *Burmanni Secundi* morte, quae ante duos ferme annos accidit, ceperunt. Quamvis enim vir, excellenti et immensa doctrina abundans, iam quintum et sexagesimum aetatis annum attigisset; tamen eius obitus immaturus et acerbus existimandus est, quod, quorum ingeniis immortalia opera parantur, eorum vita ultra mortalitatis terminos producenda videatur. Quis autem (quod sine cuiusquam contumelia dixerim!) tot tam praeclaris operibus haec humanitatis studia auxit et ornavit? quis non iuvenum solum, sed etiam virorum animos tanto cum eruditionis, tum patriae amore inflammavit? Quis illi unquam par repertus est in ingeniis ad magna quaevis et gloriosa excitandis? Vera me praedicare, sciunt, qui in illustri Amstelodamensium Athenaeo, per sex et triginta annos Burmanni nomine illustrato, animose docentem mecum audiverunt; quorum multi, aut patriae urbis regimini admoti, aut quarumvis artium doctrinam professi, se nunc quoque sub Burmanniana disciplina animum excoluisse gaudent. No-

vi, quos Burmannus uno verbo ad literarum amorem sic incenderit, ut eum non nisi cum vita deponerent. Sed Burmanni dotes et merita recensere mearum non est partium, praesertim aliis hoc officio iam rite defunctis.

Quum vero omnis Burmanni vita in laboribus eruditis consumeretur, non mirum, si mors eius inchoatum aliquod opus abruperit. Quam sortem Propertio, facundissimo poëtae, obtigisse, eo magis dolemus, quod opus, cui tot annorum labores Burmannus impenderat, dimidia sui parte iam typis descriptum, ad finem properabat, et iustam ei doctorum omnium gratulationem spondebat. Iam etsi aliorum complurium editionem animo agitabat, saepe tamen mihi, quasi instantem mortem praesagiens, significavit, satis diu vixisse sese existimaturum, si Vmbri vatis commentario absoluto vixisset. Itaque hac de re interdum desperans Burmannus, pro eo, quo me complectebatur, amore, me sibi, si quid accidisset, hoc in opere successorem designabat. De quo quum satis constaret nobilissimis optimi viri propinquis, post mortem mariti patrisque ad me, non invito librario, operis redemtore, librum curandum detulerunt. Ego vero mihi gloriosissimum fore putavi, et amicissimis manibus iucundum, tanti magistri opus ad finem perducere, et omnes curas eo conferre, ut, quantum in me esset, Burmanni nomine dignum in lucem exiret. Et, quamvis imparem me successorem esse, probe nossem, tamen quum Burmannus totum fere commentarium in sche-

dis descriptum reliquisset, non tam doctrinam, quam attentam curam requiri, iudicavi. Itaque eius autographum secutus sum, omittens interdum, quod ipsum Burmannum, si retractare per fata licuisset, omissurum fuisse, confidebam, de meo nihil fere immiscens. Hoc tamen intelligi nolim de ultima Propertii elegia, sive de nobili illo, et multum a criticis vexato Corneliae epicedio. Id quoniam Burmannus vixdum inchoaverat, ego mihi totum tractandum illustrandumque sumsi; in quo quam minimum potui a Burmanniano commentandi genere discessi. Addendis etiam nonnulla, e mea penu depromta, inserenda censui.

Hactenus de Burmanni in Propertium commentario. Sed magnum momentum in eo est, ut lector doceatur, qui sint codices scripti, et qua auctoritate, quae veteres editiones, ad quarum fidem per totum opus provocat Burmannus; quibus praesidiis fretus ad poëtam edendum accesserit, quam rationem in edendo secutus sit, quid denique praecipui in hac nova recensione praestiterit. Illud igitur notis iterum evolvendis, iisque cum supellectile Burmanni libraria comparandis, et variantibus denuo investigandis, (quae res homini, aliis etiam negotiis occupato, aliquando molestiam et taedium creare possit) efficere sum conatus. Sed ne sic quidem omnium mihi plana facta est ratio. Ipse Burmannus de his rebus nihil prorsus in schedis notaverat praeter ea, quae de decem codicibus hic subiungam.

« *Leidensis primus*, forma quarta, membrana-

ceus, in appendice catalogi Bibliothecae p. 529, N. 133, olim Iacobi Mentelii, recens.

Leidensis secundus, eadem forma, item in membrana, in Append. catal. p. 530, N. 43, recens, sed optimus, olim Alex. Petavii P. F.

Vossianus primus, forma quarta, membran. in catalogo p. 385, N. 117, recens, olim Card. et Pr. a Dietrichstein.

Vossianus secundus, in quarto, membran. in catalogo p. 387, N. 38, paullo antiquior, desinens in Lib. II, Eleg. I, olim P. Petavii.

Vossianus tertius, in quarto, chartaceus, in catalogo p. 386, N. 13, recens.

Vossianus quartus, forma duodecima, in charta scriptus, in catalogo p. 389, N. 82, recens.

Dorvilliani duo, in quarto, chartacei, recentissimi, in quorum primo anni 1473, legitur: per me Petrum Paulum de delaitis Notarium.

Codex meus, quem eumdem puto cum Franciano primo; conveniunt certe, quae scribit Broukhusius de hoc codice in praefatione: *scriptus est in Italia, litera non admodum antiqua, sed tamen plana ac facili; forma, ut vocant, octava:* certe fuisse Francii patet, quod Lib. II, El. 3, post v. 55, *periuras tunc ipse solet*, manu sua adscripserit, *pagellas aliquot bibliopegi vitio confusos esse.* Fuit et N. Heinsii, qui in fronte Codicis notavit: *Contuli N. H.*

Alter codex meus. »

Horum decem Codicum variantes Burmannus Broukhusii secundae editioni adscripserat, Leiden-

sium et Vossianorum copiam nactus a Francisco Oudendorpio, Dorvillianorum a I. P. Dorvillii filio.

Reliquum Burmanni apparatum recensituro occurrit Codex *Ant. Askewii*, medici quondam Londinensis, cuius excerpta habuit Burmannus ab Iano Helvetio, doctissimo suo olim et plerorumque huius aetatis eruditorum amico. Idem Helvetius Burmanno ex Anglia transmiserat breve specimen variantium ex *Codice* Musei Britannici *Harleiano*. Vsus quoque est Burmannus collatione *Codicis Borrichiani*, Broukhusii manu scripta, et *Codicum Regiorum Parisiensium*, et *Colbertinorum* Gallaei manu; atque ex iis infinitis partibus plura, quam Broukhusius, protulit. Novam etiam egregii illius *Groningani* amicae debuit Cl. Schraderi diligentiae.

Sed plurimum profecit ex opibus Heinsianis, quae, licet non omnes, pleraeque tamen ad eum devolutae sunt. Hae sunt collationes *Angeli Colotii*, et quinque *Codicum Vaticanorum*, et *Codicis Neapolitani*, qui ad S. Iohannem Carbonarium erat, quas Heinsius notaverat ad editionem Gryphii 1573. Vnde vero Burmannus *Secundum Neapolitanum* laudaverit ad I, 4, 13; I, 9, 13; II, 21, 13, nondum indagare potui. Huius tamen Codicis lectiones nescio an inveniantur in Vossiano exemplari bibliothecae nostrae Leidensis, Historic. n. 418.

Sed inter copias Heinsianas oculos in se convertebat exemplar, quod *Perreianum* vocabo, editionis Aldinae secundae anni 1515; ex quo quum plus boni in Propertium, quam ex reliquis redun-

darit, age, quale illud sit, paulo accuratius tradamus. Huius autem rei facultatem dedit insignis amicissimi hominis erga me liberalitas, per quam hoc ipsum exemplar una cum aliis huius generis cimeliis ex Cl. Magistri bibliotheca in meam migrasse gaudeo. Comparavit igitur Heinsius sua manu hanc editionem cum *Codice Menteleiano*, omnium Codicum optimo, cum *Codice Vossiano*, cum egregiis ex Codice, quo magnus *Scaliger* usus est, *Excerptis*, quae habuit Heinsius ab Illustrissimo Constantino Hugenio, Zulichemio, ut patet ex Heinsii notis ad Vellei. II, 87, cum optimis Excerptis *Fr. Modii*, denique cum suo ipsius Codice. Variantes quoque adiecit editionum rarissimarum, *Rhegiensis* a. 1481, et *Venetae* 1475, quarum huic, ab Hadriano Wallio suppeditatae, manus viri docti passim varias lectiones annotarat. Praeterea uti nullum exemplar Heinsius manu versabat, cui non nova foecundissimi ingenii specimina adderet, ita hunc etiam Perreianum librum multis coniecturis, quas frustra apud Broukhusium, in Heinsii notis ad Propertium, et in adversariis eius quaeras, locupletavit. Nec minorem hic liber commendationem habet ab ipsius *Antonii Perreii* annotatis, de quibus ut iudicandi potestas fiat, hic, quae in fine adscripsit, repetere iuvat: *Emendabam et annotabam Catullum, Tibullum et Propertium ego Anton. Perreius, collatis vetustissimis exemplaribus, alio Pontani, alio Episcopi Cremonensis, alio Francisci Puccii, nec non aliis Romae et Florentiae habitis, anno* 15.. *et* 15... Margines libri tametsi ita sunt accisi, ut

annorum notae legi nequeant, tamen ex comparata ad Catullum et Tibullum subscriptione satis liquet, annum 1528, vel duos insequentes designari.

Quis fuerit ille Antonius Perreius, aut unde domo, quum nec Heinsius, nec Broukhusius, nec noster Burmannus, viri in historia Italorum literaria versatissimi, cognoverint, ego quaerere supersedeo. Suspicari licet, nobilem hunc libellum iam olim possessum esse ab elegantiarum patre, Mureto, siquidem I. Lipsius, qui anno circiter 1557, viginti annorum iuvenis, Romam venit, et ibi per biennium Mureti praeceptis imbutus est, in Lib. I Antiq. Lect. c. 4 in fine memorat librum, sibi a Mureto ostensum, in quo *Antonius Ferillus quispiam* ante annos quinquaginta annotasset, *Driasin* legi apud Prop. I, 20, 5, haec autem a me agnoscitur ipsa scriptio Antonii Perreii. Credo igitur, aut Muretum, aut Lipsium, in nomine hominis ignoti errasse. Quidquid sit huius rei, Heinsius Florentiae emerat a scrutario sex assibus anno 1646. Eundem Iacobus Tollius dignum iudicavit, quem totum sua manu describeret Holmiae Suecorum anno 1662, quo tempore Heinsius secundam obibat Legationem Suecicam. Deinde anno 1704 Iano Broukhusio describendum concessit, summus eius amicus, Petrus Burmannus, patruus. Vid. Broukh. Praef. Tibull.

Nec mirum cuiquam videri debet, hunc libellum tam cupide esse expetitum, et tantum operae in eo describendo collocatum, quum praeter illa, quae nunc ex eo ad Propertium apponuntur, salutarem

olim Tibullo medicinam attulerit, Catullo aliquando, nisi augurium vanum est, sit allaturus. Broukhusius quum primum ederet Propertium, haec Perreiana Excerpta nondum possidebat, triennio autem post, eorum copiam habens, et Tibullo operam navans, doctorum laborum et simul vitae laudabilis finem fecit; ad Propertium vero non nisi perpauca ex illis futurae editioni paraverat, quae Vlamingius repetitae Broukhusii recensioni adiecit. Sed liberaliore manu omnes huius libelli gemmas in novam hanc recensionem contulit Burmannus noster.

Nec tamen omnes, si quaeris, aeque benignam de his Excerptis Italicis, uti vocat Heinsius in Advers. p. 32, vel Excerptis Italicorum Codicum, uti p. 30, sententiam tulerunt. Ipse Heinsius, eorum promus condus, in epistola ad Graevium tom. IV Syllog. p. 233, ait, se timide solere iis accedere, quum ex Pontani, aliorumque schedis sint corrasa, qui plurimum sibi permiserint in Propertio interpolando; et satis constet, in Catullo totos Pontani versus exhiberi. Celeberrimus quoque Heynius, quem virum elegantis eruditionis et amicitiae olim contractae nomine veneror, in nova ad Tibullum praefatione p. XIX horum Excerptorum auctoritatem non spernendis rationibus elevavit. Quid? ne ipse quidem Burmannus Secundus semper fidit Perreio. Vid. ad II, 32, 5; III, 14, 8. Non ego is sum, qui talium virorum suspiciones oppugnem; praesertim quum existimem, pro certo et indubitato affirmari non posse, sintne haec Excerpta omnia ex Codicibus

profecta, an ex parte etiam doctorum Italorum ingeniis debeantur: sed tamen in Addendis ad Propertium conficiendis iam occupatus, praeter omnem opinionem nactus sum quaedam subsidia, incognita fere viris doctissimis, quibus Perreii fides, ante mihi quoque suspecta, extra omnem dubitationis aleam collocatur.

Nempe iuvenis non minus ingenio, quam natalium splendore conspiciendus, Iohannes Andreas Munterus, post decursum in hac alma Leidensi per viam regiam studiorum curriculum, eaque eruditionis specimina edita, qualia utinam multi proferrent! nunc per praecipuas Europae oras, nec literarum nostrarum, quibus large instructus est, nec amicorum immemor, peregrinatur. Hic, Romae commoratus, dum venerandae antiquitatis monumenta, hominesque eorum intelligentes omni cura indagat, vel praecipue se applicavit ad exquisitae doctrinae amabilisque modestiae virum, V. M. Giovenazzium, Praefectum bibliothecae illustrissimi Principis Altierii, et Custodem bibliothecae Vaticanae, eiusque mihi, multis nominibus optandam, benivolentiam conciliavit. Qui vir clarissimus, ut alia eius adversus me officia praeteream, accuratissime in meos usus describendas curavit *Francisci Puccii* emendationes in Propertium omnes, quae ante Romae apud Victorios exstabant, et his ipsis diebus publice distrahebantur. Hae quamvis numero infinitae, et pro temporum ratione omnium admiratione dignissimae sint, post tantum tamen secu-

lorum intervallum, tantamque a Principibus Literatoribus Propertio impensam operam, ad ipsum poëtae textum minus, quam credas, contulerunt; quippe pleraque ab aliis, Scaligero inprimis et Heinsio, vel Codicum nomine, vel coniecturarum, in commentario Burmanni occupata reperiuntur. Quid igitur, inquies, haec scire interest? Non omnium permagni, fateor. Semper enim haec cura ad paucos pertinet. At qui, unde quaeque lectio fluxerit, et quam habeat auctoritatem, scire cupiunt, omninoque qui post Burmannum Propertii carmina castigaturi sunt, haec cognosse non poenitebit. Exemplar igitur Victorianum hanc subscriptionem habebat: *Franciscus Puccius haec annotabat anno salutis MDII, Augustino Scarpinella comite studiorum, secutus fidem antiquissimi codicis, qui primum fuit Bernardini Vallae, patritii Romani, viri doctissimi, dein ab eo dono datus est Alphonso II Regi Neapolitano, Principi literarum amantissimo. Contuli cum codice autographo idibus Iuliis MDXXI P. Victorius.*

Monet autem in literis Giovenazzius, in Victoriani exemplaris subscriptione nomen Francisci Puccii sic abrasum esse, ut ne vestigium quidem ullum appareat, nec se causam, cur ita factum sit, dicere posse; sed sine erroris periculo suppleri ex tribus quatuorve Neapolitanis codicibus, in quibus eadem subscriptio, iisdemque plane verbis, addito Puccii nomine legitur. Horum unum exstare apud Aloisium Lancellottum, virum eruditissimum; caeteros servari in bibliotheca Carbonaria monachorum

Augustinensium. Caeterum Puccius ex emendationibus, quae certae viderentur, ipsa verba editionis Rhegiensis correxerat; ubi prava vel anceps lectio in Codice occurrisset, apposuerat, *ita vetus is Codex;* multas denique coniecturas et explicationes in margine notaverat.

Circa idem tempus ad me quoque delatae sunt collationes, quas M. Antonius Pocchus in margine Aldinae 1502 scripserat. Quem librum quum olim Lucas Holstenius Nicolao Heinsio muneri dedisset, ex eius thesauro librario p. 118, n. 619, in 8, transiit in bibliothecam Bodleianam Oxonii. Eadem bibliotheca habet alterum exemplar Aldinum 1515, cui multa annotavit Octav. Ferrarius; hunc etiam librum Nicolai Heinsii fuisse, indicat catalogus pag. 119, n. 621, in 8, ex quo factum apographum nostras in manus pervenit. Et Pocchiano et Ferrariano libro usus etiam est Editor Propertii Cantabrigiensis, cuius editionem mihi oculis usurpare nunquam licuit. Ex his, item ex Puccii libro omnia apponere, plane supervacuum duxi; quum in tanta Codicum multitudine semper fere cum hoc vel illo consentirent. Aliquas tamen ex his variantes Addendis intexui; quae, etsi numero paucae, nec omnes verae sint, tamen novitate et specie quadam commendantur. At in Addendis ad ultimam elegiam omnes omnino variantes, quae in ternis his Excerptis exstabant, tanquam eorum specimen daturus, exhibui. Eodemque consilio iis intexui lectiones Codicis membranacei, scripti anno 1460, e biblio-

theca eruditissimi viri, Venantii Lupacchini; et editionis illius principis anno 1472, quos totos in meos usus contulit humanissimus Giovenazzius; nec non quae Minturnus, priusquam sacris initiatus est, ad Aldinam 1502 annotaverat, quae amicissimi Munteri munificentiae accepta refero. Ex accurata autem harum variantium comparatione hoc liquido videor posse affirmare, Antonium Perreium, qui omnes fere explicationes Puccii transcripsit, ex millenis variantibus, quas omnes ad examen vocavi, aut perpaucas aut nullas dedisse, quae non ex Puccii sive Vallae libro essent repetitae, vel ex Pontani Codice, quem Pocchus frequenter, nonnunquam etiam Ferrarius laudat. Imo recte distinxit Perreius Pontani coniecturas, quas sic notat: *Pon.* vel *Po*, ab Codicis eius lectionibus, quas ita: *Pon. C.* Pocchus quoque, qui totos versus ex Pontani Codice affert, modo dat: *C. Pont.* modo: *ita legit Pont'.*

Porro ex Pucciano exemplari novum nascitur argumentum, quo liquidissime demonstretur, quanto in errore versati sint viri eruditi, quum existimarant, omnes omnino Propertii Codices ex unico illo, qui Pontano adolescentulo in cella vinaria inventus sit, fluxisse, nec, praeter id, ullum vetustum huius poëtae exemplar inveniri. Dudum equidem de veritate huius opinionis dubitavi, neque eam Cl. Giovenazzio placuisse, laetus intellexi. Sane, si Codex Bernardini Vallae ex illo, cuius Pontanus mentionem facit, descriptus esset, istum *antiquissimum* vocare non potuisset Franciscus Puccius, Angeli

Politiani discipulus, et Iohannis Ioviani Pontani familiaris; quem Puccium aliquando in his literis principatum tenuisse, testatur discipulus eius, Ianus Parrhasius; Hieronymus autem Carbo clarum posteris reddidit his versibus:

Et, qui Sebethum patrio modo praetulit Arno
Puccius, Etrusci fama decusque soli;
Quem, culti eloquii tanta est facundia, credas
Posse movere homines, posse movere deos.

Nec ipse Politianus Codicem hunc *vetustum* dixisset *Centur. prim. Miscell.* cap. LXXXI, cuius ipsa verba hic ponenda videntur: « Apud Propertium IV, 3, 21, ita duo versiculi leguntur:

Dignior obliquo funem qui torqueat orno:
Aeternusque tuam pascat, aselle, famem.

Diu fateor animum stimulaverat ac pepugerat quidam quasi scrupulus, donec eum Codex vetustus evellit, quem mihi Bernardinus Valla, celeber Iureconsultus, et primae homo nobilitatis, Romae abhinc ferme quinquennium commodavit: ubi non *orno*, sed *Ocno* legi: legisseque me, statim duobus eruditissimis iuvenibus ostendi, qui me domi commode salutaverant. „ Lectio *Ocno*, quam citat Politianus, exstat apud Puccium, nec alius, quod sciam, Codex eius fundus laudatur. Ex quo apparet, risu dignum esse R. Titium, qui *Assert. contr. Scalig.* pag. 50, ne nunquam non magnis viris obloqueretur, dixit, hunc Vallae Codicem nunquam in rerum natura fuisse. Atqui Vallae Codicem non eundem esse cum Pontani Codice, patet cum ex diversitate lectionis,

quam notavit Perreius, tum ex laudata Perreii subscriptione, in qua hos Codices distinguit.

Praeterea, ne unius Puccii testimonio hac in re niti videar, Domitius Calderinus, ut illius aevi captus erat, vir sane doctissimus, qui primus poëtam nostrum publice explicare aggressus est, Propertii loca obscura a se explanata, plus uno Codice adhibito, edidit Romae anno 1475, quem librum, a nemine, quod sciam, commemoratum, ipse possideo; eumque repetitum credo in editione Brixiensi anni 1486. Domitii coniecturis aliquando in textum receptis. Sed Domitii annotationes in Propertium, nec non Iohannis Cottae, eximii illius ac prope unici Catulli imitatoris, falso iactat editio Veneta anno 1500, ab Avancio curata, quae Cl. Heynii quoque spem fefellit; vivebat tamen eo tempore, annumque aetatis agebat circiter septimum decimum Cotta; sed eius commentationes in Propertium ne fando quidem auditae sunt. Nam Cornelius a Beughem in Incunabulis typographicis Avancianae editionis titulo se decipi passus est. Domitium quidem in multis secuti sunt, qui primi integros in Propertium commentarios scripserunt, quod et ipse comparando didici, et I. Parrhasius in Epist. III, p. 8, stomachabundus queritur; sed tamen Antonius Volscus, cuius commentarius prodiit anno 1488, vel iam anno 1482, si modo Maittairio fides habenda est, vetustos Codices multos consuluit; et Philippus Beroaldus, qui iam anno 1486, in Propertium commentatus est, quamvis Domitium no-

minet, membranis et ipse usus est multis, iisque valde bonis, tanquam Iohannis Pici Mirandulani, quibus nullae dum vetustiores inventae sunt. Quid? hos ipsos viros eximios, Domitium, Volscum, Beroaldum, quorum ego commentarios, licet multi errores adspersi sint, ob egregia tamen inventa, prae nonnullis recentiorum admirari soleo; qui plurimos auctores veteres ex optimis manu scriptis Codicibus, quorum tum Italia plena erat, nobis exhibuerunt; hos, inquam, an ullo modo credibile est in Propertio edendo secutos esse Codices, e Pontani Codice derivatos, atque adeo sua ipsorum aetate scriptos? Quidvis potius, quam hoc mihi persuaderi, patiar.

Alios sciens praetereo, ne Codicum et Editionum seriem videar pertexturus; nec inficias eo, recentissimos quoque poëtae nostri Codices inveniri, qualem Mureti anno 1460 scriptum memorat Donnola de patr. Propert. §. 55, et qualis fuit Dorvillianus primus anni 1473, aliique. Editiones antiquas quod attinet, has omnes, si Venetam Principem et Brixiensem excipias, numero et pretio non contemnendo, habuit ditissima Burmanni bibliotheca. Secundam Venetam anni 1475, et illam Rhegii Lepidi anno 1481 impressam, ut et posteriorum maxime insignes, diligenter excussit. Quin et Vicentinam, anno 1481 a Iohanne Calphurnio curatam, laudavisset Burmannus, si suas ipse divitias novisset. Nempe possidebat exemplar, in quo a glutinatore iuncti erant Catullus Brixiensis anni 1486, cum

commentario Parthenii, Tibullus cum commentario Cyllenii Venetiis 1487, Propertius sine commentario locoque et anno impressionis; sed dum ad signaturas a Tibullo ad Propertium interruptas non attendit vir, caeteroquin in historia literaria et librorum notitia Eruditorum, qui una vixerunt, forte Princeps, editionem commentus est Venetam anni 1487, quae nulla unquam fuit, ne inter Beroaldinas quidem, quarum prima Bononiae hoc anno prodiit, et asservatur in instructissima Leidensi bibliotheca. Quas autem lectiones Burmannus Venetae 1487 tribuit, ad I, 2, 2 et alibi, ego in Vicentina ipse vidi. Tu igitur hanc illi ubique substitue (*a*), et Venetis anni 1487 omnem fidem abroga; quando vero Burmannus *utramque Venetam* laudat, ut IV, 1, 24; 2, 27 et saepe alibi, intellige Venetam 1475, et Vicentinam.

Multum quoque verae Propertii lectioni indagandae, vel receptae confirmandae, faciunt, quae ex vetustis commentatoribus, Grammaticis aut Criticis enotata et nunc primum poëtae nostro adhibita sunt; in quo labore diligentiam Burmanni nemo facile adaequaverit. Eminent inter haec Nestoris Vocabularium, Alberti de Eyb Margarita Poëtica, Mirandulae Viridarium, Latini Latinii Variantes. Ne vero quid dicam de editoribus interpretibusque, qui Burmannum praecesserunt, in quorum notis emendationes paucas invenias, quarum Burmannus non meminerit: ne memorem tot viros eruditos, multos

(*a*) Hic Burmanni error a nobis, quoties occurrebat, emendatus est. *K.*

etiam primi ordinis criticos, qui post Broukhusii editionem plurima poëtae huius loca tractarunt; ut omittam, praeter hos Burmannum infinita Propertio attulisse, quae viri docti in commentariis ad alios auctores, vel in dissertationibus, antiquas literas spectantibus, ad hunc emaculandum, vel illustrandum contulerant; illud omnino omittendum non videtur, dote maxime insigni hanc editionem locupletasse Burmannum ex thesauris supellectilis suae literariae, ex quibus antea nunquam editas, aut editis uberiores, deprompsit coniecturas vel observationes *Iohannis Aurati*, *Iani Dousae*, patris, *Isaaci Vossii*, *Lucae Fruterii*, *Iani Gruteri*, *C. F. Ayrmanni*, *Burmanni* patrui, *Hadriani Relandi*, *Francisci Oudendorpii*, *Guil. Vlamingii*, *Heinsiana*, *Franciana*, *Broukhusiana*, editis multo plura, et quae inter praecipua censendae sunt ornamenta, *Marklandi* et *Hemsterhusii* coniecturas et observationes. Huius notas, olim ad Vlamingium per epistolam missas, Cl. Schradero debuit Burmannus; illius, tanto ingenio dignas, Dorvillii filio. Praeterea, uti eruditi harum regionum fere omnes familiari et amico utebantur Burmanno, ita multi illorum, vel per sermones, vel per literas, de Propertianis versibus sententias suas cum illo communicaverunt, quas ipse notis addidit. Ex his nominasse suffecerit *Ruhnkenios*, *Schraderos*, *Cannegiteros*, *Wassenbergios*, *Helvetios*, *Eldikios*, ut alios taceam.

In verbis poëtae exhibendis, sive textu, quem vocamus, raro a Broukhusio discessit Burmannus;

quamvis aliquot eius coniecturas, Heinsianas quoque, relegarit. Transpositiones versuum et elegiarum a Scaligero factas, adoptavit omnes, illisque acquiescendum putavit, quia secundum hunc ordinem nunc plerumque afferuntur loca Propertii, confusionis vitandae causa. Harum licet nonnullas vehementer probaret, et ipsum Scaligerum semper veneraretur, in progressu tamen operis se huius instituti adeo poenitere, saepe mihi confessus est, ut, si res esset integra, mutaturus esset consilium.

Traiecti ad Rhenum MDCCLXXX.

EXCERPTA

E FRID. GOTTL. BARTHII

PRAEFATIONE

Quo facilius appareat, quid ab editoribus Propertii huc usque praestitum sit, et quibus maxime codicibus ac libris fides receptae lectionis nitatur; quod in Propertio vel inprimis necessarium videtur, quoniam *Broukhusius* quoque, qui nostro poëtae plurimum nitoris contulisse censetur, tam levi saepe manu in tractandis et emendandis quibusdam locis res suas egit, ut partim lectiones exhiberet in sua editione, ne monito quidem lectore de varietate, a reliquis libris recedentes *a*, partim coniecturas Heinsii in contextum contra libros reciperet *b*, partim ipse quoque suas obtruderet Propertio *c* contra sua ipsius principia *d*: paucissimis tantum

a Cf. v. c. I, 17, 15; II, 3, 30, 31 et 48.

b Cf. ex. gr. I, 20, 44; II, 16, 49; IV, 5, 45.

c Vide II, 1, 42; II, 26, 41; III, 11, 16.

d Ita nimirum V. D. ad lib. I, Eleg. 19, v. 24, contra Guyetum: « cui viae si insistemus, nusquam addicentibus libris, iam nihil omnino in ullo scriptore tam obscurum erit, quin id tibi audax aliquis

de codic. et editt. hic agemus, ad quarum auctoritatem Propertius huc usque exactus est.

Iam in genere quidem antea hoc monendum videtur, omnes omnino codices Propertianos Doctissimis Viris, et in his *Ios. Scaligero* Castigatt. in Propert. atque *Ioanni Alberto Fabricio* Biblioth. Lat. T. I, p. 435, ed. Ernest. videri ab uno illo fluxisse codice, qui *Ioviani Pontani* temporibus, secundum *Alexandrum ab Alexandro* lib. 2 Genial. dier. c. 2, in cella quadam vinaria sub doliis inventus fuerit: quod opus quum longo situ ac senio absumtum fuisset, effectum, ut, literis corrosis ac longa vetustate collabentibus, mendosi inde codices prodirent, neque ideo Propertium integritati suae penitus unquam restitui posse. Enimvero, etsi ego non sum is, qui huius narrationis fidem elevatum eat, praesertim quum illi non parum probabilitatis accedat inde, quod versus quidam, in Propertio deficientes, a nullo codicum illorum, qui huc usque inspecti fuere, ita exhibentur, ut Propertiano ingenio et reliquorum carminum colore digni sint *e*: idem tamen ego neque negare neque infitias ire

interpolator clarius reddat, quam solis esse soleut radii olim quum sudum est. »

e Sic v. c. qui abest ab editione nostra versus 62, Eleg. 5, lib. 4, vel in edit. Cantabrig. allo licet charactere, expressus legitur. Sed nemo non primo statim obtutu sentiet, versum hunc maxime spurium habendum esse. Idem valet de v. 42, Eleg. 9, eiusdem libri. Diversa enim initia elegiarum (cf. II, 11, 21; IV, 6, 1, seq.) quae a variis codd. varie constituuntur, non multum ponderis habent; uti nec disticha, e margine in ipsum contextum inepte recepta. Cf. III, 23, 48, ibique V. L. Illud tamen miramur, codices illos variis in locis lectiones exhibere maxime discrepantes inter se. Cf. e. g. I, 9, 29; II, 3, 22; II, 34, 39; III, 22, 15; IV, 8, 23, seq.

volo, restare mihi in hac re scrupulum aliquem, qui me urgeat et angat, ab iis unice eximendum, quibus *codicis illius ipsius*, qui in cella vinaria repertus fuit, et *Franciani secundi* excutiendi et contemplandi facultas est ac potestas. Vixit *Iovianus Pontanus* ab A. Chr. 1426 usque ad 1503. Quodsi igitur codex Propertianus, illius aetate repertus, unicus fuit, sequitur, ut vel *Petri Francii codex secundus* in forma 4, a Broukhusio collatus, idem ille tunc repertus habendus sit; vel ut *Broukhusius* in aetate huius codicis Franciani aestimanda mirum in modum erraverit. Huic enim *Summo Viro* codex ille Francii facile annos 400 excedere visus fuit. Scribebat vero haec Broukhusius in praefat. ad suam edit. priorem A. C. 1702, adeo ut hunc codicem ante annum 1302 scriptum esse oporteat. Sit igitur penes illos iudicium, quibus codices illos licet inspicere: mihi certe probabile fuerit, codicem illum in cella vinaria repertum occasionem modo praebuisse in scriptorem huc usque ne nomine quidem cognitum inquirendi, eiusque scripta in lucem adspectumque hominum protrahendi. Vtcunque sit, Vir Doctus quoquè nuper in Biblioth. Gotting. philol. T. III, Partic. 4, p. 359, de veritate illius narratiunculae dubitavit, adeo ut tota res tum demum omni dubitatione liberari posse videatur, quum reliqui codices Propert. nondum inspecti, in locis saltem corruptis ac mutilis consulti, in iisque etiam manifesto vitiosi deprehensi fuerint.

Post *Antonii Volsci* igitur (quem Broukhusius

aliquoties praeter causam suspectum habuit de lectionibus ex ingenio confictis, quum eas in editione omnium principe repererit Vulpius) *f* *Beroaldi* atque aliorum labores, de Propertio, eiusque contextu bene meriti sunt *Muretus* inprimis, qui in scholiis editioni suae subiectis passim cum ad alios *libros veteres* *g* in genere provocat, tum vero etiam *suum veterem librum* *h* aliquoties commemorat, et *Iosephus Scaliger*, quamquam non eodem apparatu instructus in Propertio, quo quidem in Tibullo gavisus fuerat. In hoc enim tres libros veteres habuerat ad manum, inque his fragmentum Cuiacianum perantiquum, sed in Propertio usus est tantum unico scripto libro, et quidem recente, qui tamen ipsi ad Tibull. 1, 1, *quaedam vetustatis retinere vestigia* videtur, *quum paullo ante ineuntem typographicam artem scriptus sit, et nondum correctorum audacia ita licenter in bonis auctoribus vagaretur.* Habet is liber, interdum saltem, lectiones diversas, margini *i*, licet eadem manu, auctore Scaligero, adscriptas; illiusque ipsius etiam codicis copiam fecerat Scaligero *Cuiacius.* Enimvero licet negari nequeat, Propertium multa debere huic Alcidae literato, quippe qui contextum ipsum multis passim interpolatorum superioris aetatis sordibus repurgatum nobis dedit; tamen haud scio an non idem altera manu multo plus eripuerit nostro poë-

f Vid. e. c. II, 25, 26, et III, 22, 15.

g Cf. ex. gr. ad I, 12, 2; I, 17, 1; III, 1, 39; III, 8, v. ultimo.

h V. c. I, 11, 11; II, 6, 12; II, 34, 39, sq. III, 6, 6.

i Cf. ex. c. I, 15, 1; I, 16, 24; I, 18, 23.

tae, quam ipsi dederat, eique, misere saepe laceratis membris vultuque atque ore eius deturpato, tantam deformitatem intulerit, ut sui plane dissimilis vocandus sit Propertius. Constat enim inter omnes, quanta audacia Scaliger cum in alios auctores veteres, tum in Propertium quoque, contra ius fasque omne, grassatus fuerit, et quantopere ingenio vel potius morositati suae, in transponendis totis distichis, et non solum ex una elegia in alteram, sed et ex libro uno in alterum *k* traiiciendis, indulserit. In quo saepe mirari subiit animum hominis, qui sibi adeo gratularetur in hoc nefario scelere, et in descriptores librorum veterum acerbissimis verbis inveheretur. Sic enim in prooemio Castigatt. in Prop. *qui autem*, inquit, *illud* exemplar Propertii *descripsit primus, nae ille audax aut negligens homo fuit; nam praeter innumera menda, quibus totum librum praestantissimi poëtae aspersit, magni sceleris se obligavit, quum in secundo et tertio libro integras paginas, et magnum numerum versuum suo loco luxaverit, et infinitis locis magnas tenebras offuderit: adeo ut neminem esse putem (libere enim quod sentio fatebor) qui hunc poëtam in secundo libro nisi per caliginem, quod dicitur, intelligat. Nos primi eam perturbationem versuum odorati sumus. Et bene nobis successit labor iste.* Similiter ad Lib. II, Eleg. 30: *Pulcherrima huius poëtae elegia mirum in quot membra distracta sit, ut mirer quid in mentem venerit istis* βιβλιοστρέβλαις, *qui non prius*

k Conf. nostram collationem vulgatt. editt. cum Broukhus. III, 18, 29.

mentem poëtae diligenter perpenderent, quam haec ita de suis sedibus iniuste deturbarent. Ambabus, quod aiunt, largimur, potuisse totam aliquam paginam in codicibus antiquis transponi, illiusque restitutione scriptoris integritati consuli, quod in Luciano a Gesnero factum constat; at enim ut eiusmodi traiectiones concoquas, quales Scaliger suscepit, et in quibus ima summis, quadrata rotundis miscentur, Spartano plane opus est stomacho. Sed hic porro est quod miremur, quomodo Broukhusius, qui omnes Propertii veneres imbiberat, omnesque literarum elegantiorum munditias haud perfunctorie doctus erat, Scaligero, poëticae venustatis sensu plane destituto, *l* in omnibus his confusionibus assensus sui quasi calculum adiicere potuerit, ut ita eo magis fucus fieret lectoribus, et

l Interpres Franco-gall. *M. de Longchamps* in *Discours préliminaire* ad suam interpretationem Propert. pag. XIX: *Les Notes de Scaliger*, inquit, *ne portent, selon son usage, que sur les endroits qui n'ont pas besoin d'éclaircissement;* (idem quoque de Broukhusii notis valere, experientia quisque edoctus facile cognoscere poterit:) *et s'il touche quelquefois aux difficultés de Properce, c'est pour les trancher, et non pour les résoudre: souvent il substitue une expression de son cru, à celle qu'il n'entend pas, et le fruit de cette manie est de dénaturer la pensée de l'Auteur, et de mettre une absurdité à la place d'un trait de génie. Le texte de Properce, ainsi mutilé par Scaliger, est donc nécessairement défectueux, et je n'ai pas cru devoir l'adopter dans cette Edition, où l'on ne s'est permis qu'un petit nombre de corrections indispensables. On conçoit qu'avec de pareils guides, on n'a point de progrès à espérer dans l'étude de Properce; aussi n'est-ce pas dans leurs livres, mais dans celui de la Nature qu'on doit l'étudier. La Nature est l'unique Commentaire des grands Poëtes. Tout est chez eux sentiment ou description, et il ne faut qu'un coeur et des yeux pour jouir de leurs richesses. Le secret de leur magie se réduit à bien sentir et à bien voir. Tout lecteur sensible est donc né pour entendre Properce.*

splendore quasi *nominis Broukhusiani* omnium oculi praestringerentur; quamquam iam ante Broukhusium *Gabbema* quoque Scaligeranum ordinem adoptarat, cuius forte auctoritate sese munire ac defendere potuit Broukhusius. Vtcunque sit, illius rei culpa maxime transferenda videtur in Scaligerum, quippe a quo foedum illud et capitale dissidium editionum, tanquam a primo fonte derivatum fluxit etiam in caeteras editiones, praeter iam nominatas, Gottingensem 1742, et Parisinam anni 1743: ut ex eo inde tempore duae quasi familiae editionum constituendae videantur, quarum alia codicum servant ordinem, aliae transpositiones Scaligeranas sequuntur. — In iis, qui de Propertio eiusque carminibus bene meriti sunt, iam nominandi veniunt *Dousae*, inprimis Filius: neque tamen hic multis instructus codicibus ad hunc sese laborem accinxit, sicut ipse fatetur in praefat. ad coniectan. et nott. in Cat. Tib. Propertium. *In rimanda, explicandaque sententia, quam conquirendis variis et saepe vanis lectionibus diligentior fui, nullum fere locum nisi vitii manifestum sollicitare ausus, praesertim si veteris codicis auctoritas praetendi non poterat, ut nusquam fere; nisi forte in Propertio solo, in quo ad manus habui nonnullas variantis scripturae collationes e scripto exemplari iam olim excerptas a clarissimo Modio et ad Patrem missas: quibus tamen minus saepe usus sum, nec nisi ubi sententia id postulare atque etiam efflagitare videbatur.* Nihilo tamen secius negari nequit, hanc editionem omnes antecedentes

accuratione in emendandis maxime vitiis librariorum longo post se spatio reliquisse. Proximus, qui Propertio non proletariam navavit operam, est *Io. Livineius, Gandensis, Laevini Torrentii, Antverp. Episc. ex sorore nepos, Canonicus et Cantor ecclesiae eiusdem; mortuus A. C.* 1599. *m* Hic igitur Propertium contulit non solum cum scripto, qui in Vaticano servabatur, sed etiam cum Io. Posthii libro MSC. quem is a Sambuco dono acceperat. Successit *Passeratius*; qui haud dubie is est, cuius vastis et diffusae lectionis eruditionisque plenis commentariis plurimum debet noster poëta, et e cuius fonte perenni insecuti commentatores utplurimum rivulos suos deduxerunt, quibus hortulos irrigarent suos. Iure meritoque *Vulpius* ad Prop. lib. II, Eleg. 32, v. 16, *Quid, rogo*, inquit, *non vidit Passeratius, homo infinitae lectionis, qui admirabili memoria, diligentia incredibili, optimo plerumque iudicio ad Propertium explicandum aggressus est? ex cuius thesauris locupletissimis qui secuti postea sunt, supellectilem*

m Ita nimirum inscriptio eius sepulcr. *Io. Livineius Gandensis, Laevini Torrentii Antverp. Episcopi ex sorore N. Canonicus et Cantor huius eccles. qui ut genere et eruditione, sic et tumulo proximus avunculo hic quiescit. a graecis Patribus illustrandis, in qua lingua valde excelluit, e medio cursu abreptus. C. A.* 1599 *Idib. Ian.* Vide et *Elog. Belg. Auberti Mirae* Bruxellens. Canon. Antv. ubi in fine elogii Io. Livin.: *scripsit et adolescens in Treviros poëtarum Elegorum Notas sibi et Musis, cum nondum Ios. Scaliger, audax plus satis in emendando, nec Io. Passeratii vasti in Propertium ac laboriosi Commentarii lucem aspexissent: quas notas postumas accipiet posteritas boni-que consulet: nam emendaturus, si licuisset, erat.* Ratione Scaligeri emendandus est Antverp. Canonicus. Namque Livineius ipse in fine notarum suarum declamavit contra Scaligeri audaciam, et eius editio prima prodierat iam A. C. 1577, Lutet. Paris. secunda quoque 1582, Antverp. Vide Elenchum edill. Propertii.

suam auxerint; et ipsi laudabiles, nisi interdum fateri nollent, per quem profecerint. Passeratius saepe ad veteres libros scriptos provocavit, neque tamen, vitio illorum temporum, illos accurate descripsit; unde Broukhusius de fide illius dubitavit aliquando ad lib. I, Eleg. 16, v. 38: iniuria, ut videtur, quum alii easdem interdum lectionum varietates in aliis deprehenderint libris. Cf. e. c. ad lib. I, Eleg. 16, v. 13. Nominavit tamen etiam *codicem Memmianum* ad lib. I, Eleg. 6, v. 32; lib. I, El. 9, v. 20 seq. lib. III, El. 13, v. 53 seq. Cautius igitur res suas instituit, qui iam producendus est *Ianus Gebhardus;* cui Broukhusius iniquior plerumque est *n*, propterea quod interdum e codd. Propertio lectiones asserere studet, quae eleganti illius ingenio non conveniunt: quod quemadmodum negari non potest, ita nec laude sua privandus nobis videtur Gebhardus, cuius integram messem e Palatinis aliisque codicibus congestam, in suam contulit utilitatem Broukhusius, et qui praeterea variis iisque elegantibus observationibus multos Propertii locos sat luculenter illustravit. Habuit Gebhardus, sicuti ipse in praefat. ad Animadv. suas scribit, *duos Propertii codd. e Biblioth. instructissima Palatina.* Pergit deinde: *Cl. Gruterus noster mihi librum*

n Sie v. c. Broukh. II, 9, 15; de Gebhardo: *utinam istiusmodi ingenia abstineant ungues suos a poëtis!* neque vero id mirum, quum et Passeratium saepe parum reverenter habeat, a quo tamen plurimum profecit. Cf. v. c. ad III, 1, 56 sec. edit. Broukh. (vulgatt. III, 2, 16;) alibi vero, vel de Silvio, vel Marollo interpr. gall. Propertii ait: *Graculus ille Parisinus, qui nobis nuper Propertium concacavit:* en urbanitatis vernaculae fontem!

suum, quem cum membranis Hieronymi Commelini ante annos fere XX studiose contulerat, communicavit. Porro, *miscui*, inquit, *correctionibus interpretationes quasdam, ut horrorem variarum lectionum, in quibus alii fundatam Criticen esse falso autumant, amoenitate philologica emollirem, et lectori non nimis erudito (si tamen haec ullus leget) usuram temporis persolverem.* Caeterum summa accuratione collationem codd. a Gebhardo institutam, inspectio docet ocularis, dum vel ipsa librariorum vitia enotata exhibent eius animadversiones. Secutus est *Ianus Broukhusius*, qui ea omnia, quae antecessores eius in medium attulerant, in usus suos convertit. Namque et varias lectiones a Scaligero, Livineio, Gebhardo aliisque enotatas in suos commentarios contulit ac diiudicavit, et varios novos codd. partim inspexit ipse, partim ab aliis excutiendos curavit. Nominat enim in praef. ad editionem suam duos codd. Francii, Parisinos regg. duos, Colbertinos duos, Borrichianum. His accessit in editione secunda Davidis Hoogstratani quemadmodum saltem praefatio ibi iactitat: in notis enim ipsis non observavimus quidquam ex eo cod. annotatum fuisse. Multas denique editiones, quibus et nos usi sumus, ut in elencho editt. indicavimus, ad manum habuit Broukhusius, licet eas interdum modo ad partes traxerit, et, ubi ipse offenderat, consuluerit. Postremo idem etiam quae a Guyeto, Lipsio, Turnebo, Nic. Heinsio, partim e codicibus MSS. partim ex ingenio cuiusque prolata fuerant, ad contextum Propertii emendandum

congessit, ita tamen, ut aliquoties coniecturas et Heinsii et suas in textum reciperet, quemadmodum ipse fassus est in praefatione editionis prioris, nec provideret, ut in nova editione saltem, quae post mortem demum summi Viri curata fuit, rursus, ut fieri oportebat, eiicerentur. Adeo sumus homines et nostra amamus! Circa idem tempus, et eodem anno *o*, quo Broukhusius Propertium ab se ornatum publici iuris fecit, etiam Vir Doctus *p* Cantabrigiae bene meritus est de Propertio nostro; non ille quidem codicibus ab se ipso inspectis usus, (neque enim in Anglia ullus Propertii codex extabat tunc temporis, et quae scripta exemplaria Catal. MSS. Oxon. edit. anno 1697, Regiae et Westmonasteriensi Bibliothecis tribuit, summopere scrutanti nulla occurrebant, sicut in praefat. scribitur) attamen instructus penu aliorum, qui ad oras libb. varias codicum lectiones adscripserant. Habuit enim librum Bibliothecae Bodleianae Oxon. continentem opera Cat. Tib. et Propertii, ex aedibus Aldi Ven. 1502, collatum cum MSS. In libri huius principio apparet manu *Nic. Heinsii* scriptum *Donum clarissimi viri Lucae Holstenii:* unde vero depromtae sint lectiones, non indicatur; in principio quidem Catulli scriptum est, *M. Antonii Pocchii*: pars II libri Propertii et totus tertius nullas habet colla-

o Lex impress. lata dicitur pag. secunda libri: d. 4 Sept. 1702.

p Is habetur pro *Isaaco Vossio* in Diario Lipsico d. neuen Büchersaal T. V, p. 318, L. II, 7, quod an verum sit, non habeo dicere. Compendium scribendi *viz.* pro *videlicet*, mihi videtur Anglum prodere.

tiones. In hoc Heinsii libro post nonnullas lectiones *vetus codex* apponitur. Porro usus est libro eiusdem bibliothecae, cum MSS. collato, contin. Cat. Tib. et Propertii opp. qui videtur fuisse *Octaviani Ferrarii*; eius enim nomen in principio et fine libri scriptum exstat. Lectionibus, quas in margine adiunctas habet iste liber, additur *vetus codex* q. Eius cod. lectiones igitur intelligendae sunt, ubi Ferrarii liber nominatur. Idem ille Cantabrigiensis editor contulit et singulatim evolvit editiones Propertii *numero triginta amplius*, citare vero non nisi optimas quasque voluit secundum praefationem praemissam. Harum editt. in fine libri ante Var. Lect. *quinque* maxime nominat: nempe *antiquam edit. Cat. Tib. et Prop. Rhegii impress. anno* 1481, quae in Biblioth. Coll. omnium animarum Oxon. conservatur. *Brixianam* a. 1486, qua et nos usi sumus. *Antiquam edit. Cat. Tib. et Propertii, impress. Venetiis per Andream de Palthascichis Catarensem.* Tibullus anno 1487, Propertius anno 1488, *in quo autem anno Catullus sit impressus*, (sunt verba editoris Cantabr.) nulla fit mentio. Maittairium id definisse, Catullum nimirum ab eodem typographo et anno eodem impressum fuisse, observat Ill. Heynius praefat. ad Tibull. §. 11. Haec editio Veneta cum priore Brix. plerumque consentire dicitur eidem editori Cantabr. deprehendi tamen in paucis, sed levissimis,

q Quoniam in hoc Ferr. vet. cod. III, 22, 6. *Nec* legi observat editor Cantabr., eademque lectio deprehenditur quoque p. in Modii libro p. in Palat., probabile est, lectiones illas inde excerptas esse. Vide nos in V. L. ad l. c.

discrepare. *Veterem edit. Ald. Man.* in qua non apparet, quo tempore sit impressa. Illustri Heynio videtur esse editio a. 1502, observatque non infrequens esse in antiquis editt. annum in aliis omitti, in aliis addi. Praef. ad Tibull. §. 11. Tandem *editionem Colinaei Parisinam:* qua nos utraque usi sumus. Cur autem ille Vir Doctus in eodem elencho, editionem Bononiensem a. 1486, vel potius 1487, non adduxerit, coniectura assequi non possum. Saepe enim in Variis Lectionibus ad eam simul cum caeteris provocat, et in quatuor editionibus primariis ponit, v. c. ad I, 11, 4, ubi laudantur Editt. B. V. R. et Bon. i. e. Brix. Ven. Rheg. et Bononiensis; II, 1, 47, ubi: *editt. quatuor nostrae antiquiss. viz. R. V. B. et Bon.* et sic alibi. Haec editio Cantabrig. serius, quum iam scidae omnes ad Propertium pertinentes in manibus redemtoris essent, in potestatem nostram pervenit; namque e Biblioth. Elector. Dresd. cuius libri in duplo exstantes a. 1775 publ. auctionis lege distracti sunt, in Biblioth. scholae nostrae Portensis migravit: itaque inter corrigendum tantum, ubi aliquid spatii superesse videbatur, bis terve a nobis allegari potuit, uti factum est ad II, 1, 61; III, 18, 1; III, 20, 4. Neque tamen adeo moleste ferendum vidimus, illa nobis in ipso labore comparandarum inter se editionum carendum fuisse. Namque conspirat in omnibus cum edit. Londin. quam totam contulimus, et saepe in V. L. laudavimus; ita ut, ubicunque Lond. ed. legitur, ibi et simul de Cantabrig. cogitandum sit.

Discrepantiae autem utriusque editionis mera sunt operarum vitia. Tota editio satis splendidis impressa literis, continet pagg. 520 in 4 mai., ipse contextus Triumvirorum continuatur usque ad p. 493, pagina seq. sistit aliquot editt. quibus usus est V. D. inde variae lectiones ad Catull. a p. 495 procurrunt ad p. 503, hinc V. L. in Tib. sequuntur ad pag. 510, inde usque ad pag. 520 variae lectiones ad Propertium quinque complent scidas, quod quidem pro tanto apparatu admodum parum est. Secutus nimirum V. D. videtur morem plerorumque editorum, ut in casibus dubiis tantum, et ubi ipse forte haereret, editiones suas consuleret, reliquas vero discrepantias non curaret. Hinc factum est, ut ad multas Propertii elegias ne γρῦ quidem afferret, et in iis quoque, quas habet, elegiis, paucos tantum subinde versus attingeret. Sic, ut lectorem aliqua saltem notitia illius, quam secutus est, rationis imbuamus, Lib. I, El. 1 omissa, ad El. 2 varias quasdam lectiones affert ad v. 13 et 16, praetereaque nihil: ad El. III unice v. 33 attingit. El. IV, v. 14 et 22; El. V, v. 9; El. VI, v. 17, 20, 21, 33; El. VII, v. 16; El. VIII, v. 7, 15, 19, 21, 22, 25; El. IX et X desiderantur penitus et sic porro.

Novissimus denique, qui Propertio nostro operam curamque non levidensem aut superficiariam impendit, fuit *Io. Anton. Vulpius*, elegantis Vir ingenii, cum Passeratio ac Broukhusio pari dignitatis loco habendus; a quo quidem nos profecisse plurimum, non infitias ibimus. Quamquam enim assidua

poëtae nostri lectione hoc eramus consecuti, ut pleraque eius loca, etiam difficiliora, e contexta orationis serie et usu loquendi Propertii explicare, et cohaerentiam sententiarum ostendere possemus; restabant tamen nonnulla, in quibus aqua nobis haereret, ubi plerumque cum gaudio cognovimus, nos in suspicionibus nostris a docto illo Italo partim confirmari, partim in viam rectae interpretationis duci. Secuti igitur sumus utplurimum hunc ducem, ita tamen, ut et nostro iudicio daremus aliquid, et ubi ille falsus esse videretur, ab eo desciscеremus. Sit in aliis reconditior forte eruditio; at Vulpio haec saltem laus vindicanda est, quod perpetuos in Propertium commentarios contexuit, neque, pro more Broukhusii aliorumque, varias unice lectiones congessit, et notulas tantum quasdam, saepe non necessarias, e collectaneis corrasas, putidae eruditionis ostentandae causa, adspersit, vel integris plaustris comportavit, quas nemo facile illo loco desiderarit. Neque minus haec ipsi gratia propria est, quod praeter varias lectiones *duorum codicum manuscriptorum Bononiensis* et *Guarneriani*, primis editionis suae paginis insertas, *editionem omnium primam*, Broukhusio ne cognitam quidem, contulit, eiusque ope multas lectiones a Broukhusio furcillis quasi eiectas, iure postliminii reduxit, Propertioque nostro asseruit; ut nihil dicam de indice locupletissimo et ad meliorem frugem composito, quum Broukhusianus plane sit exsuccus, exsanguis, omnibusque destitutus nervis.

Iam ne nos ratione textus Propertiani plane ἀσύμβολοι essemus, operam dedimus, ut editionem nostram variis saltem lectionibus instrueremus e *codice Dresdensi*, quem in Tibullo iam excusserat Ill. Heynius, accurate descriptum ab eodem Viro Summo §. 9 praefat. ad eum poëtam, et a Goetzio *in den Merkwurdigkeiten der konigl. Biblioth. zu Dresden* p. 137, n. 123. *r* Qua quidem in re amicam nobis operam praestitit Cl. *M. Christianus Ludovicus Wendlerus*, scholae Crucianae tunc temporis Collega III, nunc autem Diaconus et Collega scholae Portensis coniunctissimus; qui nobis V. L. ex hoc cod. cum Aldina edit. collato, excerptas humanissime transmisit. Dedimus eius cod. etiam vitiosas lectiones: non quod crederemus iis editionem exornari nostram, sed ad significandum, quam accurate hac in re versata fuerit amici nostri industria. Habet is codex interdum bonas lectiones, sicuti v. c. patet e lectione *comprensa* II, 30, 35, quam non spernendam esse diximus eo loco, quum Broukhusius ibi multa moliatur: habet quoque lectiones, quae in aliis non deprehenduntur, ab editoribus certe non sunt annotatae; cf. v. c. III, 1, 7; III, 3, 14; repraesentat tamen spurium illud Ovid. distichon cum cod. Franciano secundo III, 13, 48, quod in aliis codd. et editt. antiquissimis non reperitur. Haec igitur de codice hoc Propertii collato. Sed et de reliquis nostris la-

r Auctor illorum Memorabil. in fine addidit haec: *Dieser Codex hat Wolfgangen von Werhergehort, und ich habe bey Zusammenhaltung desselben mit der Edition dieser Poëten in usum Delphini erfahren, dass seine Variantes lectiones gar wohl zu brauchen sind.*

boribus totaque ratione, quam in Propertio edendo secuti sumus, pauca quaedam adiicienda sunt.

Destinavimus hanc editionem inprimis iuvenibus bonarum literarum studiosis, utpote quorum in gratiam maxime perpetuas adiunximus adnotationes, ubi nimirum hanc aetatem, ob poëticam loquendi rationem, quae in Propertio non vulgaris est, haerere posse opinabamur. Sed brevissimis id semper fere fecimus. Loca, quae longiore expositione e mythologia vel geographia vetere indigerent, in *Clavem Propertianam* coniecimus, ne scilicet contextus ipse nimia notarum obrueretur mole, nec tamen quidquam omitteretur, quod iuvenibus crucem posset figere. Nihilo tamen secius etiam viros doctos opera nostra quodammodo sublevatum ivimus, *Varietate Lectionis* adiecta. Quum enim videremus multas passim emendationes proferri cum in alios antiquos auctores, tum in Propertium quoque, quas libri veteres et editiones iam repraesentarent, vel quae ab aliis iam essent occupatae, operae pretium nos facturos arbitrati sumus, si veteres et recentiores, quotquot nancisci possemus, editiones, non in hoc vel illo loco modo consuleremus, sed totas a capite ad calcem perlustraremus, atque varietates enotaremus; quo facilius pateat, quorsum in posterum studia atque ingenia intendere debeant Critici. Summa itaque diligentia susceptam hanc administravimus provinciam, ut propemodum quovis interposito certare pignore, et in nosmet recipere possimus, habere nostram editionem discrepantias reliquarum

editionum omnes nostro studio, non citra taedium, conquisitas, quantum quidem in hac naturae humanae imbecillitate fieri potuit. Neque tamen in hunc censum venire debent illae lectionum varietates, quae saepe ex vitio memoriae eruditorum, dum libros non inspexerunt ipsos, ortae sunt, quas omnes nemo feret aegre studio neglectas a nobis esse. Sic, ut exemplis quibusdam hanc rem confirmem, Salmasius ad Capitolini Antonin. Pium c. 12, p. 279, laudat Propertii lib. I, El. 1, v. 13:

Ille etiam Eleo percussus tempora ramo,

manifesto memoriae vitio; confer porro eundem ad Capitol. Ant. Philos. c. 3, p. 298, ad Spartiani Hadrian. c. 3, p. 127 seq. Similiter in Triga Diss. in Io. Marii Matii Brix. annotatt. c. 96, lib. IV, El. 2, v. 51, contra lectionem librorum omnium legitur *Lucomenius*. Gesnerus quoque lib. IV, El. 5, v. 16 excitat: Cornicum *emeritas* pro *immeritas* librorum: ad Quinctil. VIII, 33, 22; quod unde sit non habeo dicere. Meliore, puto, consilio inseruimus variis nostris lectionibus coniecturas et emendationes doctorum virorum omnes, quae quidem post Broukhusium lucem viderunt, inque manus nostras pervenerunt. Eo referenda sunt inprimis, quae in *Nic. Heinsii* s

s Non possum quin hic adscribam *iudicium Wakkeri V. D. de Nic. Heinsio eiusque in Propertium* (quidni etiam reliquos auctores?) *coniecturis*, cui nemo non subscribere dubitabit. Ita nimirum ille in Amoenitatt. liter. cap. 12, p. 105: « *Sed uti multa in Heinsii ad Propertium notis inveniuntur, quae Vir egregius, ut primum succurrebant, in chartam coniecit, sine dubio eadem commodiore tempore*

notis in Propertium et in Adversariis eiusdem, a Petro Burmanno Sec. V. Cl. una cum illis editis, et in *Miscell. Observatt.* Dorvill. proferuntur: nec minus ea, quae recentissime Viri Docti *Iac. Philip. de Medenbach Wakker*, *Petrus Henricus Koppiers*, *Antonius de Rooy*, etiam *Burmannus Sec.* ipse ad Lotichium, in Propertium proposuerunt: cuius tamen omnes allatas emendationes praestare non possumus, propterea quod libro ipso caruimus, Excerptis tantum ex illius Commentariis, ab amico transmissis, usi. Quodsi igitur intellexerimus operam nostram studiumque inserviendi Viris Doctis non plane displicuisse aequis harum rerum aestimatoribus, satis magnum fructum laboris nostri cepisse nos existimabimus.

Quod autem ad ipsum poëtae nostri contextum attinet, Propertium ita exprimendum curavimus, ut is in editione Gottingensi, non illa priore, quae Scaligeri transpositiones recepit, sed secunda, quae anno 1762 emendatissime prodiit, expressus legitur, nec quidquam mutare sustinuimus, quum ab omni audacia simus alienissimi; licet subinde in V. L. monuerimus lectores, ubi lectio vulgata restituenda et quasi iure postliminii revocanda videretur. Retinuimus vero etiam hanc ob causam lectiones edit. Gotting. omnes, quod iuvenibus, quorum manibus hanc editionem maxime conteri noveramus,

accuratius expositurus, vel emendaturus, ita ego pro certo habeo, neque hanc, neque illam correctionem ipsi Heinsio, si in vivis esset, post institutum examen ulterius placituram. »

maxime scribebamus, ne scilicet illi perpetuis eiusmodi mutationibus in dubias cogitandi rationes legendique coniicerentur. Horum in iuvenum gratiam denique adiecimus etiam reliqua, quae huic editioni adiuncta cernuntur, inprimis *Vitam Propertii chronologicam*, utpote quae multos Propertii versus, totas quoque elegias amoena luce perfundit: in qua tantum, puto, praestitimus, quantum per vires nostras licuit. Scrib. in schola Portensi MDCCLXXVII.

OBSERVATIONES

IN

PROPERTIVM

IN LIBR. I ELEG. I

Sex. Aurelii Propertii Cynthia) hanc inscriptionem omittunt Leidensis pr. et sec. primus Vossianus, unusque ex meis Codd. *Sexti* praenomen in sec. Dorvilliano desideratur. *Incipit Monobiblos Propertii Aurelii Nautae ad Tullum* in Vossiano altero. *Propertii Liber primus incipit ad Tullum* in tertio eiusdem Vossii. *Auli Propertii Vmbri Elegia ad Tullum* in quarto Vossiano. *Incipit Monobiblos Propertii Aurelii Nautae* in vet. cod. cuius collationem ed. Aldinae a. 1515 adscripserat Antonius Perreius. *Sex. Propertii Nautae Monobiblos ad Cynthiam* in Excerptis Scaligeri e cod. Vaticano. *Aurelii Propertii Nautae Vmbri incipit liber elegiarum, vel Cynthia*, in primo Dorvilliano, in quo ab alia manu *Monobiblos ad Tullum*, in eiusdem sec. Cod. etiam praefigitur, *Aurelii Propertii poëtae clarissimi Monobiblos incipit*, et ab alia manu *Monobiblos ad Tullum*, et sic in aliis Codd. Notum est illud *Nautae* cognomen, quod in nonnullis Codd. additur, poëtae perperam adhaesisse ex mendoso loco II, 24, 38: *quamvis non ita dives eras*, ubi male scripserant librarii *nauita dives eras*, quod ab aliis dudum notatum est. *Sex. Aurel. Propertii Cynthia. Monobiblos* veram olim huic Libro I inscriptionem fuisse recte censet Broukhus. prolato Martialis loco lib. XIV, ep. 187, cuius lemma in variis Codd. quorum apud me Excerpta, est *Monobiblos Propertii*,

Cynthia facundi carmen Iuvenale Properti.

unde titulum fuisse, *Sex. Aurelii Propertii Iuvenalis Monobiblos*, existimabat Scaliger in notis ad Catalecta p. 5; sed illud *carmen Iuvenale* versus extendendi tantum gratia a Martiale dicitur, et inscriptionis simplicitas exigit, *Cynthia, Monobiblos*. Idque Patruus meus probabat ex loco Ovid. Rem. Amor. vs. 764: *Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli, Vel tua, cuius opus* Cynthia *sola fuit*. Et *Cynthia* huius libri titulum esse indicat ipse Prop. II, 24, 1 sq.

1-2. *me cepit) me fecit* in sec. Voss. Ovid. Epp. XVI, 132: *Sed mihi laudatam cupienti cernere formam, Lumina, nil aliud, quo caperetur, erat.* Add. Met. XIV, 372. Prop. II, 3, 9. Pro *Cupidinibus* perperam in nonnullis Codd. *libidinibus.* Qui *antecupidinibus* coniuncta per hyphen voce legunt, eos invito Propertio rus horridum ingerere, recte censet Broukhusius.

3. *tum mihi constantis deiecit lumina fastus) constanti* Leidensis alter a manu sec. et sic. in ed. Vicent. 1481, ut cum *mihi* connectatur. *Constantes lumine fastus* in Cod. Palatino. I. Dousa P. *constanti* etiam legebat, et *fastus* pro repulsa capiebat, in sui exemplaris margine, quo sensu *fastus* saepe ap. Propert. Vid. Lips. lib. II Var. Lect. c. 22. Sed praefero *constanti fastu*, ut innuat, Cynthiam, non vero Amorem, ut Passeratius, assiduo fastu suo lumina a se amovisse, et in terram deiecisse. Burm. Satis contorte; rectius Hemsterhusius hunc versum ad Amorem refert. Coll. Prop. II, 30, 10. V. Heins. ad Claudian. I in Eutrop. 136. Kuin.

5. *Donec me docuit castas odisse puellas) castas docuit odisse* in pr. et tert. Vossiano, Heinsiano, meoque primo Cod. *Castas puellas* praeter Passeratium, et Philip. Sylvium, Delphinicum interpretem, *pudicas* etiam exponit Vulpius, qui Barthii explicationem et Broukhusii assensum repudians, ideo Propertium dicit *castas*, seu probas, *odisse puellas*, *quia illae minus obsequentes amantibus sunt.* Sed per *castas puellas* Propertium hic Musas et Minervam intelligere certum est, quibus se valedixisse, et iam *nullo vivere consilio* profitetur, postquam Cupidini in praedam cesserat. Recte Ayrmannus hic quoque *castas puellas* exponit Castalias, seu Musas, in Sylloge Emend. Critic. Gissae a. 1727 edita; vel potius *castas* scriptum per abbreviationem pro Castalias, et sic dispositum fuisse versum censet: *Donec Castalias docuit me odisse puellas.* Et sic libro suo adscripserat Marklandus: *negligere se docuit Musas, ex quo fere sequitur, nullo vivere consilio.* Burm. Sed recte Barthius, frustra sunt, inquit, qui de Musis ac Pallade cogitant, quum tam absolute ponatur vox *puellae.* Kuin.

7. *Et mihi iam toto furor hic non deficit anno*) *totis annis* duo Vossiani et Heinsianus. *Totos annos* in Voss. tertio, et pro diversa lectione superscript. *totis annis Totos annos* adfert Voss. de Construct. c. 34 *sufficit* in Cod. Regio. Heinsius in notis ad Prop. legebat: *Et me iam toto f. h. non def. anno*, vel: *Et mihi iam totum f. h. non deficit annum*, aut *toto non desit in anno*. Si quid mutandum, praeferrem primam Heinsii emendationem, *Et me iam toto furor hic non deficit anno*, quia similiter el. I, 8, 23: *Nec me deficiet nautas rogitare citatos*, ubi vid. Passerat. Vtrumque tamen, *mihi deficiat*, et *me deficiat*, apud optimos auctores antiquos occurrere, adeoque nihil hic mutandum, fuse adversus Heinsium disputat Fred. Otto Menckenius in Miscell. Lips. Nov. vol. IV, tom. IV, p. 737 seq.

8. *Quum tamen adversos cogor habere Deos*) *Cur tantum* in quarto Vossiano. *Cum tantum*, pro, usque adeo, legebat Langermanus. *Aversos Deos* emendabat Heinsius ad Ovid. Epist. VII, 4; sed *adversos* constanter servant Codd. et editt. vetustae. Passim hae voces confunduntur; vid. Drakenb. ad Sil. Ital. lib. II, 618. (Obss. Misc. vol. IX, p. 56; Cortius ad Sallust. Iug. c. 93, ut verba *advertere* et *avertere* Virg. Aen. I, 104. Vid. Drakenborch. ad Liv. VI, 23, 8; *aversari* et *adversari* Id. ad Liv. III, 50, 5. Kvin.) *Aversi* et *adversi Dii* differunt, *aversi* enim qui precibus hominum surdas opponunt aures, *adversi*, qui consilia eorum improbant et irrita reddunt, vel antea propitii, se illis infestos ostendunt. Pro *cogor* in Heinsiano, Broukhusi et meo primo Cod. *cogar*.

9. *Milanion nullos* etc.) ita recte a viris doctis iam dudum correctum est, quum in omnibus fere Codd. *Minalion*, *Mimalion*, vel *Minaleon* legebatur, ut in quatuor Voss. duobus Dorvill. meoque Cod. *Minalion* inveni, quod et in Heinsiano, Neapolit. Menteliano, Dresd. Groningano et excerptis Ant. Perreii, qui ad finem edit. Aldinae adscripserat, se a. 1528 emendasse Prop. ex vetustiss. exemplaribus uno Pontani, altero Episcopi Cremonensis, alio Franc. Puccii, praeter illos, quos Romae et Florentiae contulit.

Minalion etiam in Cod. Ant. Askewii, sed in marg. *Milanion* pro varia lectione. *Mimalion* in Leid. 1. *Minaleon* in 2 et Borrichiano. *Menalion* in uno Dorvill. et pr. Vaticano. *Mimalion* in ed. Venet. 1475 et Vicentina 1481, Reg. Lepid. 1481, Aldinis 1502 et 1515, Iuntina, aliisque. Μειλανίων drama Antiphanis laudatur Athenaeo lib. X, c. 6, ut recte Casaubonus, et veram esse scripturam *Milanion* patebit praeter alios, ex notis Heinsii ad Ovid. Amor. III, 2, 29; et Art. Am. II, 188.

11. *nam modo -- in antris) Iam modo* in Heins. et meo Cod. recte Broukhus. castigat Guyetum *ancris* h. l. pro *antris* Propertio ingerentem, certe quia *ancrae* in Glossis Isidori et Philoxeni pro convallibus occurrunt, exigui iudicii manifestum specimen est, vocem adeo rancidam obtrudere Poëtae e Grammaticorum Glossis, quae neque ap. Propert. neque ullum alium poëtam latinum, usquam occurrat. *Antri* in Parthenio Arcadiae monte meminit Aelian. H. V. XIII, 1: *in antris* i. iuxta antra; vid. Perizon. ad Ael. H. V. II, 25, 12. Burm. ad Ovid. Met. I, 689; Oudendorp. ad Lucan. VIII, 862.

12. *hirsutas ille ferire feras)* ita ex emendat. N. Heinsii edidit Broukhus. *videre* pro *ferire* olim vulgabatur, etiam in edd. primis, caeterisque vetustioribus, et pertinaciter in hanc lectionem conspirant codd. vetusti, quatuor Vossiani, Leidenses hini, totidem Dorvill. et unus ex meis codd. neque aliter in Borrichiano, Menteliano, Heinsiano at Askewiano. Praeferebat lectionem *videre* etiam Vulp. in notis suis, et in Obss. ineditis Hemsterhusius. Scaliger quoque in sua edit. *videre* retinuit. Sed ex hac lectione Robert. Titius in libris Locorum Controversorum apud me ineditis scribendum censebat: *Ibat et hirsutas ille viere feras;* et *viere feras* exponebat feras indagine cingere, et quasi vincire, ineptissime. Forte viros doctos offendit *ferire feras*, tanquam sonus ingratior, licet apud Prop. obvia. Liceat mihi N. Heinsii iudicium hic sequi, cui illud *videre feras* vehementer frigere videbatur, ideoque *ferire* reponebat ad Ovid. Fastt. I, 287: nam sic de Milanione Ovid. A. A. II, 190:

Saepe fera torvos cuspide fixit apros, quod *ferire* aprum eidem Met. III, 715. Ayrmannus autem et Oudendorp. coniecerant *hirsutas illaqueare feras*, quod videntur elicuisse e voce *ille*. Certe eodem loco Ovid. de Milanione: *Saepe tulit iusso fallacia retia collo*. Fuit quum hariolabar, *hirsutas ille agitare feras*, ut Virg. Georg. III, 409: *Saepe etiam cursu timidos agitabis onagros*. Aen. XI, 686: *Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti*. Et huic coniecturae favet auctor veteris Epitaphii de Caue venatrice, tom. II Anthol. Lat. lib. IV, p. 293, ex huius loci Propertiani imitatione: *Docta per incertas audax discurrere silvas, Collibus hirsutas atque agitare feras*. De Graecismo *ibat ferire* vid. Heins. ad Claudian. II in Rufin. 98; ad lib. III de R. P. 386; Gronov. ad Gell. XIX, 10, et Burm. ad Valer. Fl. VI, 647. BURM. Ego vero Hemsterhusio vulgatam lectionem *videre feras* defendenti adstipulor; quum ea Codd. auctoritate nitatur, et commodum sensum pariat, ac profecto minus frigeat, quam illa altera *ferire feras*. Vid. notas. Nempe *videre* est Gr. παπταίνειν et δοκεύειν, quod posterius verbum sic legitur Theocrit. Id. IX, 26. Oppian. Hal. I, 13 δοκεύειν *observare, investigare, insidiari, captare*. Hesych. δοκεύειν. τηρεῖν, φυλάσσειν, ἐπιτηρεῖν, προσδοκᾷν. schol. ad Theocr. l. c. δοκεύσας, ἀγρεύσας μετὰ σκέψεως. Vid. Alberti ad Hesych. sub hoc verbo et Schrader. ad Musaeum p. 325 seq. KUIN.

13. *Ille etiam Hylaei percussus vulnere rami)* pro *Hylaei* in vetustis Codd. et prr. editt. *Psilli* antea legebatur, ut in Borrichiano, Neapol. Mentel. et Scaligeri Excerptis Vaticanis, tribus Voss. primo Leid. et duobus Dorvill. *Psili* in Leid. altero, Dresd., quarto Voss. et ed. Veneta 1475. *Psilei* in primo, *Psilleus* in sec. Vatic. *Psyli* vel *Psili* in Heinsiano, meo primo, Excerptis Modii, Groningano, qui olim Ioh. Posthii fuit, et ed. Reg. Lep. 1481. *Psilli* in Cod. Regio, quem contulit Ian. Helvetius, et in altero *Illiaci*. *Psyli* in pr. Colbertino, *psilli* in altero. *Psillus* in v. c. Ant. Perreii, qui in marg. *Hyllei* vel *Hylei* legendum adscripserat. *Psilei* ed. Ven. 1487 et Aldinae. *Psyllei* in Iuntina. *perculsus pondere* ex vet. Cod. adfert Passeratius. *percussus*

ab arbore teli cod. Livineii. *arbore* etiam in Voss. sec. *pondere rami* coniecerat Heins. ut de clava Hylaei intelligatur, et ita Guyetus. *Psilei* vel *Psilli*, aut *Psyli* scripturae ex codd. et edd. vetustis modo prolatae, sunt tantum librariorum aberrationes. *Hylaeum* enim constanter vocant, quidquid auctorum vett. est. Ὑλαῖος Graecis. Pro *rami* Heins. malebat *nervi*, ut arcu et sagittis Hylaei vulneratum Milanionem innuat. Quam coniecturam adiuvat Ovid. A. A. II, 191: *Sensit et Hylaei contentum saucius arcum*. BVRM. Lectio *vulnere* confirmatur etiam loco Sil. It. V, 251: *Ac simul infesto Lateranum* vulnere *truncae Arboris urgebat, iungens convicia pugnae*. ubi vid. Drakenb. KVIN.

15. *potuit domuisse)* pro domuit. Vid. Barth. ad Calpurn. III, 41; Bronkh. ad Tibull. I, 11, 31; Burm. ad Ovid. Her. XVII, 209; ad Phaedr. I, 15, 6; Snakenb. ad Curt. VII, 1, 28. KVIN.

17. *In me tardus Amor non ullas cogitat artes) falsus Amor* in primo Dorvill. et excerptt. Scaligeri ex Vatic. cod. Sed nihil mutandum. *Neque amanti tardus Apollo* infra el. VIII, 41. *nonnullas* in codd. Regiis, sec. Colbert. tribus Voss. duobus Dorvillii, et meo cod. primo, et sic in Heinsiano, Menteliano, et Neapol. Sed *non ullas* in Groningano, caeterisque codd. ed. Venet. 1475 et 1487, et Reg. Lep. quod praetulit Muretus. *non illas* Dousa P. ut coniecerat etiam Marklandus, hoc forsan sensu, non curat, sed spernit Cynthia id omne, quod gratiae eius conciliandae causa feci; sed ad Cupidinem potius referatur. Pro *cogitat* vitiose in quarto Voss. *agitat*, caeteris codd. nihil variantibus. (cod. Dresd. *excitat* sup. scr. *cogitat*) *non ullas concitat artes* coniecerat Patruus meus, pro, non facit mihi ingenium, ut dicit lib. II, 1, 4; vel hic sensus sit, non mihi suggerit amor ullas artes, nec more suo, ut olim, erga me animatus est. Posset etiam, quia maior pars codd. in *nonnullas* conspirat, ut etiam est in ed. Ald. Iunt. Colinaei, Gryphii, aliisque, et voces *tardus* ac *surdus* inter se haud raro commutantur: *In me surdus Amor nonnullas cogitat artes, Nec memini notas, ut prius, ire vias.* Nam *memini*

in Voss. secundo. *metuit* in Borrichiano. *cogitat* vero interpretor, malas artes et dolos meditatur, ut de Aenea Dido ap. Ovid. Epp. VII, 29: *Ille quidem male gratus, et ad mea munera surdus -- Nec tamen Aeneam, quamvis male cogitat, odi*: etc. *In me surdus Amor*, est quod II, 16, 48, *surda negligit aure preces*. vel coniungenda sunt *In me cogitat artes*, ut infra vs. 33, *In me nostra Venus* etc. Burm. Pro *ut prius* coniecerat Astius Obss. in Propert. *saevus*: *Nec meminit notas saevus inire vias*. Kuin.

19. *At vos, deductae quibus est fallacia Lunae*) *subductae* male in primo Leidensi, Heins. meoque cod. pr., Menteliano, uno Regio, Colbertino, aliisque duobus ap. Broukhus. quod ortum sine dubio ex *fallacia*: nihil enim notius inter magicas artes, quam *coelo deducere Lunam*. Pro *fallacia* Ian. Meller. Palmerius legebat *pellacia*, quod quia contra omnes codd. est, reiecit Passeratius et Broukhus. ita tamen hic etiam correxerat Lucas Fruterius et Marklandus, addito Virg. loco ex Georg. IV, 443: *Verum, ubi nulla fugam reperit pellacia*, ubi et in aliis *fallacia*: sed *pellacia* tam illo, quam hoc Prop. loco praefert Heins. et multis vett. locis firmat.

20. *Et labor in magicis sacra piare focis*) *parare* in cod. Dorvil. a man. pr. *Piare sacra* simplic. notat, peragere. vol. III, 10, 19.

21. *En agedum*) *Eia agedum*, Canterus, improbante Broukhusio, qui idem bene discedit a Laur. Valla, *Vos agedum* emendante; frequenter enim *age* cum verbo plurali iungitur; vid. Cic. Orat. pro Fonteio c. 15; interpp. ad Val. Fl. III, 3; VI, 29; Barth. ad Claudian. Bel. Gild. 428.

convertite nostrae) *convellite* olim coniecerat Patruus meus, ut ap. Ovid. Epp. XVII, 111: *Desine molle, precor, verbis convellere pectus*. Sed praecedentia iubent, locum hunc intelligendum esse de imprecationibus magicis, per quas Pharmaceutriae in gratiam amantium carminibus herbisve absentium puellarum animos convertere solebant, adeoque nihil tentandum videtur. Cogitabam aliquando, posse etiam legi: *dominae mentem configite nostrae*. Nam hoc quoque *men-*

tem defigere vocabant. Vid. Virg. in Ciri vs. 377. Sed *convertere mentem* bene se habet, et illustratur optime ex Horat. Epod. V, 71 seq.

22. *Et facite illa meo palleat ore magis*) *modo palleat* in Codd. Regg. et Leid. sec. ut in ed. Reg. Lep. et prima Veneta. *placeat* in Voss. altero, corrupte.

23. *Tunc ego crediderim vobis, et sidera et amnes*) *nobis* in Mentel. et Leidensi sec. Fruterius sensui supplendo legebat: *Crediderim vobis, vos sidera* etc. ut edidit Gryphius. *ignes* Excerpta Scalig. pro *amnes*. Mihi videtur *vobis* abundare, et forte legi posse: *Tunc ego crediderim, vos coelo et sidera, et amnes Posse Cytaeaeis*. In Cod. Heinsii *nosse*; Ezr. Clercquius Specim. II. ad Lucan. p. 2 tentabat, *vos sidera et umbras Nosse* etc. Sed contra codd. hic nihil muto, praesertim quia *umbras* nimium recedit a vulgata *amnes*, quae vox facilius commutari potuisset cum *manes*, quam *umbras*, et quia in sacris magicis *sidera* et *amnes* plerumque iunguntur, ut Virg. Aen. IV, 489; Ovid. Epp. VI, 85.

24. *Cytaeaeis ducere carminibus*) *Cytaeaeis* deest in Leid. primo. *Cytalinis* in utroque Colbertino, Voss. prim. et ed. Venet. 1487. *Citallinis*, cod. Dresd. *Citalinis* in pr. Dorvill. et in marg. *Citainis*, in altero eiusdem *Citheinis*. In Voss. altero *Cythalinis*. Cod. Askew. *Cytallinis* et in marg. *Cythinis*. *Cytheinis* in Codd. Regg. Leid. sec. Voss. tertio et quarto, meo cod. ed. Reg. Lep. et Venet. 1475. *Citainis* Excerpta Scalig. ex Cod. Vatic. *Citalinis* Beroald. exponebat de Circe, quae *Citalis* dicta fuerit, ab insula *Citale*. Quod vero Scaliger suspicabatur Prop. scripsisse: *Posse*, *Cytaei*, *tuis ducere carminibus*, non convenit praecedentibus, *crediderim vobis*. Vera lectio est *Cytaeaeis carminibus*, i. incantationibus magicis Medeae, ut *Aeaea carmina* Ovid. Am. I, 8, 5. hinc Medea *Cytaeis* nostro II, 4, 7. a Κύταια autem, Colchorum urbe, Κυταιαῖος, ut Αἰαῖος ab Αἶα. Vid. schol. Apollon. Rhod. II, 401; Heins. in notis ad h. l.; Harduin. ad Plin. IV, 12, §. 26, p. 470. B. *ducere* pro duci, vel *ducere posse* scil. vos. Vid. Virg. Aen. III, 184, 201; Tibull. I, 3, 27. K.

25. *Et vos, qui sero lapsum revocatis, amici) Nunc vos* Guyetus. *Vos quoque* Heins. *At vos* in Excerpt. Scalig. quod male repetitum ex vs. 19. Hemsterhusio legendum videbatur *Aut vos, qui* etc. nexu sententiae ita postulante, cui lubens accedo. *seros* vitiose in Leid. sec. et edd. prr. *lassum* in primo Dorvill. *laxum* in cod. Askew.

26. *Quaerite non sani) quaeritis insani* Fruterius, sed nihil variant Codd.

28. *Sit modo libertas quae volet ira loqui) sed modo libertas* in quarto Voss. *quae velit* in decem MSS. tam Leidensibus, Vossianis, Dorvillianis, Askewiano et meo cod. quam lectionem vindicat locus Prop. I, 18, 13: *Quamvis multa tibi dolor hic meus aspera debet, Non ita saeva tamen venerit ira mea.* (Lectio *volet* a Grammaticis videtur esse profecta. K.) *illa* in codd. Regg. Leid. altero, Excerptis Scalig. ed. Reg. et Veneta priore, quomodo ex antiquis editt. restituendum male iudicabat Barthius lib. III Advers. c. 14, et absurde exponebat poëtam dicere, se omnia, quamlibet dura, passurum, modo Cynthiae obsequium praestare possit, nihilque contra eius voluntatem locuturum.

29. *Ferte per extremas gentes, et ferte per undas) forte* in Voss. sec. *esternas* i. *externas* in altero Dorvill. sed *extremas* reliqui omnes, et editt. primae agnoscunt. Recte Gebhardus reiecit viri docti, quem non nominat, coniecturam *ferte per Indos*, pro *undas* legentis.

30. *Qua non ulla meum femina norit iter) non nulla* in pr. Voss. In vetustiss. edd. Reg. Lep. et Veneta 1475, *semina* pro *femina*, unde *semita* legit Barth. lib. III Advers. 14. equidem accedo Bronkhusio *femina* retinenti, cum quia ab omnibus fere codd. probatur, tum quia *norit* potius convenit *feminae*, et *semita* requireret *monstret*, *pandat*, vel *ducat*. *novit* in Leid. pr. quarto Voss. primo Dorvill. Mentel. Dresd. et in marg. cod. Askew.

31. *Quibus facili Deus adnuit aure) ore* praetulit Broukhus. *aure* in Leid. pr. et sec. tribus Voss. primo Dorvill. Dresd. meoque cod. et in marg. Askew. neque aliter in Reg. Lepid. Veneta pr. aliisque. *aura* in sec. Vatic. in altera

Dorvill. *ore*, ut ex libro Commelini etiam adfert Gebhardus, licet ipse *aura* probaverit, (frequens harum vocum *aura* et *aure* in Codd. permutatio, vid. Drakenb. ad Sil. X, 366; Oudend. ad Lucan. II, 33. Kuin.) sed Hemsterhusius a Broukhus. in diversa abibat, coniungens *Deus facili aure*, non *adnuit aure*, pro altera tamen lectione stat Ovidii locus Met. XIV, 593: *Adsensere Dei: nec coniux regia vultus Immotos tenuit, placatoque adnuit ore*. Recte omnino *ore*, et *aures* sequitur mox vs. 37: *tardas adverterit aures*. (Lectio difficilior *aure*, quae plurium codd. auctoritate nititur, haud dubie praeferenda est. Ablativi absoluti, ut iam Barthius monuit, imposuerunt viris doctis. Vid. not. Kuin.) *annuet* in Codd. Regg. altero Colbert. Leid. sec. et primo Dorvill.

34. *Et nullo vacuus tempore defit Amor) ut nullo* cod. Heins. Leid. prim. Mentelianus, et meus. Pro *tempore* in Excerpt. Scalig. *pectore*. *desit* in duob. Leidens. quatuor Voss. primo Dorvill. marg. Askew. et Reg. Lepid. Ven. aliisque.

35. *Hoc moneo vitate) hoc moneo vitare* Mentel. Heins. et meus cod.

36. *neque adsueto mutet amore locum) nec assueto* Voss. quartus et Askew. *assuetum* quint. Vatic. *asueto* Mentel. forte pro *a sueto*, et sic suo exemplari adscripserat Broukhus. h. e.: neque ab amore assueto recedens mutet locum. Barth. Adv. III, c. 14: *assuetum mutet amore locum*. Markland. ad Stat. Silv. V, 3, 93, p. 295: *neque assueto mutet amore novum*. cui favere posset illud ex lib. III, 20, 26: *Pollueritque nova sacra marita toro*, et sic coniecerat Eldikius, ut sit oppositio τῷ *adsueto*. Sed vulgata se tueri potest e lib. II, 22. 37, et forte *mutare locum assueto amore* idem notat, quod IV, 8, 28: *Mutato volui castra movere tore*. Cf. et Bentlei. ad Horat Od. II, 16, 18; Drakenb. ad Liv. V, 30, 3; XLII, 5, 3.

37. *tardas adverterit aures) advexerit* Voss. quartus. forte leg. *surdas* (male, Prop. expressit Gr. βαρυηκοΐας, ut recte monuit Mitscherlich Obss. in Catull. et Prop. ad h. l.

Kvin.) *obverterit aures*, vel *averterit*, ut ap. Boëthium Cons. Philos. Metr. I. -- *surda miseros avertitur aure*. Vltimo versu, *Seu referet* in Heins. et meo cod. *Referet* hic est recordabitur; vid. Heins. ad Ovid. Epist. V, 183. *Quis*, vel *His*, *si quis monitis* correxerat Francius.

ELEGIA II

1. *Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo) vincta* in Leid. pr. et quarto Voss. Mentel. et Excerpt. Scalig. *victa* Dorvill. sec. *vitta* Voss. sec. et tert. a man. pr. Pro *Coa veste* in pr. Leid. quatuor Voss. et Mentel. *Choa*, et sic in membranis G. Vlamingii, et Vatic. pr. In Posthiano, et Leid. altero *Cea*. et sic in marg. cod. Askew. ut habent edd. primae, Venet. 1475, et Reg. Lep. 1481. *Caea* in Vicent. 1481, primum vero Aldum Manutium *Cea* mutasse in *Coa* indignatur Barth. Adv. lib. IX, c. 10; sed ita iam exstare in ed. principe a. 1474 notavit Broukhus. qui de hac scripturae et utriusque insulae *Ceae* et *Co* differentia optime ad h. l. egit. add. interpp. ad Ovid. Met. VII, 368; A. A. II, 298. (Heyne Obss. ad Tibull. II, 4, 29, p. 115. K.) *fovere sinus* coniec. Heius.

3. *Aut quid Orontea crines perfundere myrrha) Aut Orontea* in pr. Leidensi, adversus metrum, et sic in Mentel. in quo *Orantea*. *Oruntea* Voss. quart. *mytra* in Leid. pr. *crinem*, ut magis poëticum, scripsisse Propertium, censet Broukhus.

5. *Mercato prodere cultu) pendere* ex cod. Posthiano Palmer. et sic in excerptis Fr. Modii, quod natum fuit ex praeced. *vendere*. *cultu* mutandum videtur in *vultu*, idque auctoritate cod. Regii; nam ad *cultum* praecedentia spectant, sic hic innuere videtur fucatum cerussae lenocinium, quo oris formam a natura datam coloremque pigmentis interpolare et augere vel potius perdere amant puellae; forte igitur leg.: *Naturaeque decus fucato perdere vultu*, vel *prodere* -- El. II, 18, 25: *Vt natura dedit, sic omnis recte figura est: Tur-*

pis Romano Belgicus ore color. Illi sub terris fiant mala multa puellae, Quae mentita suas vertit inepta comas. Quo ultimo versu fere adducor, ut hic quoque legi posse suspicer: *Naturaeque decus mentito prodere vultu*, vel *cultu*, ut in vulgatis. Possis etiam *medicato perdere vultu*, quod ad *mercato* propius accedit. Sic *medicare capillos* Ovid. Am. I, 14, 1. B. *Naturae decus* κάλλος ἀπηκριβωμένον τῇ φύσει Aristaenet. I, ep. 11. K.

7. *non ulla tuae est medicina figurae)* hoc praetuli ex longe maiori librorum MSS. suffragio: ita enim in quat. Voss. duobus Leid. totidem Dorvill. Codd. Regg. et Colbertino, Heinsiano, Mentel. Borrich. Neapol. Dresd. Groningmeoque cod. nec aliter in ed. Reg. Lep. et Veneta a. 1475. *tuae medicina figurae est* edidit Broukhus.

8. *Nudus Amor formae non amat artificem)* Nic. Heins. Advers. lib. II, c. 6 legit *formam artificem*; et recte firmat loco Val. Flac. VI, 465: *Da precor artificis blanda adspiramina formae.* add. Pers. V, 40: vid. Broukh. ad II, 23, 8; Barth. ad Stat. I Achill. 332, p. 1657. Marklandus ad haec notaverat: « optime legere possis *formam artificem*, ut *artifices boves*, *artifices manus*, *artifici pollice*, Statius: et similia passim. Sed obstat noster II, 1, 58: *Solus Amor morbi non amat artificem.* Nil igitur mutandum. » *formam* tamen *artificem*, ut magis Propertianum, hic praefero; alter enim locus non nihil diversus est. Illic *morbi artifex* pro medico dicitur, vel sanatore morbi, ubi *morbus artifex* locum habere, neque recte dici posset. Hic *forma artifex* est, quae multo artis molimine conciliatur et adornatur, ut contra *nulla arte* dicuntur, quae ex natura se commendant, ut vs. 14, et Ovid. Fast. II, 764.

9. *adspice quot submittat)* ita recte a V.-D. fuit restitutum. *quos* in Leid. pr., Dresd., quatuor Voss. duobus Dorvill. et meo cod. et sic Ayrmannus: sed *quot* praeferendum cum Heinsio; vid. Markland. ad Stat. Silv. p. 208. Burm. Restitui lectionem vulgatam *quos*, nam, ut recte monuit Barthius, non de multitudine hic quaeritur, verum de qualitate. Kuin.

submittat) *submittit* male etiam in sec. Leid. primo Dorvill. et Cod. Dresd. *quod submittit* idem Leid. ed. Reg. Lep. Venet. 1487 et Vicent. 1481. *quos summittat* Ald. et Junt. *summittit* perperam quoque in Groning. nam post *adspice* requiritur *submittat*, ut in Borrichiano et Askewiano, et sic semper fere apud vett. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, p. 235, ne dicam sequentia *veniant*, et *surgat* hanc lectionem poscere. Pro *humus formosa* Heins. in notis ad Prop. p. 693, *humus nemorosa* coniecit, i. e. inculta, offendebat eum sequens *formosius*. dein *calores* male Fruterius, *colores* recte in omnibus codd. *submittat humus colores* ut Lucret. I, 8, *tibi suaves Daedala tellus Submittit flores*. Vid. Burm. ad Val. Fl. III, 528, vers. seq. *ut veniant* Ayrmannus et Heyne ad Tibull. p. 181. *veniunt* male in uno Voss. et Heinsii cod. Burm. Vetus liber Ach. Statii, *ut*; recte. Binis sequentibus versibus *Et* legatur an *Vt*, parum interest, quamquam illud malim: satis est adstipulari Propertium, quem, suadeo, auctorem sequamur, vid. II, 22, 35; 29, 37; 34, 55, 57. *Hemsterhus.* vid. ad vs. 11 extr.

11. *formosius arbutus antris)* *pomosior* legebat Heins. Adv. II, 6, vel *frondosior*, quod ultimum etiam arridebat Bentleio ad Horat. Od. I, 12, 45, vel *animosior*. Certe *humus formosa*, et hoc versu *formosius*, tam parvo intervallo recurrentia, magis quam aliis in locis apud nostrum, in quibus tales vocum repetitiones non raro obviae sunt, offendunt merito, et emendationem requirunt, quantumvis Hemsterhus. in notis suis MSS., quum haud pauca in Propertio reperiantur loca, ubi vocis intra brevem orationis ambitum repetitae correctionem nemo sine magnae temeritatis culpa tentare sustineat, vulgatae h. l. acquiescat, sed *formosior* maluerit, quam *formosius*, ut poëticum magis. (et saepius sic peccarunt librarii, ut Ovid. Epp. IX, 153, ubi leg. *acrior* etc. *formosior* h. l. in quibusdam codd. inveniri testatur Heins. Advers. p. 247. K.) *formosior* certe est in cod. Neapol. sed *formosius* in Vossianis, Leidensibus, Menteliano, aliisque. Mihi *pomosior arbutus* praeferendum videtur, ob loca ab Heinsio prolata. *arbutus* enim veteribus poma rubra

instar prunorum proferre dicitur, vid. Ovid. Met. X, 101; *arbuta* autem poma ipsa. Vid. Serv. ad Virg. Georg. I, 148; II, 69. Auctor Culicis vs. 51, ubi vid. Taubman. et Cerdam ad Virg. tom. I, p. 226. -- *solis antris* Guyetum *ancris* hic iterum obtrudentem merito valere iussit Broukhus. vid. ad el. I, 11. -- *Vt sciat* tam hoc versu, quam praeced. *Surgat ut* et *Vt veniant* legi in cod. Achilles Statii notavit Muretus, et ex vet. cod. etiam adscripserat Antonius Perreius, quod minime repudiandum. *Vt veniant* etiam Dousa P. in marg. libri sui coniecerat. *indociles* est Graec. ἀδίδακτος; vid. Lennep. Animadvv. ad Coluth. II, 1, p. 76; Davis. ad Cic. Acad. II, 1, p. 55.

12. *per se dent) persuadent* in tribus Voss. primo Leid. primo Dorvill. Mentel. Neapol. Dresd. Scaligeri Excerptis, Heinsiano et primo meo cod. quem Heinsiano eumdem opinor. *perfundent* quoque pro varia lect. in Exec. Scalig. *collucent* in Codd. Regg. secundo Colbert. Excerptis Modii, Leid. altero, Borrich. ed. Reg. Lep. Vicent. 1481, et Venet. 1475; idque probabat Markland. ex Ovid. Fast. V, 363, et Barth. Advers. IX, 10, cui in suis annotationibus adnuebat Hemsterhus. sed quia *collucent* cum caeteris *submittat*, *veniat*, *surgat*, *sciat* non congruit, altera eius coniectura praeferenda, qua refingebat, *Litora nativi collustrent picta lapilli*, verbo ex picturae arte deducto, ut ap. Cic. Orat. c. 36; (reiecit tamen hanc coniecturam Schrader. Emendatt. p. 102, praefert: *Litora nativis collucent picta lapillis*, quam lectionem liber Voss. in marg. in contextu Leid. et Groning. exhibent, quum *collucere* sit poëticum et proprium verbum, non collustrare, nec coniunctivus necessarius sit, coll. Ovid. Fast. I, 75 seqq. Kvin.) *pellucent* in Aldi, Iuntae et aliis edd. *nativis lapillis* in quatuor Voss. duob. Leid. ed. Reg. Lep. Venet. 1475; Vicentiua 1471; Ald. aliisque. Ayrmannus: *nativis placeant ut picta lapillis*. Denique *persudent* in Voss. quarto, ed altero Dorvill. quod in primae editionis notis Scaligero probatum fuerat, ut innuat lapillos per se provenire, eosque veluti quasdam sudoris bullas erumpere, sed bene id correxit in ed. posteriore Commel. a. 1600; *perrident*

quoque aliquando coniecerat Heins. sed *per se dent* ut ex ingenio Scaligeri emendatum edidit Broukhus. nullo modo sollicitandum; probavit etiam Heins. Advers. II, 6, p. 248; et in notis ad Propert. p. 656; et Casaub. ad Spartiani Adrian. c. 13 extr. p. 131 -- *canunt* male in quatuor Voss. binis Leid. Borrichiano, Groningano, Regiis et Colbertinis, primo Dorvill. et meo secundo, qui ab hoc versu incipit. Sed rectius *canant* in Heinsiano, Dresd. primo meo cod. et altero Dorvill. *Quod volucres* in Neapolitano.

15. *succendit - Hilaïra) incendit* in Voss. tertio. *succedit* in Voss. quarto. Male in Heins. et meo cod. *Lecippi*, in quibus alter versus totus desideratur. *Thelaira* in Groning. tribus Voss. duobus Leidens. et in sec. marg. *Ilaria. Ilayra* in pr. sec. et quinto Vatic. *Thelaïa* in Borrich. et in marg. *Ilaira. Ilayra* legendum ex Pindari schol. notaverat Heins. Vid. Turneb. Advers. XI, 15. *Thelaira* Mentel. et meus cod. sec. *Hilaïra* edidit Broukhus. certe in marg. cod. Reg. *Hylaira. Elaira* ed. Mureti Aldina. *Thelayra* in Aldi et Iuntae edd. ut male etiam affertur a Brodaeo ad Theocrit. Id. XXII, 138. 'Ιλάειρα vitiose scribitur in tabula Picturar. antiq. Herculan. pro 'Ιλάειρα. Vid. Act. Lips. Nov. mens. ianuar. 1759, p. 8; vid. et Meursius Laconic. II, 15, ubi *Hilaïra* h. l. etiam legendum monuit, et pluribus firmavit. -- *Leucippis Phoebe* Gebhard. male conj. *Leucippi Phoebe*.

17. *Non Idae-Eveni)* Eveni filia est Marpessa, Idae uxor, a Phoebo rapta. Quare et legi posset: *Non Idae*, *cupido* etc. nempe *succendit*. -- *Et* deest Cod. Voss. *Ida* in binis Leidens. et Vossianis, Menteliano, Neapolitano primo, utroque meo cod. etiam cod. Dresd. in cuius marg. *alias ida*. -- *Ide* in Voss. tert. et pr. Dorvill. *Ebeni* in Borrich. *Evenit* vitiose in Neapol. pr. tribus Voss. binis Leid. Dorvill. pr. Mentel. et meo utroque cod. ut in ed. Reg. Lep. et prima Venet.

19. *Nec Phrygium) Non Phrygium* in Voss. tert. utroque Colbert. Groning. primo Dorv. et meo secundo. -- *addicta* in tribus Voss. *advecta* in meo sec. Heinsiano, Askewiano et Dresd. Pro *externis* in Borrich. *aeternis*, per-

petuo fere in Codd. errore. BVRM. Vid. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, p. 232, 448. K.

22. *Qualis-tabulis)* respicit procul dubio, ut observat Heins. in notis p. 656 ad nudam Venerem ἀναδυομένην ab Apelle pictam. Ruhnkenius tamen hic potius ad tabulam, in qua Apelles Pelopem et Hippodamiam pinxerat, quam ad Venerem illam, respici opinabatur; quia Hippodamiae et Pelopis mentio praecessit. Id lubens amplectar, si istius tabulae mentio veteris alicuius scriptoris loco probetur.

23. *Non-amantes)* Theod. van Kooten Emend. Criticar. Specim. c. 2: *Non illis studium cultu conquirere amantes*, probarem hanc coniecturam, nisi vicinum nimis, adeoque bis idem repetitum esset, quod paulo ante praecessit: *Pollucem cultu non Hilaira soror*. BVRM. Eldikius conj. *Non illis studium fuco conquirere amantes*, ut II, 18, 31, quam coniecturam Santenius in Addendis ad h. l. praefert. KVIN.

25. *Non ego nunc vereor) Non ego non vereor* in pr. Neapol. *verear* Heins. sed infra el. 6, et el. 19, lectionem *non ego nunc* vindicant. -- *Ne sim tibi vilior istis* in Regiis et Colbertinis, Mentel. Groning. Askew. duob. Leid. binis Voss. et binis Dorvill. ut et utroque meo cod. ed. Reg. Lep. Veneta, utraque Ald. Colin. Gryph. aliisque edd. quod probatum fuit Mureto, sed recte Bronkh. alterum *sis mihi* praetulit, quod a Vatic. pr. firmatur. Pro *culta puella* in altero Voss. et mei sec. marg. *una puella*.

27. *carmina donet)* cogitabam aliquando, an *carmina dictet* corrigi, et *donet* seq. vs. subintelligi debeat, sed quia codd. hic nil variant, vulgatam probo. Caet. compara epigr. Virgilii, ut voluit, ad Antonium Musam Authol. Lat. tom. I, p. 303.

29. *iucundis-verbis) dictis* in Voss. pr. et tert. Groning. ac meo sec. cod. sed in marg. *verbis*. Pro varia lectione in Voss. quarto et Palat. *rebus*, nihil immutandum, nisi quod pro *iucundis* Patruus meus coniecerit *facundis*, quod huic loco aptius, quia eruditionem Cynthiae et poëtices studium praedicat, putabatque hoc imitatum esse Ovid. Met. XIII, 127; et sic ad libri sui marginem Markland. Pro

unica Guyeto placebat *vivida*, improbante Heins. in notis ad Propert. p. 657; idque merito, vid. et eum ad Ovid. Met. III, 454, ubi *dictis* hoc in vs. ex codd. praefert. -- *probet* Livineius. Malim, *probent*.

31. *gratissima vitae)* *menti* legebat Heins. ad Ovid. Met. V, 261; et Advers. II, 6, p. 248, ex Homerico ἰμῷ κεχαρισμένη θυμῷ, vel *curae*, ut coniicit in notis ad Prop. p. 657; sed *nostrae vitae* simpl. pro nobis exponit Scioppius Verisim. IV, 13. Vltimo versu *serae luxuriae* emendat Heinsius. BVRM.

ELEGIA III

1. *iacuit)* Philostrat. I, Imag. XV, p. 786, ἐπὶ τῶν πετρῶν μαλακῷ κειμένη ὕπνῳ· saepius ita in tabulis pictis vett. repraesentata Ariadne. Vid. Heyne Opusc. Acad. tom. V, p. 53. K.

2. *Gnosia)* *Gnossia* Mentel. et meus cod. pr. et Dresd. quam scripturam recte improbat Broukhus. in nummis enim antiquis semper Κνωσιων, ut in illo antiquissimo cum Labyrinthi ambagibus, quem etiam edidit Beger. tom. I Thes. Brandenb. p. 401, ubi male Γνωσιων, nam in meo eiusdem typi clare Κνωσιων exstat, qui etiam habetur apud Haymium vol. II Thes. Britan. p. 117, n. 2; Wildium in Select. Numism. tab. VI, n. 38; et in Musaeo Pembrokiano P. II, tab. 14, n. 9. vid. et Drakenb. ad Liv. XXXVII, 60, p. 135; hinc *Cnosia* potius scribendum videtur. (vid. viros doctos ad Virg. Aen. III, 115.)

4. *cautibus)* *cotibus* in quatuor Voss. duob. Leidd. Askewiano, Dorvillianis, meisque codd. et edd. prr.

5. *Nec-choreis)* praeclare N. Heins. Advers. II, 6, p. 249 hic emendandum censebat: *Maenas et assiduis etc.* vid. Prop. III, 8, 14, neque causam video, quare de ea haesitaverit in notis ad h. l. post Advers. p. 657; non raro *Maenalis* nomen a librariis deturpatum in alias lectiones degeneravit. Vid. nos ad Anthol. Lat. tom. I, p. 266 (recte; neque tamen equidem causam video, quare h. l.

a vulgari lectione recedendum sit. Kvin.) *Aedonis* in altero meo cod. et Groning. de communi huius vocis syllaba, ut in *Sidonis*, vid. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 593; Trist. IV, 1, 42. (et quos laudavit Ruperti ad Sil. It. IV, 776. K.) *Appidano* in nonnull. codd. (Cod. Dresd. praefert *Apidano*).

7. *mollem spirare quietem*) male *sperare* in quatuor Voss. pr. Leid. Dorvill. Menteliano, et meo sec. sed *spirare* in sec. Leid. altero Dorvill. et meo pr. (saepius ita peccarunt librarii, vid. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, p. 567; Torrent. ad Val. Max. III, 7, ex. 1; Heins. ad Sil. XVII, 536; Oudend. ad Lucan. II, 138. Kvin.) *spirare* cum casu quarto, multis veterum locis restituit Heins. ad Claudian. Cons. Hon. IV, 592; vid. et Gudius ad Phaedr. I, 2, 4.

8. *non certis*) Guyetus: *consertis manibus*. male.

9. *ebria-vestigia Baccho*) in cod. Groningano, olim Posthiano, *traherem suspiria*, quod ex Palatino etiam affert Livinei. sed bene ut ineptissimum reiecit. *vestigia* firmat Claudianus R. P. I, 19: *Ebria Maeonius firmat vestigia thyrsus*, ubi vid. Heins. ex illo Claudiani loco etiam patere notaverat Markland. male alios hic coniicere *lubrica vestigia*, quos tamen non indicavit.

10. *sera nocte*) *saeva* in excerptis Scalig. et Dorv. sec.

12. *conor adire*) *cogor* in Voss. tert. et quart. Dorv. sec. et mei cod. secundi marg. sed recte Bronkhus. *conor* explicuit *cogito*, *mihi propono*, ut ap. Ovid. Heroid. IV, 8; Gellium XIX, 9; Terent. Phorm. I, 2, 2, al. Bvrm. *duplici ardore*. Ovid. Her. XVI, 230: *et ebrietas ignis in igne fuit*. K.

14. *Hac Amor, hac Liber*) *Hac Venus, hac Liber* in quart. Voss. et Askew. quod a glossatore profectum opinor. Theocrit. Id. III, 15: Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα, βαρὺς θεός.

15. *Subiecto-lacerto*) *supposito* Voss. quart. *supposito leniter* in Askew. sed *leniter* metro obstat. Sic librarii etiam peccarunt apud Ovid. Heroid. III, 80; (Flor. III, 19, 1; vid. Oudend. ad Luc. IV, 11; Drakenb. ad Liv. XXXIV, 8. K.) *breviter* Voss. tert. *subiecto positam leviter* in Colbertinis. *subiecto* tamen hic minime mutandum propter *positam*. Bvrm.

Forte hic *tentare* latiore sensu pro sollicitare ad amplexum, ut ap. Tibull. I, 3, 73; ubi vid. Broukh. et notas ad Ovid. A. A. I, 273, et huic verbo *tentare* affine est Graecorum πειρᾷν, de quo vid. Hemsterh. ad Lucian. tom. I, p. 217. Santen. *in Addend.*

16. *Osculaque admota sumere ad ora manu*) *sumite et arma* Leid. pr. *sumere et arma* in Leid. altero, Heins. Mentel. tribus Voss. duob. Dorv. et totidem meis. et sic in prr. edd. Reg. Lep. Venetis, Ald. aliisque. *amota* (sic saepe peccasse librarios docuit Drakenb. ad Liv. IV, 12, 11, 33, 6; IX, 12, 2. K.) *sumere et arma* in Askew. *admota manu* vera lectio est. Plurimi *arma* obscoeno sensu intelligunt, de telo, cuius in re venerea usus est, ut IV, 8, 88, quod absurdissimum esse, sequentia manifeste docent. *sumere inerma* pro *inermia* non tantum Palmerius, sed et Fruterius tentaverat, et I. Dousa princ. in libri sui marg. Scaligerus *tarda* vel *certa oscula* conj. male. Sensus forte est, tentasse Propertium Cynthiam dormientem osculo dato expergefacere, ut II, 15, 7. *sumere carpta* conieceràt Heins. in epist ad Graev. tom. IV Syllog. p. 303; et Advers. II, 6, p. 250; *rapta* in notis ad Ovid. Am. II, 5, 53, ut innuat, se dormientis Cynthiae collum esse amplexum, et basium ipsi dedisse. Barthius Advers. IX, 10 *amota sumere amara*, quod recte repudiavit Broukh. et prae caeteris amplexus est, et in contextu exhibuit Gronovii Obss. IV, 6 restitutionem: *Osculaque admota sumere ad ora manu*, ut intelligamus, Propertium dormientis Cynthiae manum leniter ori suo admovisse, eamque osculatum fuisse, aut manum suam exosculatam retulisse ad os Cynthiae, sic ap. Val. Fl. VIII, 44: *Sic ait, et primis supplex dedit oscula palmis.* Vid. Patrui mei notas ad Sueton. Aug. 94; nisi quis hunc praetulerit sensum, ut indicet, se libasse osculum Cynthiae, (ut ap. Virg. Aen. I, 257: *Oscula libavit natae*) dum manum suam eius ori ad demulcendam mentum admoveret, ut ap. Hom. Il. ά, 361: χειρί τέ μιν κατέρεξεν· add. vs. 501. Eurip. Androm. 574. ποππύζειν vel καταῤῥίζειν id eleganter vocant Graeci desumta a nutricum blandimentis locutione, vid. Casaub. ad Theophr. Char. p. 314.

18. *expertae-verbera saevitiae)* *iurgia saevitiae* olim edebatur, quod extat in cod. Mentel. binis Leidd. quat. Voss. codd. Regiis, Colbertt. duob. Dorv. Askew. et meo utroque: *Ex parte metuens iurgia saevitiae* in ed. Venet. 1475, et Reg. Lepid. 1481; sed in Vicent. 1481: *Experte m. iurgia saevitiae*, ut in Aldi, aliisque edd. idque verum esse notaverat Markland. et sua imitatione probasse videtur Heins. in Monobiblo El. VI: *verbera* tamen ex suis codd. Scaliger. et Passerat. eosque secutus Broukhus. recte praetulerunt. Cynthiae saevitiam expertam et furoris verbera eleganter descripsit IV, 8, aliisque in locis; et parum refert, an de verberibus proprie dictis, vid. Ovid. Heroid. IX, 81, an de linguae fulminantis conviciis capiamus, quia utraque corpus mentemque percutiunt, et haec coniungit Ovid. A. A. II, 533. Sic *convicio verberare* Cic. Fam. XVI, 16.

19. *intentis)* *inpositis* male in Voss. quart. *intectis* Canterus, probante Livineio, perperam. *intentis oculis* similiter ap. Cic. pro Flacc. 11; Iuvenal. Sat. VIII, 150; Sil. It. II, 114.

20. *Argus-Inachidos)* sic constanter omnes codd. et edd. veteres. *uti notis* Scaliger. *immotus* conj. Heinsius, vel *Argus ut Argoae* in notis ad Prop. p. 657; sed *ignotis cornibus* recte Broukh. exponit, quia Argus, quum a Iunone vaccam custodiendam acciperet, in ea puellam Iö latere ignorabat. Vel *ignotae* legi potest, ut video etiam coniecisse Franciurn et Markland. *Ignota cornua* vindicat locus Ovid. Met. I, 641 sq. Conf. cum h. l. Silentiarii epigr. (Anal. Brunck. tom. III, p. 77, ep. 21) quod ex hoc Prop. loco adumbratum esse notat Dorvill. Obss. Miscell. vol. III, p. 433. Burm. Iacobsius in Specim. emendatt. in auct. vett. Gothae 1786 conj. *Argus ut insomnis Inach.* laudat Mosch. Id. 57. Ἄργος ἀκοιμήτοισι κεκασμένος ὀφθαλμοῖσι. Kuin.

21. *solvebam-corollas)* *tollebam* Heinsius; male: *solvere coronas* et *lapsos formare capillos* est, demere nodos, quibus ligati erant, vid. Dorv. ad Charit. p. 349; *demere serta comis* dixit Ovid. Heroid. XII, 156. *coronas* in Dorv. sec. et Gryph. 2.

23. *lapsos-capillos)* *laxos* Voss. quart. et quint. Vatic. ut coniecerat Livineius, i. e. solutos, quod recte improbavit Broukh. *lapsas comas* similiter dixit Ovid. A. A. III, 238, ubi *laxas* etiam in codd. et prima editione (solenni errore, vid. Flor. II, 10, 3; Oudend. ad Lucan. I, 695; Drakenb. ad Sil. VIII, 322. Kuin.) vid. ibi Heins. Am. I, 6, 38. Caeterum *haerebam, solvebam, ponebam, gaudebam, dabam* singulis versibus cumulata, hic ingratiorem auribus praebent sonum. Sed talia nonnunquam alibi Propertio, aliisque poëtis exciderunt. Vid. Ovid. Heroid. XII, 15 sqq., 121 sqq., XVI, 215 sqq.

24. *Nunc-manibus)* *Tunc* in cod. meo pr. *cavis poma dabam manibus* corrupte in Leid. sec. Nequiore sensu *poma manibus dare* i. e. papillis manus admovere, easque contrectare male explicat Rob. Titius ineditis Locorum Controversorum libris c. 18: sic μῆλα pro papillis apud eroticos scriptores non raro occurrunt, ut ex Heliodori et Aristaeneti locis ap. Gebhardum videre licet. Sensu magis obscoeno exposuerunt Lipsius Antiq. Lect. III, 1, p. 162; et Salmasius, qui nimia memoriae confidentia hunc versum sic affert ad Plaut. Pseudol. III, 1, 18: *Et modo suppositis mala d. m.* confundens locum lib. I, 15, 36. Sed quis nescit, *poma* et *mala* inter munera et illecebras amatorias passim apud poëtas memorari? Markland. ad Stat. Silv. p. 141 hunc versum, nescio ex quo cod. vel ed. sic affert: *Et modo furtivis poma dabam manibus.*

25. *Omniaque ingrato)* I. Dousae lectionem *Omnia quae*, Livineio etiam probatam, in contextum recepit Broukhusius, ob locum Catull. LXXV, 9: *Omnia quae ingratae perierunt credita menti*, quia tamen in nullo cod. aut ed. vetusta haec lectio exstat, antiquam lectionem loco movendam non existimavi.

27. *raro duxti)* *duxit* in plerisque codd. Leid. pr. binis Dorvill. et totidem meis, Regiis, Colbertinis, Mentel. Heins. Neapol. Borrich. Askew. Dresd. in Groningano tamen, sec. Leid. et edd. prr. recte *duxti*, sequitur enim *Ne qua tibi insolitos* etc. *duxti* pro *duxisti*, ut infra vs. 37, *consumpsti*

de quo syncopes usu vid. Scriver. ad Martial. III, 22; Carrionem Antiq. Lect. I, 11; Heins. ad Virg. Aen. IV, 682; et Tollium ad Ausonii Lud. Sapient. p. 270. *Raro motu suspiria ducere* Passerat. explicat: lenta suspiria, non turbida aut singultu atque anhelitu concitata ducere, ut in molli et placida quiete: quod a mente auctoris alienum ob v. 29, 30, an *rarum motum* dixit, ut *raras voces* gemitibus interruptas Virg. Aen. III, 314, ubi Servius: *qui nimium moerent, singultibus ore etiam aperto verba reddere non possunt*. Sed hoc loquentibus potius, quam dormientibus convenit. Vel pro insolito, non vulgari posuit. Si vero pro nullo fere motu capiamus, a sensu huius loci alienum est, quia id placidam dormientis tranquillitatem, nulla corporis agitatione commotam indicat. Itaque pro *raro* forsitan legendum *vario* i. e. corpore inter anhelitus et suspiria varie concusso ictoque, ut in turbidis fit somniis. Possis etiam *rapido motu* cum Ruhnkenio. Burm. Non sollicitandum hunc locum esse puto. Nam lenti ac interrupti motus languido atque suspiria ducenti animo, qualis a poëta describitur, melius conveniunt, quam crebriores corporis agitationes. *raro motu* i. qui fit raro, interdum, non assidue, raro enim eleganter sic usurpatur, ut vicem adverbii expleat. Sic Virg. Aen. I, 118: *rari apparent nantes*. Add. Horat. Carm. IV, 1, 36; *Ast* Obss. in Propert. p. 5.

29. *Ne qua tibi insolitos -- timores) sibi* Voss. tert. et meus sec. *insolidos* in Dorvill. sec. De verbo *portarent*, quod in somniis graviora mala portendentibus efficax est, vid. notas Patrui ad Petron. c. 124. Burm. *portarent*, i. apportarent, ut Terent. Andr. II, 2, 1, 6, 1, ut *ferre* pro *afferre* Liv. XXIII, 9, ubi vid. Drakenb. Kuin.

30. *invitam) inventam* male in Leid. sec. codd. Regg. Excerptis Modii, ed. Venet. 1475, et Reg. Lep. *cogerit* in cod. meo sec.

31. *diversas -- fenestras*) sic in omnibus legitur codd. et edd. vetustis. Scaliger ex coniectura reponebat *divisas*, et *fissas* interpretabatur; sed recte Bronkhus. *diversas* vindicavit. Cod Borrich. *adversas*. Passim *diversum litus, diversa*

ripa et sim. pro oppositis occurrunt, (vid. Gronov. ad Senec. de Ira II, 23) et eadem variatione in *divisa* abierunt, vid. Patruum ad Lucan. III, 273; ad Seren. Sammon. c. 2, vs. 30, et Bentl. ad Manil. IV, 674. (add. Oudend. ad Lucan. X, 483; Burm. Anthol. Lat. tom. II, p. 715. *diversus* et *adversus* Drakenb. ad Sil. I, 264. K.) Est autem h. l. imitatio Virgiliana Aen. III, 152. cf. etiam epigr. Anthol. Gr. lib. IV, tit. XI, p. 462 ed. Obsop. (Anal. Brunck. ep. CCXLIV, tom. III, p. 200.)

33. *Compositos -- ocellos) compositis* in pr. et sec. Voss. et altero meo cod. in cuius marg. *compositos*. Recte vero Broukhusius ad suum auctorem redire iussit duos istos versus adulterinos et Propertio indignos, hos scilicet: *Et subito adventu palluit illa meo. Mox ut erat neglecta comis, et pectore nudo*; quos Latinus Latinius hic desiderari scripserat; in notulis nempe, seu variantibus potius lectionibus ad Propertium, quae habentur in eius Oper. part. II, p. 57 sqq.

34. *Sic ait) Tunc ait* in Vatic. pr. et cod. Passeratii. *Hic* liber Mureti. *Hinc* vel *Vix ait* Heinsius, qui probabat Guyeti coniecturam *Sic ais*, quod Oudendorpio etiam placebat. An, *Haec ait ?* sed vulgatam plerique codd. et edd. prr. agnoscunt. Burm. Wassenbergius volebat *Hic ais*, ut in eadem persona, quam vocant, oratio continuetur. Santen. in *Addend*. Sed videtur *Sic* omnino retinendum, idemque valere quod,' negligenter, languide, leviter, ac gestu adiuvandum. Broukh. Recte; etenim *sic* eleganter saepe habitum gestumque designat, ut ap. Virg. Ecl. II, 55; Horat. Serm. I, 105, et Carm. II, 11, 13, ubi plenius: *iacentes sic temere*. Sic οὕτως Ioh. IV, 6. Kuin.

in molli fixa toro cubitum) nixa Passerat. et Heins. in notis post Advers. p. 658; et ad Ovid. Met. VII, 343 ut supra vs. 8 *nixa caput manibus*, et sic Graev. Epist. ad Heins. p. 195, tom. IV Sylloges. *fulta* in hoc Propertii loco affert Pricaeus ad Apulei. p. 110.

36. *expulit e foribus) reppulit* e vet. cod. Scaliger, ut in ed. Dousarum, probante Heinsio, qui legebat *reppulit a*

foribus. In Voss. quart. et Askew. etiam *a foribus*, quod requirere videtur *clausis*. In codd. Regg. altero Colbert. caeterisque, *expulit*.

37. *Namque -- consumsti tempora noctis*) *Namque ubi longa meae sumpsti* in pr. Dorv. et *sumpsisti* a man. sec. in secundo eiusdem: *Namque ibi longa meae consumpsi. consumpsi* etiam in binis Regg. altero Colbert. duob. Leidd. quarto Voss. Mentel. et in pr. Veneta ed. et Reg. Lep. *consumpsit* in altero Regio. *Iamque ubi l. m. consumsi* in Borrich. *Iamque* coniecerat etiam Heins. forte legendum: *Nempe ibi longa meae consumpsti t. n.* et hinc seq. versus sine ulla distinctione scribendus, vel *hic mihi* legendum, ut opponatur τῷ *Nempe ibi*, ut conieci. Sic *ibi* et *hic* eodem modo opposita erunt, ut *hic* et *alio loco* ap. Ovid. Am. III, 2 ult. *Nempe* praecedente exprobratione, ut h. l. inservit stomacho vel irrisioni indignabundae, et alibi quoque cum *namque* confusum fuit, vid. Patruum meum ad Ovid. Met. II, 474. Caeterum compara Virg. Aen. II, 795; Ovid. Am. II, 10, 27. Burm. Equidem praefero *Iamque*, quum haec lectio etiam cod. Borrichiani auctoritate nitatur. Saepius autem librarii voces *iam* et *nam* permutarunt, vid. Sil. IX, 10 infra vs. 41; Drakenb. ad Sil. IX, 242; Obss. Misc. tom. I, p. 203; Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, p. 221, 297; Cortius ad Plin. ep. I, 6; Torrent. ad Val. Max. II, 6, ex. 16; Burm. ad Suet. Caes. 44: *consumere tempora noctis* sic *consumere tempus* Liv. XXII, 38; *diem consumere* Liv. III, 62; *annum* XXXII, 26. K.

39. *O utinam tales producas*) *perducas* in duob. Leidd. quat. Voss. utroque meo cod. Mentel. Borrich. Groning. Askew. prr. edd. et in Dousarum Rapheleng. idque praeferunt Passerat. et Levinei. *per duras* Excerpta Scalig. Vaticana, et Heins. codex, unde *perdures* coniecerat Patruus meus; ut autem hic *perdurare noctem*, sic *durare laborem*, pro sustinere, *durare vias*, *durare aequor*, et similia, quam locutionem probam esse ostendit Bentlei. ad Horat. Carm. I, 14. 7. Sed *producas*, ut Heinsium secutus edidit, et variis veterum locis firmavit Broukhusius, (Terent. Adelph.

IV, 2, 52; Horat. Carm. III, 11, 23; Sat. I, 5, 70) rectum est. *Vitam producere* pro extendere Virg. Aen. II, 637; et haec verba ubique fere permutantur, vid. Heins. ad Virg. Ecl. I, 72; ad Vellei. Pat. II, 128. BVRM. Add. Gronov. ad Liv. XXX, 12; Pierium ad Virg. Ecl. I, 73; interpp. ad Suet. Claud. 4; Drakenb. ad Sil. XV, 10; Arntzen. ad Aurel. Vict. de V. I. c. 2, §. 6, et quos ibi laudavit; *producas* elegantius verbum, longi temporis taedium declarans, vid. Heyne ad Tibull. I, 4, 5. KVIN.

41. *Nam modo purpureo) Iam* in pr. meo cod. *purpureum* in cod. Groning. Locum hunc imitatus est Ovid. Heroidd. I, 9; add. XIX, 37. Seq. versu male Guyetus: *Rursus eram Orpheae* etc. quod a nullo cod. probatur, et per se subintelligitur. Versu seq. *carmina* cod. Dresd.

43. *Interdum mecum graviter d. querebar) Interdum graviter mecum* in quat. Voss. duob. Leidd. totidem Dorvill. et meis, ut et in Mentel. et Excerpt. Scalig. quod in contextum recepi. *Interdum* hic minime mutandum etiam censebat Hemsterhus. quia optime procedunt, *nam modo*, *rursus* et *interdum*, ut II, 15, 5, et quia Broukhus. fluctuabat, quem sensum haberet *Interdum*, mox sequente *saepe*, ideoque *interea* edidit; notaverat Hemsterh. *moras saepe longas* iungenda, et sensum satis perspicuum ostendit (vid. notas.) Responderi etiam poterat, *interdum* saepe pro *interim* et *interea* poni, ut docuit Davis. ad Iul. Caes. B. G. I, 14, et Drakenb. ad Sil. It. VI, 30. forte Broukhusium offendit *modo* et *interdum* semel positum, quum caeteroquin alterutra vox repetatur; sed ita etiam ap. Petron. c. 113, ubi in cod. Leid. pro *interdum conc.* legitur, *modo concinnabat* voce male repetita. *Interdum leviter mecum* in Borrich. Neapol. et Askew. *leviter* etiam in cod. quem Antonius Perreius contulit, Excerptt. Modii, Regg. et Colbertt. Dresd. pr. Venet. et Reg. Lep. et sic Ayrmannus, ut iam ediderat Muretus. Hoc sensu *leviter queri* erit submissa et quasi suppressa voce increpare. Sed *graviter* vera lectio. *loquebar* in pr. Voss. sec. Dorv. et altero meo cod.

44. *Externo l. saepe -- moras) recte* Livineii *hesterno*

improbat Broukh. et *externum amorem* exponit, quem foris exercuerat, Ovid. Epp. V, 102; XVII, 96, et passim hae voces in codd. confunduntur, ut Virg. Aen. VIII, 543; Ovid. Trist. I, 3, 44, ubi vid. eruditorum notas, et Markland. ad Stat. Sylv. I, 2, 100. (*extremo* Cod. Bonon. ap. Vulp.) Pro *saepe* in Voss. tert. *semper*. *saeve* Heins. in notis ad Propert. p. 658; pro *moras* in Excerptt. Modii et Groning. *vias*.

45. *Dum me -- alis*) *Tum me* in pr. meo cod. *Quum* Guyetus. Pro *lapsam* malunt nonnulli *lassam*, ut Bonon. Dresd. idque placuit Lipsio Antiq. Lectt. IV, 11; Lat. Latinio in Variant. ad Prop. P. II, Operum p. 58, et aliis. Sed *lapsam* recte probavit Broukhus. et Heynius Obss. ad Tibull. III, 4, 22: *sopor inpulit horis* in marg. Excerpt. Scalig. *intulit alis* in Mentel. et pr. Voss. *Impulit* hic mihi nonnihil suspectum, et quia *intulit* est in quibusdam codd. elegantius videtur: *Dum me iucundis lapsam sopor induit alis*, quod *amplecti* Ovidio est Met. VIII, 818: *geminis amplectitur alis*, non *ulnis*, ut in aliis est.

46. *ultima cura meis*) *ultima meta* edidit Broukhusius, Heinsii coniecturam contextui inserens, qui non tantum in notis ad Ovid. ita emendavit, sed etiam Advers. II, 6, p. 249, et ad Prop. p. 658, idque probavit Dorvill. ad Chariton. p. 188, et firmatur a solo Voss. quarto; saltem id longe melius Scaligeriano *ultima creta*. Sed quia omnes fere codd. nempe Vossiani, Dresd. duo Dorvill. totidem mei, sec. Leidens. (cui adstipulatur pr. Leid. et Mentel. in quibus *crura*) Borrich. Groning. et prr. edd. lectionem antea vulgatam, *ultima cura*, unanimi consensu comprobant, hoc revocandum censui, idque Hemsterhusio etiam praeferebatur et Ayrmanno. (*Curam* intellige medicinam, atque id Cynthiam dicere velle existima: soporem fuisse lacrymis suis post caetera incassum tentata remedium ultimum. Hemsterh.) *cura* pro medicina, curatione II, 25, 1. Horat. Epist. II, 2, 136; Macrob. Saturn. VII, 4; Lennepius in notis ad Coluth. II, 11, tentabat, *Ille* (sopor) *fuit lacrymis ultima vota meis*, inductus alio loco Prop. infra el. VI, 24. *Adferat et lacry-*

mis ultima vota meis (ubi tamen vid. Obss.) sed ubi longe diversa sermonis structura est; et *ultima vota* illic reguntur a verbo *Adferat*; hic vero *Ille*, somnus nempe, *fuit ultima vota lacrymis meis*, durissima sine exemplo est adpositio, saltem coniecisset: *Ille tulit lacrymis ultima vota meis*. Sed minime opus est.

ELEGIA IV

1. *Quid mihi) Quid me* in nonnullis codd. ut cum *cogis mutatum* iungatur. Pro *laudando* in cod. Askew. *numerando*.

4. *assueto ducere servitio)* nescio cur Broukhusius *vivere* ediderit, et veterem repudiaverit lectionem *ducere*, quae a quat. codd. Voss. uno Leid. Mentel. Dresd. Heins. sec. et quinto Vatic. Askew. duob. Dorvill. meisque agnoscitur, licet *vitam vivere, servire servitutem*, et similia recte dicantur, an autem *vitae quod restat*, *vivere*, dubito: certe *ducere* hic praefert etiam Heinsius in notis post Advers. p. 658, et *vivere* ac *ducere aetatem* passim inter se commutantur. Vid. Patrui mei notas ad Lucan. VIII, 479.

5. *Tu licet etc.)* In plurimis codd. et edd. antiqq. antea legebatur: *Spartanae referas laudibus Hermionae*. Sed merito offendebat Broukhusii aures sonus durior *Antiopae* et *Spartanae Hermionae*. *Antiope* in meo cod. sec. i. e. *Antiopes*, ut in altero Dorvill. *Antiopes* etiam cod. Dresd. *Hermionaes* in Heins. et pr. meo, pro *Hermiones*, ut in cod. Dresd. aliis, et sic Lat. Latinius; alterutrum admitti, et servato eorumdem casuum tenore legi posset: *Tu licet Antiopes -- Spartanae referas laudibus Hermiones*, repetita in altero versu voce *formam*.

8. *nomen habere sinet) sinet* in quat. Voss. Dresd. pr. Leid. duob. Dorvill. et altero meo cod. *sinit* in pr. Leid. ed. Reg. Lep. et prima Venet. *sinet* in cod. Heins. et Excerpt. Modii.

9. *Ne dum -- figuris) Necdum* communi errore in

Voss. quarto, et sec. Dorvill. ut passim male scribitur in codd. vetustis. Vid. infra el. IX, 32. *leves figuras* N. Heinsius de umbris intelligendas coniecerat, Antiope nempe, Hermione, et quascumque formosi temporis aetas olim tulit; id si admittatur, *duro iudice turpis eat*, capiendum erit de Aeaco, tanquam formarum apud inferos indice, quem Cynthiae prae caeteris palmam pulchritudinis daturum auguretur. Sed malim *leves figuras* exponere vulgares. Sic *anima levis* Senecae Herc. Fur. 1308; *leves* et *ignobiles accusatores* pro vilioribus ap. Tacit. Ann. IV, 36.

11. *Haec sed — furoris) Haec forma*, omisso *sed*, in cod. Mentel. et pr. Leid. *par* in Voss. *pars extrema furoris* deficiente *est*, Leid. sec. pro *extrema* Heins. malebat *postrema*, sed vulgatam defendit Scioppius Verisim. lib. I, c. 18. Altero versu pro *perire iuvat* Heinsius malebat *iuvet*.

13. *Ingenuus color — et quae) Ingenuus pudor* Ayrmanno legendum videbatur. Sed *ingenuus color* est nulla arte factus, ut *ingenui crines*, suo ingenio flexi, ap. Stat. Silv. II, 1, 44, ubi vid. Barth. (*color est* cod. Dresd.) Pro *multis decus artibus* Scioppio tam in Verisim. libris, quam in notis ad Priapeia p. 93, placebat *nullis artibus* i. e. quae se a forma nativa commendabat; quod reiicit Broukhus. et graviter invehitur in Theod. Marcilium, qui ad Horat. p. 78 emendabat: *mutis decus artubus*, seu nullo artificio aut lenocinio fictis et compositis. *mutis artibus* conj. Heinsius, eo sensu, quo ap. Virgil. *mutas agitare inglorius artes* (Aen. XII, 397), quod displicet, et magis adhuc Barthii acumen, qui per *mutas artes* intelligebat occulta amoris gaudia, quae non nisi sub tacita veste dicere liceat. Mihi non omnino reiiciendum videtur *artubus*, non vero *mutis*, ut Marcilius, sed forte *cultis* vel *nitidis* reponendum. Vel quia in sec. Vaticano *mollis*, inde legi posset *mollis decor artubus*, nam *decor* est in altero Dorvill. ut intelligat membra Cynthiae decora, quae quum ipse amator perfectius usu nosceret, maioris ardoris ipsi causa erant. Vel *nullis decor artibus* i. e. nullo artificio adoptatus, quod convenit *ingenuo colori*, nativo. Vel *multis decor artibus* cum Beu-

tleio ad Horat. Carm. IV, 13, 17 et Patruo meo ad Ovid. A. A. III, 258. Si quis tamen his omnibus posthabitis praeferat Gebhardi explicationem, qui in notis p. 126 *multas* Cynthiae *artes* referebat ad pingendi, texendi, saltandi et canendi artes, praesertim eius doctrinam et Musarum studium, non multum refragabor. Burm. Bene se habet vulgaris lectio, et verissima est Gebhardi verborum interpretatio. Varias illas coniecturas supra allatas, ut et Ioh. Sterkii in Act. Litt. Societ. Rheno-Traiectinae vol. I *multus decor artubus*, reiecit quoque Waardenburgius Obss. in Tibull. et Prop. (Lingae 1797, 4.) p. 11, quum artuum sive corporis elegantia ad formam itidem referenda sit, qua tamen maius aliquid spectet poëta. Disertis nimirum verbis antea Propertius declaravit, formam esse partem extremam sui furoris vs. 11. Hanc vero ipsam ob causam neque lectio *ingenuus* (i. e. nullo artificio conciliatus, vid. Lambin. ad Lucret. I, 231) *color* mihi arridet, nec arrisit Waardenburgio, cui scribendum videbatur *Ingenuus lepor*. Equidem adstipulor Ayrmanno legenti: *Ingenuus pudor*. Sic Iuvenal. Sat. XI, 154: *Ingenui vultus puer, ingenuique puloris*; quin et ipse Prop. II, 24, 4, memorat *ingenuum pudorem*. Cynthia quidem pudoris neutiquam studiosa erat, et Propertius puellae iratus I, 2, 24 ei commendat pudicitiam, at h. l. eam laudare, et fortassis hac ipsa laude clam carpere voluit. Vulgarem lectionem *ingenuus color* defendit nuper, haud scio tamen an satis feliciter, V. D. in Commentariis Societ. Philol. Lips. Vol. I, p. 86: refert nimirum voc. *color* non ad faciem, sed ad omnem habitum puellae, ingenuae indolis indicem. Kuin.

14. *ducere veste libet*) sic bene restituerunt viri docti, licet in multis codd. et edd. vetustis *dicere*, ut in quat. Voss. duob. Leidd. uno Dorv. binis meis codd. Groning. Borrich. Mentel. Heins. Dresd. ed. pr. Venet. Reg. Lep. Ald. et Iunt. (solemni librariorum errore, vid. Burm. ad Nemesian. Ecl. I, 63; Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 43, 1. K.) *discere* conj. Heins. *ducere* tamen firmant duo Vaticani, collationes Angeli Colotii, alter Dorvill. et Commelini liber apud Ge-

bhardum; et ita Francius ad oram ed. Scaliger. in qua *dicere.* Sic *gaudia ducere* ap. Prudent. I contra Symmach. 239: *sub tacita dicere teste libet* conj. Dorvill. *sub tacita mente* Markland. sed desidero exemplum locutionis *sub tacita mente.* Hic vero *sub tacita veste*, innuit id, quod *vesticontubernium facere* dicitur Petronio c. 11, ubi vid. interpp. (add. Iacobs Animadvv. in Anthol. Gr. vol. I, p. II, p. 39, qui ibidem recte quoque monuit, nulla omnino correctione hunc versum indigere. K.) Si quem hic offendat *tacita veste*, et mox *tacitis vocibus*, hoc in versu legi posset: *sub tecta ducere veste libet. Veste sub iniecta*, vel *superiecta*, ut praefert Heinsius, dixit Ovid. Am. I, 4. 48; *interposita veste* Tibull. I, 10, 56. Burm. Pro *libet* Livineius legebat *licet*, monente Schradero. Santen. *in Addend.*

15 sq. *Quo magis et -- uterque fide) Quo magis heu*, vel *o nostros* Markland. adscripto loco Virg. Aen. X, 631. *contendes* et in altero vs. *fallet* Heinsius. Sed tam praesenti affirmante, quam aliis temporibus, in hac locutione *Quo magis* et *Hoc magis*, utuntur veteres. Ovid Met. XI, 437. cum subiunctivo optante infra el. X, 27: *At quo sis humilis magis* etc. qui locus firmat Barthii sententiam hic legentis: *Quo magis at nostros.* Posset etiam hic reponi: *Quam magis at nostros -- Tam magis* etc. quod etiam usitatum esse, ostendunt exempla ap. Heins. et Patruum meum ad Virg. Georg. III, 309. -- Altero versu *fallis utrumque* in pr. et tert. Voss. pr. Leid. Mentel. Borrich. et meo secundo. Pro *accepta fide* Heins. Advers. II, 6, p. 250 et in notis ad Prop. p. 659, emendabat *asserta*, vel *ah certa.* Markland. *adducta.* Sed stare potest vulgata: *accepta fallit uterque fide.* Burm. Eldikius conj. *Hoc magis asserta stabit uterque fide.* -- Santen. *in Addend.*

17. *Sciet hoc)* id praetuli ex tert. et quart. Voss. sec. Dorvill. et Askew. idque malebat Heinsius. Miror Bronkhusium edidisse: *sciet haec*; quae lectio dubium facit lectorem, an *haec insana puella* iungenda sint, an *sciet haec*, et mox sequitur *post haec.* In ed. Gryph. 1551 legitur: *sciet haec, insane, puella*; quod minime reiiciendum videtur. *sciat* in Voss. pr. et Groning. Altero vs. *At tibi* in Borrich.

19. *Nec tibi me posthaec) posthaec* iuncta voce in Borrich. *post hac* in pr. sec. et quart. Vatic. Ang. Colotii, et Ant. Perreii cod. De usu praepositionis *post* hac in re vid. notas Patrui ad Nemesian. Ecl. II, 69.

21. *Et te -- irata puellas) At te* Borrich. *illata* vitiose in nonnullis codd. ut in Leid. sec. Excerptis Modii, Groning. ed. pr. Veneta, et Reg. Lep.

22. *Differet -- limine carus eris) Differet* legendum cum Beroaldo, Lipsio, Passeratio, Gebhardo et Heinsio. Idque firmat pr. sec. et quint. Neapolitanus, Groning. et alter Dorvill., ut in pr. tert. et quart. Voss. Heins. Meutel. duob. Leidd. meis codd. et prr. aliisque edd. *Differt* in Voss. sec. II. Erustius ad Valerii Probi notas p. 137 profert: *nullo lumine*, quod in nonnullis codd. legitur, ut Voss. quart. pr. Dorvill. in quo *die* superscriptum erat. *limine* in pr. meo cod. et pro varia lectione *crimine*, quod ex praeced. disticho derivatum est. Sed *limine* omnino probum. Vid. el. XIII, 34. Malim etiam cum Heinsio: *et nullo limine carus eris.*

23. *Nullas -- aras) contendet* in Voss. quart. *aures* in Dorvill. sec. pro *aras*. vitiose. Heinsius emendabat: *non tinget* vel, *non sparget fletibus aras*, ut IV, 4, 46. Ruhnkenio legendum videbatur: *Multas illa suis consperget fletibus aras.*

25. *tentatur) certatur* in ed. Ant. Volsci a. 1488; sed *tentatur* ipse legisse videtur, nam exponit: *movetur aut indignatur.*

26. *Quam sibi -- amore deus) Quam si* Excerpt. Scalig.; pro *deus*, qui Cupido est, forte melius hic reponeretur *Venus*, ut ap. Tibull. I, 6, 4. Burm. Et sic coniecerat etiam Eldikius, adscripto loco Catulli: *Estne novis nuptis odio Venus* LXIII, 15. Santen. Citra necessitatem, vid. notas. *amore* i. amatore; sic *odium* pro homine odioso Plaut. Bacchid. IV, 7, 20; Iustin. XI, 3, ubi vid. Bernecc. et Broukhus. ad Tibull. I, 2, 4. Kuin.

27. *Praecipue nostri -- adoro) nostro*, nempe *amore*, ex vs. praeced. repetito, praefero cum Heinsio. *id oro* in

cod. Anton. Perreii, duob. Vaticc. et Excerptis Ang. Colotii. Male. *Ne quidquam*, ut volebat Dousa, legitur in ed. Paris. Colinaei a. 1529. *Nequicquam* in Iuntina.

ELEGIA V.

Ad Gallum inscribunt codd. vetusti, Borrich. meus uterque, Antonii Perreii, aliique. *Ad aemulum suum Gallum* in edd. prioribus. *In invidum* Cod. Dresd. Intelligi Gallum, virum nobilem, et multarum imaginum, notavit Dousa Fil. ad hui. Eleg. vs. 23; addidque errasse Suetonium, qui eum ex humili sorte ad Aegypti praefecturam ab Augusto evectum opinatur. Certe duos Gallos, Cornelium nempe Gallum, poëtam, Foroiuliensem, vel, ut aliis placet, Foroliviensem, et illum Aegypti praefectum, alii quoque inter se confuderunt, et de morte Corn. Galli non eadem tradiderunt. Vid. Casaub. ad Strabon. lib. XVI, p. 265, notas ad Ovid. Am. III, 9, 63, et quae dedi ad Authol. Lat. tom. I, p. 353, quibus adde Ioh. Bapt. Morgagni Epist. Aemilian. X, pag. 58 -- 64 post eius Opusc. Misc. edita Venet. 1763, qui Foroliviensem facit. Non tamen hanc elegiam ad Corn. Gallum poëtam fuisse scriptam opinor, qui mortem sibi conseivisse censetur sex annis ante Virgilii obitum; sed ad alium quemdam Gallum, Romanum nobilem, ex gente Cornelia. Sed forte et haec et aliae ad Gallum elegiae Propertii referendae sunt ad Gallum, Vmbrum Amerinum, a Corn. Gallo longe diversum, cui inscripta est el. XX huius libri, ubi vs. 8: *Sive Amerina tuos tinxerit unda pedes*, quod ad illum retulit Scaliger. et vid. de eo Iul. Fontanin. in Hist. Literar. Aquilei. c. 1, p. 12. BVRM. Gallus Propertium pallidum, atque emaciatum irridebat, ipse deliciarum Veneris expers et contemtor. Quo tamen nostrum pungeret, eorum amoribus interventurum sese minabatur, ipsamque Cynthiam, cuius potestatem parvi pendebat, ut liquet ex vs. 31, tentaturum: nam quod Scaligerus Gallum precatorem sibi apud Cynthiam et rogatorem assumsisse

existimet, id nullo plane vestigio deprehendas. Invidum igitur Gallum appellat, qui bene compositi paris cursum interpellare non vereretur, eumque voces istas molestas compescere iubet: dehortatur autem illum a proposito ac deterret; primum vehementiam iratae Cynthiae et importunas voces non toleraturae ob oculos ponendo, tum, si vel maxime votis eius iniqua non foret Cynthia, amoris miserias expingendo: neque enim dubium esse, quantumvis de forma ac potestate Cynthiae secius existimet, quin, si ad illum ignem propius accesserit, amori victas manus sit daturus. Hemsterhvsivs.

1. *Invide, tu tandem) Invide at o tandem*, vel *Invide, io tandem* coniecerat Heinsius.

2. *Et sine -- pares) cui sumus* Heinsius. Eldikius corrigebat: *Te sine nos cursu, quo sumus, ire parum est? Te sine*, absque te amorum socio. Dein *parum est*, ut II, 22, 36; et III, 7, 34. Vid. de hac formula nos ad Anthol. Lat. tom. II, p. 532.

3. *meos sentire furores) suos* Guyetus. Hemsterhusius: *meae sentire furores*, Cynthiae nimirum, tibi molestisque tuis vocibus iratae, furibundum animum: coll. vs. 7, 8; *mea* el. seq. vs. 9: τὴν ἐμὴν Aristaen. I, 1, p. 6; pariter *tua* Horat. Carm. I, 15, 22 recte, sed ipsius Propertii amorem vehementem per *furores* intelligi praestat, ut supra el. I, 7 *dolores* in exemplari M. Anton. Pocchi.

4. *Infelix -- nosse mala) nesce* Mentel. hoc est *nosce*, ut in meo sec. cod. forte etiam librarius voluit: -- *meos sentire furores Infelix properas: ultima nosce mala*, et ita in prr. edd. Veneta 1475, Vicentina 1481, et Reg. Lep. sed recepta lectio minime sollicitanda est, vid. infra vs. 18.

5. *ignotos)* Gebhardus ex pr. cod. Palat. *ignotas* affert, quod legitur etiam in pr. Dorvill. ut *horrida pulvis*, *arida cinis* et similia, neque tamen recipiendum. Sed quia *ultima nosse mala*, et *miser ignotos* parum concinna sunt, mallem *insolitos*, *intactos*, *occultos*, vel simile quid, scripsisset Propertius: καινοτέου πῦρ Graecis.

6. *Et bibere e tota) Ebibere et tota* in Voss. sec. et Leid. pr.

8. *Molliter irasci non sciet illa tibi*) *non solet* omnibus fere codd. Vossii quatuor, bin. Leidd. Dresd. utroque Dorv. et totidem meis, Mentel. Groning. et Borrich. pertinaciter inhaeret. Sed in marg. sec. Dorv. *sinet*; neque aliter in prr. aliisque editt. vetustis. Sed quia Cynthiam nondum expertus erat Gallus, *irasci non solet illa tibi*, incongruum est, et praestaret: *Molliter irasci non solet illa mihi*, quod aemulo suo affirmare poterat Propertius, saevitiam Cynthiae et furorem nimis expertus. Sed recte Scaliger *non sciet* ex vett. libris substituit, quem licet nugari dicat Passeratius, ipse potius fallitur, quum *tibi* abundare, vel ad ornatum poni notat. Idem innuit, quod supra el. IV, 18. Pro *Molliter* Fruterius conj. *Fortiter*, quod si quis admittendum censeat, legi posset: *Fortiter irasci nam sciet illa tibi*, pro vehementer irasci, ut alio sensu *fortiter facere* dicitur, quae quis toto animo agit, *fortiter ferre*, *fortiter mori*, *fortiter amare*, et similia. Nec quemquam offendat sonus ingratior, quia *forte* sequitur. Nam pariter ap. Ovid. Rem. Am. 463: *Fortius e multis mater desiderat unum* etc. vs. 465 sequitur: *Ac ne forte putes*.

9. *Quod si forte tuis -- votis*) Sic legitur in princip. et antiquioribus edd. in cod. Mentel. Groning. Leid. pr. sec. et quarto, pr. Dorv. a manu sec. et ex cod. Reg. probat Guyetus. *animis nostris* in cod. Ant. Perreii, pr. et sec. Vatic. et Neapolit. ut in ed. quae Graevii nomen praefert; et sic Ayrmannus. In aliis codd. *ruis votis* pro *tuis*, vel *ruis nostris*, ut in Borrich. Askew. Voss. pr. sec. et quarto, meoque sec. Sed *tuis votis* in marg.; *ausis non est contraria nostris* in textu sec. Vossiani, et in pr. meo cod. legitur, ut edidit Scaliger, quod secutus est Broukhusius. *ausis vestris* Heinsius, idque probabat Hemsterhusius; sed praetuli *tuis non est contraria votis*, ut ad solum Gallum referatur, quod sensus exigit.

10. *At tibi*) *Ah tibi* non male in Voss. quart. pr. et sec. Vatic. et Excerptis Colotii. *Et tibi* cod. Heins. in quo *millia multa*, ut in meo pr. sed perperam.

11. *Non-ocellos*) *ocellis* Excerpt. Scalig. *illa* deest in-

Heins. et pr. meo cod. unde quis hariolari posset: *Non tibi iam somnos irata relinquet ocellis*, coll. II, 25, 47 sq. Heinsius tentaverat: *Non tibi i. somnus noctu inclinabit ocellos*. Sed quia haec coniectura a vestigiis receptae lectionis nimium recedit, vulgata explicanda potius quam sollicitanda videtur. Innuit nempe Cynthiam Gallo die et nocte adfuturam; et denuntiat aemulo, stabit semper tibi ante oculos, nec te relinquet, tam irata, quam votis tuis non contraria, sive somnum captes, sive vigiles, Cf. IV, 1, 143. Per *ocellos* vigilantem de die indicat, ut per *somnos* dormientem, vid. infra VIII, 44. Certe *illa* hoc versu et seq. *Illa feros*, et bis paulo ante *Non est illa vagis, irasci non sciet illa*, parum concinna sunt. Bvrm. Sed vide quae notavimus ad III, 10, 15, 8, 4, et ipsum Burm. infra ad vs. 32. K.

12. *Illa feros animis adligat*) *animos* in Dorvill. *ferox* Dresd. *colligat* Voss. quart. et Askew. Dubium vero an *feros animis* iungenda sint, an *animis adligat*, priori modo, et forsan rectius, intelligit Passerat. ad II, 5, 18, ubi *animis* pro fastu et vehementia Cynthiae recte exponit. Qui tamen locus alteri etiam explicationi posset favere, ut dicat Cynthiam feros viros suis *animis*, i. e. iracundia sua, ut passim eam describit, et hac praecipue elegia Gallo rivali depingit, solere imperio suo subiicere, et velut imposito pede premere. Unde etiam hic forte legi posset: *Illa feros animis subiugat una viros*. Si enim ad literarum ductus attendas, repetita *s* ex vocis praecedentis fine, *sad* in *sub* transferre, et ex *ligat* elicere *iugat*, non dura certe ac longe quaesita mutatio est. *Animi* pro iracundia Ovid. Epist. III, 85; Stat. Silv. II, 1, 169; Theb. XI, 525. Vid. Barth. ad Gratii Cyneg. vs. 195. Patruum meum ad Ovid. Met. I, 166. Ex his patet inepte *armis* hic coniecisse Ayrmannum. Bvrm. Equidem *feros animis* coniungenda esse opinor, vid. notas. *Alligat* i. vinctos, captos tenet, eleganter ponitur de amatore, qui amicae ita adhaerescit, ut ab ea abstrahi nequeat. Conf. quae de verbi *alligare* usu docte disputarunt Schulting. et Burm. ad Quinctil. Decl. I. tom. II, p. 13. Kvin.

14. *Quum tibi singultu*) *Quam tibi singultim* Heinsius Advers. II, 6, ut Horatio Sat. 1, 6, 56. -- *singultim pauca locutus*. Sed *singultu* h. l. non movendum.

15. *Et tremulus moestis orietur fletibus horror*) *tremulis* Dorv. pr. *Et tremulis moestus* in prr. edd. Veneta 1475, Vicentina 1481, Reg. Lep. Volsci et Ald. et sic ed. Mureti, et Fruterius tam in marg. libri sui, quam in epistolis a Gabbema editis p. 637. *tremulus moestis* in Voss. Heins. Mentel. Borrich. aliisque. *horor* in Mentel. Heinsius Advers. II, 6, p. 151 et in notis ad Prop. p. 659 legebat: *Et tremulis moestus orietur fletibus humor*. Albinov. in obitum Maecenatis Anthol. Lat. tom. I, p. 284: *Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor*. add. Horat. Od. I, 13, 5 seq. sed *tremuli* vel *moesti fletus* mihi hic parum satisfaciunt. Itaque, quum *moestis* in plerisque codd. et edd. legatur, Propertium scripsisse opinor: *Et tremulus mixtis orietur fletibus horror*, etiam ap. Ovid. Met. IX, 345, *tremulus horror*, ubi vid. Patruum meum. *horridus tremor* Senec. Troad. 168; *moestis* vero ingestum fuit huic loco, quia *mistis* a librariis fuerat exaratum pro *mixtis*, pro more sequioris aetatis, vid. Pier. ad Virg. Aen. I, 488. Sic *mixtus* et *moestus* confusa fuerunt apud Sedulium lib. IV, vs. 2. BURM. Burmanni coniecturam probavit quoque V. D. in Biblioth. Amstelod. Crit. vol. II. P. II, p. 7, cui *moesti fletus* frigent, quum fletus non nisi moesti esse possint. Putabamus aliquando legendum esse *multis*, quum *multus* et *moestus* inter se permutata sint saepius a librariis, vid. Drakenb. ad Sil. It. V, 380. Sed lectio vulgaris bene se habet, ut patet e locis, quos in notis attulimus. Vid. et Obss. infra ad el. XIII, 19. KUIN.

16. *Et timor-notam*) *Et tremor inf. ducet in ora notam* Excerpta Modii. *tremor* etiam ex Groning. affert Bronkhus. sed qui recte illud ex praecedenti versu *tremulus horror* irrepsisse notat. *tumor*, legebat Ayrmannus, ut *oculi tumentes* fletu, et sic Heynius ad Tibull. I, 8, 68. Male vero Bronkhus. e cod. Groning. in contextum recepit, *ducet in ora*, quum reliqui codd. omnes, quat. Voss. duo Leidd. duo Dorv. ac mei, Borrich. Askew. edd. prr. vetustiores, con-

stanter in *ore* conspirent. Certe *notam ducere in ore* pro pingere, os macula defornare, quartum casum non admittit, vid. Ovid. Met. I, 649; Heins. ad Fast. VI, 649.

17. *Et quaecumque voles*) *Nec quae dicta voles* Heins. nempe proferre. Pro *querenti* Voss. quart. *loquenti*, et sic in Askew. sed *querenti* in marg.; optime Santenius hic legendum censebat: *Et quaecumque volet, fugient t. v. querenti*, ut innuat, Gallum voce querula et submissa effusurum, quaecumque volet ac praescribet Cynthia. Sic vero *fugient tibi verba* non explicanda sunt, silentio obmutesces, qua significatione potius dixisset: *fugient te*, vid. Virg. Ecl. IX, 54; sed, ex ore fluent, evolabunt, ut in illo Livii, *verbum ex ore profugit*, et ap. Homer. φύγε ἕρκος ὀδόντων.

18. *qui sis, aut ubi*) *quis sim* Askew. *aut tibi* vitiose in Mentel.

20. *Discere, et exclusum* etc.) *Miscere* Heinsii et meus cod. *exclusam* in Askew. Reliqua Heins. sic emendabat: *et e clusa* (i. e. *clausa*) *quid sit abire domo*, vid. el. III, 36; et sic *clausam domum* Tibull. II, 4, 22, sed non opus est; *exclusus* amator non admissus el. XVI, 8 al.

21. *mirabere*) *miserabere* cod. Heinsii et pr. Voss. BURM.

23. *Nec tibi-amanti*) Ovid. Heroidd. IV, 161: *Nobilitas sub Amore iacet.* -- K. Altero vs. pro *cedere* in pr. Leid. Excerpt. Scalig. Mentel. Heins. et meo pr. cod. *credere*. Male. Vid. infra el. XIV, 8 *cedere* eleganter dicuntur, qui vi aliqua maiore de possessione sua deiiciuntur el. XIV, 13. Tibull. I, 4, 10.

25. *Quodsi-culpae*) *Quid si* in pr. et tert. Voss. meoque secundo. recte omnino. vid. el. IX, 15; II, 9, 29; Horat. Carm. III, 9, 17. Pro *culpae* legebat Heinsius *curae*, sed *culpam* vocat, quod amicam suam audacter, sed infeliciter, tentare fuerat ausus, ut *culpa* in amoris delicto ap. Ovid. aliosque saepius; infra II, 14, 31: *Quodsi forte aliqua nobis mutabere culpa*. add. Horat. Carm. III, 6, 17. vid. Barth. ad Stat. Theb. II, 233. BURM. Ingeniosa omnino est Heinsii coniectura: *vestigia curae*: praecessit enim vs. 10: *At tibi*

curarum millia quanta dabit! et quum Gallus antea fuisset Veneris vulgivagae cultor, atque feminas vulgares faciles reperisset, iam vero constanter amaret puellam duram, cuius amor ei tot curas procrearet, tantique doloris (*cura* idem quod dolor, Virg. Aen. IV, 332) causa esset, *fabula turpis* fieri facile poterat. Attamen lectio *culpae*, quae omnium codd. atque edd. vett. auctoritate nititur, nobis praeplacet; sed significat h. l. *poenam*, vid notas. Kuin.

28. *Quum mihi-mali*) *Tum mihi* conj. Heins. in marg. ed. Gryph. et Broukh. ad oram ed. Colinaei, quod et in cod. Heins. et meo altero legitur. *Cum* in pr. sed recte in prr. edd. *Quum mihi.* Possis etiam *Quum non ulla mei* etc. rationem enim reddit, cur Gallo solatia ferre non posset, quum ipse in eodem pistrino versaretur.

30. *mutua flere*) *ferre* in Voss. tert. a man. pr. et quart. quod ex vs. 27 repetitum est. *munera ferre* ex Commeliniano affert Gebhardus, sed absurde.

31. *Quare-Quaerere*) male haec in pr. meo cod. invertuntur hunc in modum: *Quaerere quid-Galle: Quare? non* etc.

32. *illa rogata venit*) Markland. conj. *vocata venit*, forte quia vs. 27 praecessit *roganti*, sed talia vocum earundem brevi intervallo recurrentium exempla apud nostrum obvia sunt, neque semper mutanda.

ELEGIA VI

1. *Non ego nunc Hadriae*) *Non ego tunc* male in Voss. pr. et sec. et altero meo cod. *tum* in Voss. pr. *Adriae* in Borrich. Leid. pr. Askew. et meo cod. *mare cernere* in marg. cod. Askew.

2. *ducere vela*) *pandere vela* Guyetus. *credere* Heins.

3. *Cum quo Riphaeos-montes*) *Tecum Riphaeos* in aliis legi testatur Lat. Latinius ad Prop. P. II. Opp. p. 58, et sic in Dorvill. sec. Mendose in meo cod. sec. *cum Corripeos* i. e. *cum* eo (pro *quo*) *rhipeos*, nisi in illa scriptura

latet aliorum codd. lectio *Quum Corcyraeos*, ut in tribus Voss. Heinsii, pr. Dorvill. et pr. meo cod. *Coryphaeos* in marg. quod et in Mentel. *quo* certe desideratur in Leid. pr. tribus. Voss. et Dorv. hinc forte quis elicere posset *Et Corcyraeos*, subintellecto *tecum* ex verso primo. Sed *Riphaei* montes Scythiae non sollicitandi. Posset etiam repeti *Tecum Riphaeos*, ut legitur in sec. Dorv. vel *Tecum ego Riph.* De diversa ratione, qua *Ripheos*, *Rhipeos*, *Riphaeos* et *Rhiphaeos* (ita edidit Burm.) scribebant, vid. Columu. ad Ennium p. 138 (interpp. ad Virg. Georg. I, 240; Sil. It. XI, 459: vulgaris scribendi ratio *Riphaeos*, verior haud dubie *Rhipaeos*, Gr. τὰ Ῥίπαια ὄρη. K.) Pro *possim conscendere* coniceceram *ausim*, quum de re periculosa sermo sit, in notis ad Lotich. II, 9, p. 141, et sic quoque conj. I. Dousa Fil. et N. Heins. ad marg. ed. Ald. ut legitur ap. Tibull. IV, 1, 193; Ovid. Am. II, 16, 19. *posse* tamen pro audere infra el. XV, 37. vid. nos ad Lotich. l. c. vs. 73 et in Addendis p. 681 et sic Martial. X, 20; Tibull. IV, 13, 9.

4. *Vlteriusque domos vadere Memnonias*) *Alteriusque* in Heins. et meo pr. cod. *vadere* eleganter de suscepto itinere periculis obnoxio Ovid. Trist. IV, 3, 74; Virg. Aen. II, 359: sic *vadere* de ingressu cum quodam impetu, ut *vadere in hostes*, vid. notas ad Val. Fl. VI, 229. Pro *Memnonias* in Voss. sec. et tert. et libro Livineii *Memonias*. Leid. pr. *Semnonias*, Voss. pr. Leid. sec. Heins. et uterque meus cod. *in Aemonias*, quae lectio se probavit Lipsio Antiq. Lectt. IV, 11, nempe Tullus ille in Asiam proconsul iturus, Propertium itineris socium invitarat, Cyzicum profecturus, quam *Aemoniae nobile gentis opus* vocat Ovid. Trist. I, 9, 30. Sed *Memnonias domos* de Aethiopia intelligunt, vid. Oudend. ad Lucan. III, 284. (et *Aemonias* haud dubie scribarum incuriae debetur. K.) quid si *Hyperboreas* legamus? ex loco Virg. laudato, *Solus Hyperboreas glacies- Lustrabat.*

5. *remorantur verba puellae*) *memorantur* in Voss. sec. *vincla puellae* conj. Heins. in ora ed. Ald. vid. Tibull. I, 1, 55.

6. *Mutatoque-colore preces*) *dolore* in tribus Voss. et meo sec. *calore* conj. Heins. Forte *mutato colore* est, variato saepe praetextu, ut ap. Iuvenal. Sat. VI, 279: *Dic aliquem sodes, dic, Quintiliane, colorem.* Burm. Male. Vid. notas. K.

7. *argutat noctibus ignes*) *acuit sub noctibus* in cod. Ant. Perreii, et sec. Vatic. Pro *ignes* Guyetus *instans*. Sed vid. Heinsium vulgatam scripturam *argutat* vindicantem, Advers. II, 6, p. 251; Barth. ad Stat. Silv. I, 1, 45; Manut. ad Cic. epp. ad Attic. VI, 5, p. 185; et Cerdam ad Virg. Ecl. VII, 1, p. 120.

8. *relicta deos*) *dies* in Excerpt. Scalig. cod. Heins. et Dorv. quomodo forte scripserunt librarii, ad oppositionem *noctibus* in vers. praec. vel cogitantes illud Ovid. Epp. I, 8: *Nec quererer tardos ire relicta dies*. Sed *deos* hic minime tentandum.

9. *mihi se iam*) *mihi iam se* in duob. Leidd. tribus Voss. duob. Dorvill. utroque meo cod. et priscis edd. *se denegat esse* male in Groning. et cod. Livineii. Burm. *mihi sese denegat* vet. cod. in libro Pocchi. Santen. Cod. Dresd. *se negat*, contra metrum. K.

10. *Quae solet ingrato*) *irato* in codd. constanter extabat. At non dicit poëta se iratum relinquere velle Cynthiam, sed vero eam sibi cum Tullo amicitiam esse, ut vel in ultimas orbis oras una proficisci possit, imo velit, nisi obstet amor Cynthiae, deseri se conquerentis, ac crebris magnisque precibus, ut ne id faciat, contendentis, et turpem perfidi, ingratique animi notam totis noctibus occentantis. Itaque *ingrato* legendum. Brouckhus. Recte edidit et adstruxit Broukh. *ingrato*, quae coniectura firmatur ab uno Vatic. et Excerpt. Colotii, et ita etiam emendabat Heins. in notis ad Prop. p. 660. Sic *iratus* et *ingratus* etiam permutantur ap. Liv. XXV, 4, 2, ubi vid. Gronov. et Drakenb. et Patruum meum ad Phaedr. IV, 24, 14.

11. *His ego -- possum durare querelis*) *His sine* Guyetus. *possim* Fruter. ed. Muret. et Lugdun. Rovillii. Elegantem vocis *durare* usum bene illustravit Markland. ad Stat. Silv. p. 248. Altero vs. pro *lentus* inepte *laetus* in

quart. Voss. Caeterum in pr. cod. Leid. reliqua desiderabantur usque ad vs. 12. el. VIII; sed omnia inserebantur post vs. 28, el. IX.

13. sq. *An mihi -- cernere divitias*) *At mihi* in Voss. quarto. *noscere* in Excerpt. Scalig. et Modii, Groning. Voss. quart. sec. Dorv. et Askew. quod ex praeced. *cognoscere* promanavit. *cernere delicias* conj. Francius. Non placet, cum propter verbum *cernere*, i. e. lustrare divitias, civitates opulentas, et superba palatia per Asiam totam conspicienda, quae a divitiis passim apud vett. celebratur; tum quia id Tullo, a quo itineris comes fuerat rogatus, minus convenit, cuius vitae ratio bellicis potius artibus, quam deliciis, amoribus, et luxui vacabat. Caet. locum hunc imitatus est Ovid. Trist. I, 2, 77.

15. *deducta faciat convicia puppi*) *deductae puppi* Voss. tert. Pro *faciat convicia* coniecerat Passerat. *iaciat*, quod tamen a nullo cod. confirmatur.

17. *Osculaque -- sibi debita vento*) *opposito dicat contraria vento* in Voss. tert. et in marg. *sibi dedita*, ut in Askew. et sec. Dorvill. in meo primo, *Oscula quae opp. sibi debita vento*, et in marg. *dicat contraria vento*, ut in cod. Heins. *dedita* in pr. Neapol. Leid. sec. Voss. pr. et altero meo codd. ac prr. edd. (*debita* et *dedita* saepius commutata, vid. Cortius ad Sallust. Iug. XIV, 3; Heins. ad Claud. in Eutrop. I, 45; ad Ovid. Her. VII, 103; Burm. ad Quinctil. Decl. IX, 5. Kvıx.) unde *didita* conj. Heins. ad oram ed. Ald. sic Palmerius in Spicileg. p. 788, qui *oscula vento didita*, dissipata, irrita facta, capiebat; quod ut ridiculum merito traduxit Passerat. *apposito* in Excerptis Modii. Dousa P. in marg. ed. Rovillii Lugdunensis 1559 assentitur Fruterio Verisim. II, 18 emendanti *dedita*, pro data. Broukhus. *debita* defendit, et hunc sensum esse annotavit: ventum secundum, ac vela facturo Propertio faventem, Cynthiae votis oppositum, seu contrarium vocari, qui violenter ei eriperet oscula ab infido amatore sibi debita, ut *verba tibi debita*, Protesilao, quo absente imaginem eius alloquebatur Laodamia ap. Ovid. Heroidd. XIII, 153. Fuerunt, qui lectioni *Oscu-*

laque opp. dicat sibi dedita vento adhaerentes, *ventum* exposuerunt de veste tenuissima, qua oscula a decessuro Propertio sibi data removerit Cynthia, quasi velo obtento, ut *dextra opposita* II, 29, 39. Martial. III, 68, 10. Sic haec verba capienda esse argutati sunt Pontanus Analect. III, 9, et Eberhardus ad Petron. c. 55, p. 274, ubi *ventus textilis* pro veste pellucida. Vide Huetii notas ad Auth. Graec. p. 10 post eius Poëm. add. Cerda ad Tertull. de Pallio c. 4, p. 47. Mihi hic versus sic legendus esse videtur: *Osculaque opposito dicat mihi debita vento*; ut *dicat mihi* iungantur, vel *sibi debita*, sed illa ratione, qua hunc locum interpretatus est Patruus meus ad Val. Fl. II, 407. (vid. notas ad hunc Prop. locum. K.) cf. locos similes Ovid. Heroidd. V, 49; VII, 41; XIII, 3 sqq. Burm. Fontëinius, ut notavit Huschke in epist. crit. ad Santen. pro *vento* coniecerat *ponto*, ut adeo Propertius *oppositum pontum* vocaverit mare, quod Cynthia ante oculos esset habitura, quando navis itineri parata, eo foret deducta. Mihi Burmanni lectio et expositio, inprimis ob locos ex Ovidio allatos, praeplacet. Idem Huschkius vs. seq. e cod. Vallieriano pro *viro* affert *thoro*. Sed nihil mutandum. Kuin.

19. *Tu patrui meritas conare anteire secures*) *patri emeritas* in cod. Ant. Perreii et Vatic. sec. *patriae* in Dorv. sec.

20. *Et -- refer sociis*) *iura referre foris* ex emendatione N. Heinsii edidit Broukhus. quum scilicet in nonnullis codd. legeretur *referre sonis*. hinc Heins. in notis ad Ovid. Fast. I, 287; II, 532, et Advers. II, 6, p. 252, restituit *referre foris*, idque inveni confirmatum a cod. Ant. Perreii, Vatic. sec. et duobus meis. Adoptata autem Heinsii coniectura, *iura referre foris* intelligendum erit de conventibus, quos agere solebant magistratus provinciales, idque *forum* vel *conventum agere*, aut *indicere* vocabant. Vid. Festus in verbo *forum*. Gronov. Obss. III, 22. Valesius Emend. II, 14; V, 16; et Graevius in Praef. ad Thes. Ant. Rom. tom. I, p. 17. Graecis ἀγόραιοι, et ἀγοραίους ποιεῖσθαι dicuntur. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. p. 176, et ad Strabon.

p. 932 ed. Almel. Hemsterhus. tamen veterem scripturam *iura refer sociis* propugnat, et Vulpius Heinsii correctionem se ideo repudiare notat, quia efficax magis et concinnum *iura refer*, quam *conare referre*, tanquam si res esset dubii eventus. Potius Heinsio opponendum erat, *oblitos socios* rectius dici, quam *oblita fora*; quae si displiceant, forte *obtritis foris* substitui posset, in quibus leges et iura iacuerant proculcata, obsoleta, et velut situ obducta: *obtrita consuetudo* pro desueta Lactantio in Argum. Ovid. Met. X, 6. *obterere laudem imperatorum* pro carpere, imminuere, Cic. Verr. V, 1. Burm. Revocanda est vetus lectio: *refer sociis*. Praecedenti versu cur diceret *conare anteire*, gravis erat causa; eleganter enim ad laudem Tulli patrui pertinet, cuius imperium tam fuerit iustum, ut vix sperari possit, alium successorem ad eamdem laudem facile perventurum. Verum hic si Tullo dicat: *conare vetera iura referre*, diffidere se amici virtuti ostendet, quod certe absurdum, et ab elegantia Propertii alienum. Hemsterhus.

21. *Nam tua -- cessavit Amori*) *Iam tua* in Heins. et meo. cod. pr. *nunquam* in duob. Leidd. sec. et quart. Voss. altero Dorvill. et prr. edd. *cessarit* in Neapol. *cessante* in altero Voss. *servivit* in marg. pr. Voss. et sec. mei cod. ed. Vicent. 1481, Aldd. Iunt. Colinaei, Parisina, Gryph. Rovill. Plantini, Canteri et Grasseri. Sed *cessavit* recte praetulit Lipsius Ant. Lect. IV, 11, probante Heinsio in notis ad Prop. p. 661.

22. *Semper et armatae*) *Semper at* Guyetus, et sic in Voss. tert. et quart. Borrich. quinto Neapolit. Dresd. aliisque codd. *et amatae* vitiose in Askew. Hemsterhusius conj. *Semper at armato* etc. coll. vs. 29, ubi Propertius aliud vitae genus, et imbelliorem militiam sibi a fatis attributam testatur.

23. *Et tibi -- Adferat*) *At tibi* Fruter. Turnebus, et Guyetus. *Et* in Heinsii et meo pr. cod. *Adferet* in quarto Vossiano.

24. *et lacrymis omnia nota meis*) *omnia nota* in prr. edd. eod. Askew. Dresd. et binis meis codd. sed *vota* in marg. sec. *omnia ñ* in Vossianis, et utroque Dorv. *omina*

Turneb. *lacrymis limina nota meis* conj. N. Heins. ad oram ed. Ald. *somnia* Passerat. Marklandus *omnia nota meis* probabat. Broukhus. ex suo cod. protulit et in contextu exhibuit, lectionem, quantivis, ut ait, pretii, *ultima vota meis*, quae a Leid. pr. et Mentel. probatur, et per *ultima vota* intelligit mortem, quam in aerumnoso amore saepe optant poëtae. coll. Ovid. Pont. IV, 14, 5 sq. Virg. Aen. XI, 55; Ovid. Amor. II, 5, 1 sq. al. BVRM. Vera lectio, *omnia nota*. Propertius sic eleganter adiectiva neutra frequentat, cf. el. XV, 1, ubi vid. Burm. el. XVIII, 13. add. Catull. VIII, 6, et voces *nota* ac *vota* centies a librariis sunt permutata. Vid. Drakenh. ad Sil. VI, 434; II, 282. KVIN.

25. *quem semper voluit fortuna iacere*) *voluit semper* in pr. et tert. Voss. Heins. et meo sec. pro *iacere* Gebhardus ex libro Commelini profert. *latere*, sed glossam esse, recte addit.

26. *extremae reddere nequitiae*) *nequitiae* vocem corruptam esse adscripserat Markland. nescio quare. est enim de ludo amoris apud Propertium frequentissima. *militiae* liber Pocchi. BVRM.

27. sq. *Multi longinquo -- me quoque terra tegat*) *longinquo* pro diuturno, et ut h. l. ita saepius de temporis spatio adhibetur, vid. praeter locos in notis laudatos, Liv. I, 31; V, 5; Gronov. ad Cic. de Senect. 12; Drakenb. ad Sil. VI, 628. KVIN. Pro *me quoque terra tegat*, mallem *me mea terra tegat*, ut optet potius in patria sibi mortem contingere inter illos, qui in amore quidem perierunt, non vero in regione peregrina, minime avidus longinquum in terris dissitis amorem quaerere, quem domi habebat. Excusat enim se hac tota elegia apud Tullum, quod itineris in Asiam se comitem ipsi deneget, quia Cynthiae vincla se remorabantur. Coniecturam meam confirmat locus Prop. III, 7, 33 sq. 43 sq. BVRM. Profecto amor Cynthiae in causa erat, cur in Asiam comitari amicum recusaret; verum alterum illud, eum in regione remota quaerere amorem nolle, a tota hac re alienum est; probabile enim non est, eum hac excusatione usum fuisse apud Tullum, a quo non invitatus

erat, ut puellas peregrinas viseret, aut merae voluptatis gratia iter faceret, sed ut reipublicae causa secum peregrinaretur, coll. vs. 19 sqq. vs. 29 et 34. Menti poëtae convenit potius vulgata lectio, si *longinquo* de tempore intellexeris. Nempe id dicit poëta, se itineris causa non posse puellam relinquere, neque rebus agendis aptum, sed in amore longinquo i. e. diuturno, non interrupto, velut fortuna sua iubente, pereundum sibi esse, cui excusationi nonnihil ponderis addit, quum *multos* ita libenter periisse monet. Hunc sensum suadent etiam vs. 25 sq. Waardenburg.

29. *Non -- armis)* offendit me nonnihil illud, *natus idoneus armis*, quum alterutrum sufficiat, sonumque ingratiorem reddat; levi verborum transpositione locum sic constituendum coniicio: *Non ego sum laudi natus, nec idoneus armis*, ut indicet, se neque a natura aut nascendi sorte, neque ab artis peritia militiae et castris aptum, sed quasi fatorum lege, palaestrae Amoris innutritum esse. Simili fere colore Ovid. Am. II, 3, 7: *Non tu natus equo, non sortibus utilis armis* etc. Pro *fata* male in nonnull. codd. *facta*. Pro *volunt* rectius *velint*, optandi modo, propter praeced. *me quoque terra tegat*. Vs. 31 pro *tendit* exemplar Pocchi habet *tendis*.

32. *Lydia-liquor) tinguit* Voss. sec. *tingit* Heins. Mentel. Leid. pr. Dorv. et meus, et ed. Volsci. *taugit* Dorv. sec. *cingit* cod. Ant. Perrcii, Leid. sec. Voss. pr. et tert. Vatic. sec. et alter meus cod. sed in marg. *tingit*. in ed. Reg. Lep. et Venet. 1475 *cingit* quoque excusum, in Vicent. 1481 *tinguit*. Askew. *tiguit*. Heinsius *stringit arata* correxit Advers. II, 6, p. 252, et in notis ad Prop. p. 661 *arata* in cod. Beroald. Groning. Borrich. Mentel. duob. Leidd. utroque Dorvill. Heins. pr. meo cod. Askew. prr. edd. Aldd. Iunt. Colin. Gryph. et Rovill. cui adscripserat Dousa *aratra* pro arvis poni. sed *arata* in Venet. cod. Passeratii, et hanc lectionem iam ex cod. vet. praetulit Turnebus Advers. XXI, 16. (*culta* vocaverat Virg. in eiusdem regionis commemoratione Aen. X, 142. Broukh.) *Pactolus liquor* pro *Pactoli* in Excerpt. Scaligeri legitur, non inelegauter.

34. *accepti pars eris imperii)* *acceptis par eris imperiis* conj. Passeratius. *asserti imperii* N. Heinsius Advers. II, 6, p. 250; in notis p. 661; et in epist. ad Graev. tom. IV Syllog. p. 376, quod probat Graevius p. 378.

ELEGIA VII

1. *dicuntur Pontice Thebae)* Initium huius eleg. imitatione expressit Ovid. Am. II, 18, 1 sq. *ducuntur* in veteribus scriptis se invenisse testatur Scaliger, et probavit, laudato IV, 6, 13. Scaligeri auctoritate motus Broukhus. *ducuntur* edidit, quamvis in codd. suis omnibus, ut fatetur, *dicere* invenerit; neque aliter legitur in quat. Voss. binis Leidd. Dresd. duob. Dorv. ac meis codd. quibus edd. primae et eas secutae editiones vetustiores adstipulantur. Quare ob constantem codd. omnium et antiquissimarum edd. consensum *dicuntur* in contextum revocavi. Idque contra Broukhusium tuetur Bentleius ad Horat. Carm. I, 7, 9. Vellem certe Broukhusius *arma* non retulisset ad *ducuntur*, sed potius in altero versu omissum ex more veterum observasset verbum, idque supplevisset, *Armaque fraternae militiae*, a te describuntur, canuntur. Burm. Perinde dici posse *ducere Thebas*, et arma fraternae militiae, atque *ducere* epos, vel *carmina*, (ut legitur IV, 6, 13) minime concedo. Broukhus. mentem poëtae ita exponit: *dum tu, o Pontice, eversas Thebas e ruderibus suis excitas, et novas iterum condis* (sic *ducere muros, arces, moenia* et sim. vid. Bentlei. ad Horat. Carm. III, 3, 15; et poëtae saepe ipsi eleganter dicuntur facere, quae ab aliis facta describunt et canunt. Ovid. Am. II, 18, 1 sq. Pont. IV, 16, 13 sqq. Trist. II, 317; Virg. Ecl. VI, 61. Brovkh.) *dumque nova arma fabricas impiis fratribus* etc. *arma etiam ducuntur*. Igitur *ducuntur* alio longe sensu et translato potestatis modo capiendum est, si iungas, Cadmeae Thebae, nimirum e ruderibus suis excitantur, et novae iterum conduntur, longe alio, si pertineat ad fraternae tristia militiae, scilicet fabricantur:

hocciue tam durum schema, ut homini Romano in mentem venerit? cras credam. Prave ergo *dicuntur* in *ducuntur* mutatum. Hemsterhus. Bentleius l. c. notat: *dicere* esse hac in re solemne apud omnes poëtas verbum; neque porro verisimile esse, Thebaida suam ad Cycliorum poëtarum morem a Thebis conditis et ab ipsa Amphionis lyra deduxisse Ponticum; sed statim ab Oedipodis orsum esse; nullo autem pacto tolerari posse *ducuntur Thebae*, nisi cum Thebarum *κτίσιν* et origines in poëmate suo evolvisse dixeris. Omnino *ducere* et *dicere* a librariis centies commutata, vid. Burm. ad Nemes. Ecl. 1, 63; sed lectionem *dicere* confirmat locus Anacr. XVI: 1. Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης, Ὁ δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς' et codd. omnium consensus, et ipse poëtarum loquendi usus solemnis. Kuin.

3. *Atque, ita sim felix, primo contendis Homero)* *prisco* in Heins. et meo cod. et *prisco Cratino* Horat. Epist. I, 19, 1; *antiquo Homero* Ovid. A. A. II, 109. Si ante alios poëtas vett. Antimachum e Graecis, et Ponticum e Romanis, primum in eodem Thebaidos argumento versatum fuisse Homerum dici posset, lectionem *primo* i. e. poëtarum principi, magis huic loco aptam agnoscerem. Ea propter *priscum* interpretor, qui caeteros epicos poëtas vetustate temporis antecellit. (*prima* omnino dicuntur, quae suo in genere sunt excellentia, praecipua. Terent. Heaut. V, 2, 10; Adelph. V, 1, 4. vid. Serv. ad Virg. Aen. I, 24; II, 636. Cortius ad Lucan. IX, 240 *prisco* glossema redolere videtur. K.) Praeterea vide an huic loco melius conveniat: *Atque, ita sis felix* etc., ut ad Ponticum referatur, si Homerum aequare possit, quod suadet alter versus: *Sint modo* etc.

4. *Sint-mollia carminibus) lenia* in Voss. quart. *levia* in Askew. sed in marg. *mollia*, quod verum docet imitatio Ovid. Trist. IV, 8, 32. Dousa P. molliorem hunc versum fore putabat, si legeretur: *Sint modo carminibus mollia fata tuis*, neque aliter scripturum fuisse Ovidium, codici suo annotaverat. Sed ad modum Ovidianum non semper exigendi sunt numeri Propertiani.

6. *duram quaerimus in dominam) dura quaerimus in*

domina Dorvill. pr. ed. Venet. 1487, et Reg. Lep. Francius tentaverat: *Atque aliquid duram ludimus in dominam.* Sed quia in alterum verbum *quaerimus* constanter conspirant codd. et edd. priscae, illud loco movendum non arbitror. Tu lege, et suam Propertio mentem restitue: *Atque aditum duram quaerimus ad dominam*, coll. Tibull. II, 4, 19: nempe per carmina, quod vs. seq. innuit. BVRM. Supra el. I, 17: *In me tardus Amor non ullas cogitat artes.* Pro *meditari*, *excogitare* etiam aliis in locis *quaerere* usurpatur. Terent. Heaut. III, 1, 83. *Dum id quaero.* Virg. Cir. 5. *quaerere carmen.* add. Ovid. Fast. III, 211 al. K.

7. *Nec dolori) Nec tamen* in Mentel. pr. Leid. sec. et tert. Voss. et pr. meo cod. *Non tantum* in Borrich. Deinde *saevire dolori* in sec. Leid. prima ed. Ven. et Reg. Lep. Altero versu, *tempora dira* in Leid. pr. et sec. Voss. pro *dura*. BVRM. Saepius a librariis *dirus* et *durus* confusa, ut Sil. XII, 385; XIV, 126, ubi vid. Drakenb. et Oudend. ad Lucan. VI, 672. KVIN.

9. sq. *Hic mihi-fama est) Sic mihi* in Heins. et meo cod. *haec mea vita est* in eod. Heins. et Voss. quarto, a man. pr. sed *fama* in marg. *est* non comparet quoque in Dorv. sec. ut de Groning. testatur Broukhus. Gebhardus, quum in Palatino priore reperisset *capio* pro *cupio*, restituendum putabat: *Hinc capior nomen carminis ire mei*, et exponebat: ita dementatus sum, ut ex carminum meorum tenuitate aliquod famae gaudium sperem. Male.

11. *Me laudent - puellae) laudant* Voss. sec. *solitum* coniecerat Marklandus. Perperam. *ludent* cod. Dresd. pro *placuisse* in Neapol. *docuisse.* mox *iniustae* Borrich. et *manus* pro *minas* exemplar Pocchi.

13. *post haec) posthac* in Voss. quart. Neapol. et Colotiano. Altero versu, *Vt prosint* non male in Heins. et meo cod.

15. *puer hic concusserit arcu) percusserit* Guyetus, et sic Valcken. ad Eurip. Hippol. vs. 1303, nisi *certo pescusserit ictu* malis. Vulgatam tamen vindicat Ovid. Am. I, 11, 11; II, 7, A. A. I, 21.

16. *Quod nolim nostros evoluisse deos*) *eviolasse* in quat. Voss. duob. Leidens. altero Dorvill. utroque meo cod. cui lectioni favet pr. Dorv. in quo *evilasse* i. e. *eviolasse*, et sic in Mentel. Askew. ed. Venet. 1475, Reg. Leg. Ald. utraque, Iunt. aliis et libro suo adscripserat Fruterius, et Dousa P. qui exponebat pro violenter effecisse. *hei voluisse* vel, *neu voluisse* Lipsius Var. Lect. II, 4; Antiq. Lect. IV, 11; sicque etiam coniecit Markland. *evoluisse* in pr. sec. et quinto Vatic. Colotii, et Ant. Perreii cod. quod etiam inveni in Vicent. 1481, et ex suo cod. affert Beroald. atque sic h. l. emendandum monuit Valens Guellius ad Virg. Aen. I, 16, nec aliter Muretus, Scaliger, Gebhardus. Heinsius in marg. ed. Ald. et in notis ad Prop. p. 661: *Quam nolis nostros heu violasse deos!* cui adstipulatur ed. Parisina Colinaei 1529: *Quod nolim nostros te violasse deos.* Livineius etiam in suo cod. invenit: *te violasse.*

18. *Flebis in aeterno surda iacere situ*) Gebhardus ex scriptura cod. Palatini, ex quo *nuda* profert, legendum divinabat: *Flebis in aeterno nupta iacere situ*, et *nupta situ* explicabat: carie altissima ac situ obducta. Praestaret forte, saltem hac Gebhardi melior foret coniectura: *Flebis in aeterno muta iacere situ.* Certe *mutus* et *surdus* etiam confunduntur ap. Ovid. ex Pont. VI, 32. cf. Heroidd. XV, 198.

20. *Nec-serus amor*) *verus amor* in sec. et tert. Voss. sed in marg. *servus* vel *serus*, etiam in meo sec. *verus*, sed in marg. *al. servus* et a man. sec. *al. saevus*. *serus* in pr. Leid. quarto Voss. et prr. edd. ac cod. Askew. in cuius tamen marg. *serus*. *servus* in Groning. *saevus* in pr. Ald. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. aliisque. Vera lectio est *serus amor*, ut bene restituit Scaliger, et probavit Lips. Antiq. Lect. IV, 11, et sic in meo pr. cod., Vaticano sec. et quint. Neapol. Borrich. Heins. Scaligeri et Modii Excerptis, utroque Dorv. ut in edit. secunda Aldus. Idque iubet *tardus amor* vs. 26. Pro *subiiciet* in duob. Leidd. tribus Voss. prr. edd. et Aldd. *subiciet*, de qua scriptura vid. Barth. ad Stat. Theb. IV, 518. Coniceeram aliquando: *Nec tibi sufficiet carmina serus amor* i. e. suppeditabit, ad versus scribendos

stimulabit, ut Virg. Aen. II, 618. *sufficit* Servius explicat, *subministrat*, *suggerit*. add. Virg. Georg. III, 65. *subiiciet* tamen nunc potius cum Scaligero explicandum videtur pro dictabit; vel ut Broukh. placet, translatione a praeconibus deducta, qui verba legum ferendarum, si ab aliis praeterirentur, suggerebant, quo spectat locus Cic. Verr. V, 10. nisi malis *subiicere* hic idem notare, quod Graecis ὑπαγορεύειν, ὑπογράφειν, et ὑποτιθέναι· ut ἐλπίδας ὑποθεὶς Xenoph. Hellen. IV, p. 541; et ὑπαγορεύων ἐλπίδας Strabo I, pag. 840.

21. *Tunc - mirabere saepe poëtam*) *Tum* cod. Dresd. *miraberis ipse* conj. Markland. ut sensus sit: etiam tu magniloquus iste vates *ipse* miraberis me poëtam non humilem; non male; ut Ponticum statuamus aliquando Propertium vocasse *humilem* poëtam, qui levioribus numeris amatoria includeret, et non potius ad suum exemplum graviori incederet cothurno.

22. *Tunc - ingeniis*) Haec ita ut vulgo leguntur, de ipso Pontico intelligenda sunt: tu, quum ipse amori et mollioribus versibus indulgebis, me, quem antea humilem dicebas poëtam, ipsis ingeniis Romanis praeferes. Alioquin, si ipsius Propertii verba censeamus, mallem reponere: *Tunc ego Romanis conferar ingeniis*, ut Francium etiam coniecisse video; nisi quis praeferat: *Tunc ego*, *Roma*, *tuis conferar ingeniis*. vid. Ovid. Trist. V, 1, 73.

23. *Nec - sepulcro*) *nostro iuvenes* in Askew. *nostro hoc retinere* in ed. Gryph. 1551. N. Heinsius ad vitandam ingratam eiusdem vocis repetitionem, *sero* vel *moesto* sepulcro legebat Advers. II, 6, pag. 249; et in notis ad Prop. pag. 661 *moesto* praeferrem, quia modo *serus amor* praecessit. Forte tamen Prop. scripserit *noto*, innuit sodales, qui noto poëtae, a se amati, sepulcro acclamarent: *Ardoris nostri* etc.

24. *Ardoris -- iaces*) *taces* in Excerptis Modii et cod. Groning. (saepius ita peccarunt librarii. vid. Obss. Misc. tom. I, pag. 360. K.) Palmerius, Scaliger et Heins. ex vetustis codd. probarunt: *magne poëta, vale*. B. vid. notas: *vale* Grammatici additamentum fuisse videtur, quod in textum male irrepsit. K.

25. *Tu cave -- fastu*) Legendum videtur, ut et *nostra* hic quoque eiiciatur: *Tu cave et ista tuo contemnas carmina fastu:* per *ista carmina* intelligo admonitiones et praedictiones, quibus Pontico vaticinatus erat, eum arcu Cupidinis concussum, epico Thebaicorum operi vale dicturum, et ad amatorios lusus se conferre conaturum, ac proinde videret, ne *ista carmina*, sive molles elegos capias, sive potius auguria sua, pro nihilo haberet, illo fastu, quo se nullis Cupidinibus contactum, et telis Amoris impervium sibi pectus esse gloriabatur. Sic melius cum fine huius eleg. cohaerebit initium el. IX, quae cum hac coniungenda est. *Carmina* pro auguriis vel praedictionibus, ut *canere* et praecinere passim dicuntur vates.

ELEGIA VIII

1. *Tune igitur -- moratur*) Lege cum N. Heinsio: *Tene igitur, demens, te nil mea c. m.* vid. Albinov. Epiced. Drusi vs. 135. sic repetitiones iteratae in hac adversus Cynthiam expostulatione, e qua elegiam orditur, vehementiam concitato affectui addunt, modo versu altero corrigatur: *Iam tibi sum* etc. *An tibi sim* ex Commeliniano Gebhardus, maiore, ut putat, emphasi, quam in voce *sim* non video. rectius in Dorvill. a man. sec. *At tibi sum*, sed *Iam tibi sum ?* ut conieci, repetitiones magis connectit.

4. *Vt sine me -- velis*) *Et sine* in pr. meo cod. Passeratius haesitat, an interpungendum sit: *Vt sine me vento, quo libet, ire velis*, et *ire vento* coniungit; sed *quolibet vento* melius connectuntur. Altero versu pro *vesani*, male *insani* in cod. Voss. quarto et Askew.

7. *Tu -- pruinas*) Locus expressus est e Virg. Ecl. X, 47 sq. *fulcire ruinas* olim edebatur, ut in ed. Vicent. 1481, et Reg. Lep. et sic Mentel. vet. cod. Passerat. Excerpt. Scalig. Neapol. pr. et sec. Leid. Vossii alter, sec. Dorv. Askew. primus meus cod. Livineii cod. et Gebhardi Palatinus Scaligero assentitur. *sulcare pruinas* in ed. Venet. 1487, Ald.

Iunt. Colin. Gryph. aliisque. *fulcire pruinas* etiam in cod. Harleiano Musaei Britannici. Totum vero distichon in quart. Voss. desideratur, ut de secundo Colbert. testatur Broukhusius. *sulcare pruinas* affert Valens Guellius ad Virg. l. c. probat etiam Ayrmannus. Ant. Perreius editioni Ald. quam cum vet. cod. contulit, annotavit: *quidam reposuere* positas sulcare pruinas, *nimis duriter, quasi pedes aratrum essent, lege:* fulcire, *id erit, subiicere pedes ruituris de coelo nivibus.* Broukhusius recte quidem *pruinas* vindicavit pro *ruinas*, et Gronovio consentit neganti *ruinas* simpliciter pro *coeli ruinis*, quod addere amant vett. seu grandine vel nive de coelo cadente, recte dici. *ruinas* quidem pro vehementi procella ac tempestate ap. vett. occurrere non diffiteor, ut ap. Cic. Cluent. c. 32, c. 35; vid. Graevius ad Flor. p. 611. *positas* autem *nives*, quod interpretetur Broukhus., quia *poni* eleganter dicitur de iis, quae coelo delabuntur; rectius *positas nives* dixeris, quae coelo delapsae iacent in terra. Vid. Guell. ad Virg. Aen. VI, 611, et Patruum meum ad Georg. II, 14. Sed quod *fulcire* hic praeferat ideo, quod Serv. ad Ecl. VI, 53 notet: *unusquisque eo, super quod iacebat, fultus dicebatur*, subiungatque *ita hic Cynthia fulta est pruinis*, id recte quidem a Servio dictum, quia illa, quae subiiciuntur, quasi fulcra sunt; sed non ideo homines super terram ambulantes pedibus eam fulcire dici possunt; aut *solum fulcire* illa, quae ei imponuntur, ut domus, columnae et similia; neque enim recte Cynthia dicetur *fulta pruinis*, sed ipsa fulcit, seu stipat pruinas pedibus. *Positae* igitur *pruinae* h. l. requirere videntur *calcare*, non *sulcare* per hypallagen, ut Passeratius. Sic *calcare nivem* Ovid. Met. II, 852. *scopulum* IX, 228. *viam* Horat. Carm. I, 28, 18. Forte tamen omnis difficultas aut contortae explicationes amoveri possent, si pro *fulcire* legeretur *super ire*, vel ex altera codd. nonnullorum lectione *sulcare*, si quis malit, *superare*, me non obnitentem habebit; superare autem hic eo sensu capies, quo *superare montes*, *superare aequor*, et *vincere* ac similia de difficili dicuntur itinere. Vid. notas ad Val. Fl. I, 75, et ad Claudian. de Laud. Stil. II, 401. Burm. Vix a me impetro, ut *ruinas*,

lectionem tot codd. firmatam, proscribam: quamvis enim coeli, grandinis *ruinae* in usu sint vulgatissimo. tamen h. l. metus non erat, ne omissa *coeli* voce, minus intelligerentur, quum opportune subiiciat Prop. insolitas ferre nives. Sed *positas fulcire pruinas* est Gr. ἐρείδειν στιβαρῷ ποδὶ τὴν γῆν Non assentior Gronovio diatr. ad Stat. Silv. p. 357 hanc vocem sic explicanti: *fulcire* est, iniectas habere, quare additur, *positas*: qui enim per pruinas et nives incedunt, eorum pedes hauriuntur, atque ita recte *pruinas* superiectas *fulcire* dicuntur. Non cepit nativam virtutem τοῦ *positas*, quae recte a Bronkhusio declarata est, unde liquet. non esse iungenda, pedibus teneris positas, sed *fulcire* pedibus ac premere pruinas. Hemsterhvs. Astio Obss. in Prop. *fulcire pruinas (in) pedibus*, ex inversa constructione positum est, pro, *teneros pedes fulcire in pruina*, laudat Prop. II, 4, 5; Catull. LXIV, 45; Horat. Sat. I, 6, 74. K.

8. *ferre nives*) ex Volsci annotatione colligi potest, in aliis *minas* lectum fuisse; quod tamen in nullius cod. Excerptis reperi. *naves* mendose in pr. Leid.

9. *brumae*) *lunae* male in cod. Heins. et Voss. pr.

11. 15. *Nec tibi -- in ora* etc.) *Ne tibi* legendum suadent sequentia (et saepius a librariis *ne* atque *nec*, *neu* et *ne* commutata sunt, vid. Bentl. ad Horat. Sat. II, 3, 262; Cortius ad Sall. Iug. XIII, 6; Drakenb. ad Liv. II, 15, 2; Duker. ad Flor. II, 5, 3; Doering. ad Catull. LXIV; 83. *nec* i. e. *et non*, vid. Drakenb. ad Liv. XXXII, 10, 6. Bronkhus. praefert, *neve*, altero vs. positum est pro simplici *nec*, ut Virg. Georg. II, 298; Horat. Carm. I, 2, 51. Kvin.) Pro *funis* in vet. cod. Perreii, Colotii, et sec. Vatic. male. vid. III, 7, 19 sq. in omnibus autem editionibus antecedentibus huc usque lectum fuit: *Nec tibi Tyrrhena solvatur funis arena.* Plurimos hic sonus leonini versus, auribus insuavis offendit. Patruus meus, qui videret, vocem *arena* hinc esse removendam, non tantum quia sonum ingratum efficit, sed etiam quia non sua sede posita est. ad marg. edit. Broukhus. coniecerat: *Nec tibi Tyrrhena solvatur funis ab ora.* Et mox: *Et me defixum vacua patiatur*

arena; atque *vacua arena* firmabat ex II, 25, 7. Eodem modo etiam Hemsterhusius, servato codicum ordine, hos et sequentes versus constituendos censebat: *Nec tibi Tyrrh. solvatur funis ab ora*, *Neve inimica* etc. *Atque ego* etc. *Cum tibi* etc. *Ut me defixum vacua patiaris arena Crudelem infesta* etc. vel: *Et me defixum vacua patieris arena*. -- *Tyrrhena ab ora*, ut I, 20, 9. *Sive Gigantea spatiabere litoris ora*. Quod attinet ordinem versuum, quem Hemsterhusius, codd. secutus praefert: eo tenore hunc locum exhibent cod. Voss. pr. et tertius, Dorvill. uterque, et totidem mei codd. caeterique omnes quorum Excerpta ad manum mihi fuerunt, edd. primae easque secutae vetustiores. His igitur auctoritatibus permotus, et quia singula sic melius cohaerent, hunc versuum ordinem revocavi, ac *Tyrrhena in ora* et *vacua patiaris arena* edendum censui. Scaligerus mutavit ordinem versuum, Bronkhusio cum aliis subscribente (*Nec tibi Tyrrhena solvatur funis arena*, *Neve* etc. *Et me defixum vacua patiatur in ora Crudelem* etc. *Atque ego* etc. *Quum tibi* etc.) et *patiatur* coniungebat cum *aura* hoc sensu: ne aura elevet meas preces, neve patiatur me in vacua *ora* te crudelem vocare; et ideo Heinsius in epistolis suis MSS. ad Graevium, sed in Syllogen non relatis, emendabat: *Ne me defixum vacua patiaris in ora*, sed vid. Graevium p. 210. -- *hora* in pr. Leid. Voss. sec. et quarto, aliisque, sed vitiose, non ergo opus *acta* hic substituere cum V. D. in Obss. Misc. Vol. I, p. 131. *arena* enim hic vera lectio, et certe restituendum *vacua patiaris arena* iubent etiam ed. Vicent. 1481, Aldinae 1502, 1515, Iuntina, Colinaei, utraque Gryphiana, Rovill. et Mureti ab heredibus Aldinis curata, in quibus sic excusum inveni, sed servata *arena* in superiore disticho, ubi *in ora* reponendum erat, unde tamen patet, iam olim *vacua arena* emendatum, sed in reliquis editionibus corrigi neglectum fuisse. *erena* quoque hoc versu legebatur in cod. Colbert. et Borrichiano. *ut me defixum* legebat Livineius, monente Schradero. BURM. Cod. Vallier. pro *patiaris* offert *patiatur*, et vs. 13 pro *atque*, *aut*. Fortasse ita legendum: *Et me defixum vacua patiatur*

arena Crudelem infesto saepe vocare mari Aut ego non videam etc. h. c. si neglectis precibus meis proficisci sustineas, tunc ego non videam tales ventos subsidere, qui auferant provectas rates et dissipent. Hvschke *in epist. critica ad Santen.*

13. *Atque ego -- ventos*) *sub sidere* separatis vocibus in nonnullis codd. et in Heins. ac meo pr. unde *tali sub sidere* conj. Heinsius, ut sidus Pleiadum intelligatur, quibus orientibus mare aperiebatur, et ventis vela dabantur. *tali sub sidere ventos* , *Queis tibi* etc. Graevius in epist. ad Heins. tom. IV Syllog. p. 195; sed *non videam* turbat sensum, et obscurum reddit. Itaque praefero alteram Heinsii coniecturam, in epistolis ineditis p. 180, et 200 cum Graevio communicatam: *Atque ego tunc* (vel, *tum*) *videam velis subsidere ventos*, ut optet, ventos statim, cum soluto anchorae fune altum peteret Cynthia, deficere, ac cum velis requiescere; et sic legebat Advers. II, 6, p. 252 ; vel, *tunc videam late subsidere ventos*. Aliam coniecturam addidit in notis ad Prop. p. 662 : *Atque ego non videam faciles succedere ventos*, sed quae nimium ab altera recedit. *subsidere* enim non mutandum videtur, sed *tum* pro *non* requirit sensus, et inde loco obscuro exoritur lux, si cum eo rescribamus: *Atque ego tum videam velis subsidere ventos* , *Quum tibi* etc. Pro *tales*, voce haud dubie mendosa, posset etiam reponi *tacitos ventos*, coll. Ovid. Trist. II, 151 ; adeoque legi: *Aut ego tum videam tacitos subsidere ventos.* Male Baptista Pius in notis ad Lucret. V, 641 legebat: *Atque ita nunc videam thraces subsistere* (vel *subsidere*) *ventos*, et ventos etesias intelligebat.

14. *provectas -- auferet*) *proiectas* in sec. Leid. codd. Regiis, Excerptis Modii, Groningano, pr. ed. Venet. ed. Reg. Lep. *auferat* in Voss. quarto.

16. *Crudelem -- manu*) *iniecta saepe notare* Heinsius. Vid. Graev. epist. ad Heins. 151 et 153 ; sed idem tamen Heins. in epist. MS. ad Graev. p. 224 vulgatam retinet. Ego *vocare manu* interpretor, Propertium Cynthiam, abitu suo se deserentem, clamare crudelem et periuram, manu in

altum elata, vel pectus plangente. cf. Ovid. Heroidd. X, 35 sq. *infecta manu* male Livineius, et sanguinariam exponit, de Cynthia intelligens. Pro *saepe* suspicor forte castigandum: *Crud. infesta, saeva, v. m.* ut passim amat noster verba eiusmodi acerbiora in expostulationibus interiicere, frequenter autem *saepe* a librariis pro altera voce substitutum fuit. Vid. ad Anthol. Lat. Vol. I, p. 148. Burm. V. D. in Bibl. Amstel. Crit. Vol. II, P. II, pag. 8 *infesta* active accipit, pro *irrita*, ut Gr. ἄπρακτος de eo dicitur, qui nihil efficit. Kuin.

17. *Sed quocumque*) *quodcunque* in Regiis, Colbertinis, Dresd. Voss. sec. et pr. Dorv. male. coll. vs. 34. Burm.

18. *Sit Galatea -- viae*) idem innuit, quod Ageanacti Mitylenam naviganti vovetur apud Theocrit. Id. VII, 61, 62. Santen. *in Addend.*

19. *Vt te felici praevecta Ceraunia*) *At te* in pr. meo cod. (*Et te* vult Livineius et Broukhus. indicante Schradero Emendat. p. 87, et 91. Santen.) *Vtere* corrupte in Voss. pr. et tertio, meoque sec. (Eldikius solo ingenio adiutus, cod. Vossiani lectionem *utere* excogitaverat. Santen. *provecta* Voss. pr. tert. quart. Dresd. Mentel. Groning. Heins. Askew. Harleianus Musaei Britannici, Colbertt. et Excerpt. Scalig. ac Modii. sed *provectas rates* paulo ante dixit: *proiecta Ceraunia*, *pervecta*, *per saeva*, vel *provectam felice Cerannia remo* in Vaticanis. *proiecta* etiam in ed. Volsci. *praevecta Ceraunia* in Borrich. Neapolitano, ut in suo cod. invenit Turnebus, et sic ed. Venet. 1475, Reg. Lep. sed in Vicent. 1481. *vectam per caerula* ut in ed. Beronald. Ald. Iunt. Gryph. Rovill. aliis; quod probasse videtur Cerda ad Virg. Aen. III, 208. Scaliger *te praevecta* pro *praevectam* et nominativum vel vocativum pro alio quovis, ut ait, casu, positum notat, quia alloquitur Cynthiam. Heinsius Advers. II, 6, p. 253; et in epp. MSS. ad Graev. p. 206, et 224 emendabat: *Vt te, felici post victa Ceraunia remo*, sed Graevius in epist. responsoria, in Sylloge tom. IV, p. 210 desiderabat exemplum locutionis *vincere Ceraunia* pro superare. Videtur tamen *vincere* pro praetervehi, recte dici,

ut *vincere montes*, *flamina* et similia, quam locutionem exemplis illustrat Heinsius. BURM. At his coniecturis non opus est. Vid. notas. Praepositio *prae* in compositis saepius idem valet quod *praeter*, sic *praefluere* pro praeterfluere Liv. I, 45; *praenavigare* pro praeternavigare Val. Max. I, 8, 9; Pomp. Mela II, 3 *praevehi* pro praetervehi, vid. Oudendorp. ad Caes. B. C. III, 26, ut autem praepositiones *prae* et *pro* saepius in compositis a librariis inter se permutatae sunt, sic et nominatim verba *praevectus* et *provectus* in codd. confusa reperiuntur. Vid. Sil. It. V, 170; IX, 572 al. KUIN.

20. *Accipiat -- aequoribus*) Pro *Oricos* in codd. *Orithos*, *Coricos*, *Oriquos*, *Orycos*, vel *Orychos*, vitiose, ut *Ocyos*, in quinto Vatic. Vid. Markland. in explic. veter. locor. post Eurip. Suppl. p. 274 cf. cum h. l. illud Apollon. Rhod. IV, 1215. -- κεῖθι δ' ἐς Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων οὔρεα, Νεσταίους τε καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι.

21. *Nam -- taedae*) *Iam me* in pr. meo cod. *nonnullae* Borrich. *corrumpere dirae* in Heinsii et meo pr. cod. *de te* in Leid. pr. et sec. Voss. quatuor, Dresd. Borrich. Neapol. et quinto Vat. Askew. binis Dorv. et altero meo cod. ut in ed. Ven. 1475, et Reg. Lep. quod amplexus est Scaliger. *thede* in Groning. i. e. *thedae*, ut in Innt. pro *taedae*, quod in ed. Vicent. 1481. Volsci et Ald. sec. in priore *thedae*, unde Heinsius conj. *Ledae*, idem tamen *formae* legebat ad Ovid. Fast. I, 287; et vid. eius notas in Prop. post Advers. p. 662. *taedae* recte praetulit Broukh. *Nunc me non ullae poterunt confundere* male tentabat Ayrmannus, et sine ulla codd. auctoritate.

22. *Quin ego -- querar*) pro *vita* in Voss. pr. et sec. *tuta*, quod et in meo altero. *victa* in Vatic. quinto Voss. tert., Heinsius et pr. meo cod. sed *vita* a manu sec., quod et in Groning. *sueta tuo limine verba* conj. Dousa. *meo* in Voss. quarto. *meo limine verba* in Askew. *lumine* in duob. Leidd. Voss. Menteliano, uno Dorvill. et meo sec. in utroque *verba loquar*, sed *querar* superscr. in pr. *verba* etiam in duob. Leidd. Regg. et Colbertt. quat. Vossii, binis Dorv. et *loquar* in pr.

ac tert. Voss. Heinsiano, et primi Dorv. marg. *limine verba* in Groning. *tuo lumine verba loquar* Borrich. in princ. ed. Veneta et Reg. Lep. *Quin ego vita tuo lumine verba querar.* In altera Veneta 1478: *Quin ego victa tuo lumine*, sed in Beroald. Volsci, Ald. Iunt. aliisque: *Quin ego, vita, tuo limine verba querar.* Ex his patet *acerba*, quod Scaligeri est, in nullo cod. conspici; nec *vera querar*, ut conj. Passerat. et edidit Broukh. quod a Schotto Obss. II, 7, et Livineio excogitatum addit, et hoc probabat Markland. *querar* pro cum querimonia *loquar*, defendi potest ex iis, quae notavit Patruus meus ad Petron. c. 91, p. 441, et ad Virg. Ecl. VIII, 19. Assentiri non possum Scaligero *tuo lumine acerba*, pro *lumini*, et *lumini tuo*, pro tibi ipsi exponenti. *vita* Dousae non placebat, forte quia *vita*, vox blandientis, non convenit acerba querenti, et paulo ante *periuram* vocaverat. Sed hic ab expostulatione deflectit ad querelas mitiores, et tamen se Cynthiae memorem, si abiret, fore, pollicetur. *tuo limine* admittendum videtur, ut innuat, se interim ad eius ianuam suas effusurum querelas, velut carmine paraclausithyro. *dura querar* conj. Heins. in notis ad Prop. pag. 662; sed *acerba* praetulit post Scaligerum, et sic Ayrmannus; cui emendationi nonnihil favent codd. qui *verba* exhibent.

23. *Nec me -- citatos*) *Haec me* male in Leid. pr. *deficiat* Voss. sec. et tert. pro *rogitare* in Voss. quarto *vocitare*; sed alterum propugnat locus Virg. Aen. I, 754.

24. *Dicite -- est*) *puella . . . est* in Voss. pr. an forte, repetita ultima syllaba ex voce *puella*, inde legi posset: -- *quo portu clausa puella latet*, vid. Ovid. Heroidd. I, 57; nam *mea est* recurrit sequenti disticho.

25. *Et dicam -- in oris*) *Et dicam*, *Atraciis licet haec considat* in codd. Regg. Voss. pr. et sec. altero Leid. et meo utroque, quod primas et plerasque edd. antiquiores etiam occupavit, sed alterum servant reliqui codd. Dresd. etiam cum Excerptis Modii, et magis ad genium Propertianum est; et recte reiecit Broukh. propter *illa*, in pentametro versu, ne absurde *haec* praecedat, et *illa* sequatur, tanquam de

duabus diversis sermo esset. Pro *Atraciis* legitur *Autraciis* in Voss. et sec. Vatic. *Athritiis* Borrich. *a thritiis licet haec* Mentel. et pr. meo cod. *Autaricis* Excerptt. Modii. *a tratiis* in pr. Veneta et Reg. Lep. *Autracis* ed. Voisci. *Atraciis* altera Veneta, et Ald. *Antariis* in pr. Vatic. Colotii et Ant. Perreii cod. qui legendum adscripserat *Autariis*, quia Appiano et Plinio *Autarii* sunt Illyrici populi. Pro *Eleis* exhibent *Hylaeis* vel *Ilaeis* Excerpt. Scalig. meus pr., Mentel. Borrich. Neapol. *ellaeis* in altero meo cod. *Nelleis* cod. Dresd. Barthius ad Stat. Theb. I, 106; per *Atracias oras*, in genere remotas, longinquas intelligit. Male. Broukhusius notat, incertum fuisse poëtam, an iste propraetor in Aetolia sedem esset fixurus, an vero in Elide, et ideo loci utriusque hic mentionem fieri; quod non satis capio. An igitur incerti erant propraetores, in quam ituri essent provinciam, et an *Elis* sub Illyrico? quae in Peloponneso est. Scaligero etiam vix concedere possum, si Ostia solvit, ut praeter Ceraunia Oricum venerit, quod neminem fecisse puto, sed Brundusio traïciebant in Illyricum et Graeciam. Quia autem hic praeter in Illyricum tendebat, veram forte lectionem nobis servarunt Angeli Colotii et Ant. Perreii codd. in quibus *Autariis* et *Issaeis* legitur, ut *Eleis* petitum sit ex vs. 36, ubi *Elidis* mentio fit, tum *Atracia*, et *Atracis ora* ex aliis poëtis notior librariis prae *Autariis* fuisse videtur. Vide igitur an restituendum sit: *Et dicam licet Autariis* (vel *Autaricis*) *considat in oris*, *Et licet Issaeis*, *illa futura mea est.* - *Autarii* vel *Autariotae* in Illyrico, ut patet ex Strabone VII, pag. 313; eorumque meminerunt Arrian. Exp. Alex. I, 5; Polyaen. Strateg. IV, 12, 1; et VII, c. 42 aliique. *Autaricis* etiam Muretus probabat, sed *Hyllaeis* seq. vs. eosque Illyriae populos esse notat; et sic legitur in ed. Rovill. Lugdun. 1559. Praefero tamen *Issaeis*. *Issam* enim urbem et insulam esse in Illyrico, constat ex Strabone lib. II, p. 124, et VII, p. 315; Polyb. II, 8; add. Steph. Byz. in Ἴσσα. *Issaei* quoque memorantur Livio XXXI, 45, 10, ubi vid. Sigonius et Drakenb. ad XXXII, 21, 27. Antonius Volscus iam *Autaricis* pro *Athraciis* legendum, et *Autarios* esse Illyriae po-

pulos, sed altero vs. *Ardeis* pro *Ileis* corrigendum monuit: et post cum Beroaldus de *Autariis* et *Isseis* cogitavit non tantum, sed in eius edit. a. 1487 ita excusum video. *considat* hic ea notione intelligendum, qua apud Virg. Aen. I, 572: *Vultis et his mecum pariter considere regnis*. add. III, 162; VI, 67. Heinsius ad Ovid. Met. II, 632 hunc locum afferens, memoriae vitio licet *Atraciis consederis arvis* exhibet.

27. *Hic -- iniqui) erat* in Voss. sec. Colbertino et Neapol. *Sic erit* vel *Sic eat* Heins. Male in Excerpt. Scalig. et Dorv. sec. *hic iurata mea est*, sed *manet* in Groning. caeterisque codd. ut et Regiis et Colbertinis, in quibus *rumpentur*; sed *rumpantur* est ad imitationem Virg. Ecl. VII, 26: *invidia rumpantur ut ilia Codro*. Altero vs. pro *vicimus* male *vincimus* in priore Leid. codd. Regg. et prr. edd. coll. Ovid. Am. 389; Amor. II, 12, 2. *Dicimus* in cod. Borrich. litera initiali prius omissa, deinde male inserta D. *non tulit ira* male in Voss. pr. et Heius. pro *illa*.

29. *Falsa -- livor) deponas* Heinsius. Mihi propter *falsa* videtur legendum *componat* i. e. fingat, simulet. Versu seq. pro *destitit* in pr. Dorv. a man. sec. *deficit*, male.

31. *Illi -- per me)* Broukhus. contra auctoritatem omnium codd. et editt. veterum ante Scaligerianam, hanc secutus, *et* omisit. Sed nusquam fere noster ultimam in *ego* producit, et ubi ita nunc editur, plerumque codd. copulam *et* inserunt, ut h. l. vel editur cum sequenti voce, ut II, 18, 34, 20, 11; III, 11, 27; IV, 2, 3. cf. Heius. ad Albinov. Epiced. Drusi vs. 193, qui nunquam a Nasone huius voculae ultimam produci notat, et falsos esse illos, qui ab ullo Augustei aevi poëta id factum esse contendunt. add. B. Pium ad Valer. Fl. VIII, 163.

32. *Dicitur - negat) Ducitur* conj. Broukhus. sed nihil variant codd. et edd. antiquae. Pro *dulcia regna* Canterus, *ditia regna negat* i. e. recusat, quod non improbo, licet reiecerit I. Dousa, propter sequentia vs. 35: *Quam sibi dotatae* etc. Per *regna* vero intelligit regum vel magistratuum amores, seu divitias, quas per illos adipisci posset. Caeterum pro *sine me* in cod. Colbert. *per me* repetitur ex vs. praec.

35. sq. *Quam sibi -- equis*) *pararet* in Voss. quart. forte pro *pararit*. cod. Heins. *pararet aquis*. Heins. in not. ad Prop. p. 663 emendat: *ante pararat*, *emi*, quia hic desideratur verbum in illis, *Quam sibi dotatae* etc. *Aut quas Elis opes pararat*, ideo *emi* pro *equis* reponendum censebat. Sed *equis* respicitur ad ludorum Olympicorum certamina curulia, unde magnas opes comparabant Elei, hinc toties *Eleos equos* laudant veteres, vid. Markland. ad Stat. Silv. p. 209. idem Markl. in marg. libri sui notaverat, subintelligi: *Quam sibi regnum*, Hippodamiae, *parari*, quod ex vs. seq. revocandum putabat. Sed ut *maluit* praecedit, ita hic *velit*, vel *optarit*, supplendum.

38. *Non -- sinus*) *fregit* in cod. Colbert. et Dresd. *amara* in Leid. pr. Voss. sec. Borrich. Mentel. Heins. et pr. meo cod. sed *avara* recte se habet, pro tanquam avara, et quae pecuniae cupidine, si maiora daturus esset praetor, se dimoveri et a me divelli passa esset. *meo sinu* legit Broukhus.

41. *Sunt -- tardus Apollo*) *surdus Apollo* ex suo cod. Heins. Advers. II, 6, p. 253, et in notis ad Prop. p. 663, quae voces non raro inter se commutantur, vid. ad el. I, 17, et notas ad Ovid. Epp. VII, 27. Pro *neque* cod. Dresd. *nec*.

42. *Cynthia rara mea est*) *cara* praefert Heins. ex suo cod. quod et in meo pr. inveni, et sic Ayrmannus: sed *rara* probat Broukhus. et huc advocat Inscriptt. vett. in quibus toties occurrit: *Feminae Rarissimae*, vid. Gorii Inscr. Florent. tom. I, pag. 83; add. infra el. XVII, 16.

44. *Nunc mihi -- sidera plantis*) in Excerptis Scaligeri *sidera Atlantis*, quod ex *plantis* deductum videtur. *palmis* coniecerat Heinsius ad oram ed. Ald. ut Scaliger, Livineius, Lipsius Ant. Lect. c. 11, et Schottus Obss. II, 7, ut respiciatur ad proverbium *digito coelum tangere*. Sed vulgatam lectionem recte tuentur Broukhus. (Scioppius Verisim. I, 6; Delrius Comm. in Senec. Thyest. vs. 884; Barthius ad Stat. Sylv. I, 2, 212, pag. 83. Vid. Virg. Ecl. V, 57; Catull. LXVI, 69.) eodem sensu *tangere divos* dixit Stat. Theb. III, 155, ubi vid. Barth. pag. 719.

45. *Nec mihi -- amores*) *Nunc mihi* cod. Dresd. *subducet* habet Broukh. cum Scalig. et multis edd. sed *subducit* in Mentel. Borrich. Neapol. Heins. Leid. pr. quatuor Voss. Dresd. binis Dorv. et totidem meis, quod ex duobus codd. etiam profert Broukh. Pro *certos*, deleta *s*, quae ex prima sequentis vocis litera adhaesit, forte Prop. scripsit *lecto*, supra enim vs. 33 gloriatus erat, Cynthiam secum lecto angusto requiescere maluisse, quam regna possidere, add. II, 1, 45, 34, 17; Tibull. IV, 13, 1. In Voss. sec. pro *certos* legitur *summi*, in tert. Voss. et meo sec. *somnus*. in qua scriptura forsan diversum quid latet.

ELEGIA IX

Ad Ponticum emulum praefigitur in primo, *Ad aemulum irrisorem* in sec. meo cod. *Ad aemulum* in uno Dorv., in altero: *Ad aemulum irrisorem*, *id est*, *Ponticum*, et sic in prr. edd. *Ad Ponticum* in Borrich. *Ad Ponticum irrisorem suum* in cod. Dresd.

2. *libera verba*) *fortia verba* Dousa et Fruterius.

4. *Et tibi -- modo*) *quaevis* in duob. Leidd. quatuor Vossii, Dresd. Regiis, quinto Vatic. Borrich. Groning. altero meo cod. primisque et aliis vetustioribus edd. Palmerius inepte *quavis domo*. Sed *quovis modo* bene correxit Scaliger, quae correctio firmatur quoque a cod. Ant. Perreii, caeterisque, probavit eam etiam Heinsius, qui tamen in marg. ed. Ald. coniecit quoque, *saevis imperat emta modis*, ut ap. Ovid. Rem. Am. 664: *Horrebant saevis omnia verba minis*. In quarto Voss. *Ecce tibi quaevis imperat emta modo*, unde optima repetitione, et Propertio praesertim amata legi posset: *Ecce iaces - Ecce tibi quovis imperat e. m.* Versu praeced. pro *ad iura* corrupte in Mentel. *ad tuta*. Marklund. corrigebat *sub iura*, ut Ovid. A. A. I, 609: *Non tua sub nostras veniet facundia leges.* -- *Sub iura venire* in leges a serva praescriptas descendere, vid. III, 11, 2.

5. *Non -- columbae Dicere*,) ita distinguendum, ut recte

in meo pr. cod. *columnae* male in sec. Dorv. *dicere* h. l. pro praedicere, verbum de oraculis proprium, quae hinc *dictiones* vocantur, vid. Ovid. Trist. IV, 8, 43; Prop. IV, 1, 50; vid. Drakenb. ad Sil. XIII, 819; Heins. ad Ovid. Heroidd. V, 33. (Fast. 1, 539. Sic Lycurgum leges suas ῥήτρας (a ῥέω *dico*) vocasse, auctor est Plutarch. in ejus vita p. 47: ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα· K.) Maximus Tyrius Diss. XXXV, p. 416, ed. Davis. loco ad rem faciente: ἀλλ' ὁ μὲν Ἀπόλλων ταῦτα ἐκ Δελφῶν οὐ λέγει, οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἐκ Δωδώνης λέγει, οὐδ' ἐξ ἄλλης γῆς ἄλλος θεός.

7. *Me -- peritum)* Novi exempla, quibus illud *merito* sive cum verbis sive adiectivis coniunctum, ipsi Propertio saepe usitatum, possit probari. Sed dubito an huic loco conveniat, et an non potius hic valde frigeat, quia in praecedentibus Pontico exprobrat, se verum vatem fuisse, et venturos ipsi amores praedixisse, neque ipsa oracula Dodonaea in divinandis amoribus se superare; et obstat praeterea *peritum* ita simpliciter positum. Forte legendum: *Me dolor et lacrimae veri fecere peritum*, ut pro *veri* librarius ex fine praecedentis vocis *lacrime* (ut in codd.) aberrante calamo fecerit *meri*, pro *veri*, truncamque vocem postea alius suppleverit *merito*. Coniecturae adstipulatur locus II, 21, 3: *veri peritus*, ut *veri non sordidus auctor* Horat. Carm. I, 28, 15; et proprie *veri* vel *veraces* dicuntur vates Ovid. Epp. V, 123; XVI, 278 al. quin et verum de orac. et responsis saepe apud vett. occurrit, adeoque *veri peritus*, h. l. idem est ac *vaticinandi peritus*. Vid. Patruum meum ad Val. Fl. V, 4; et Wakkerum in Amoen. lit. c. 3. Altero vs. pro *posito* in Voss. sec. *apposito*, vitiose. BURM. Burmanni emendatione admissa, ut recte iudicarunt Iacobsius et Astius (Obss. in Prop. accessit epist. Frid. Iacobs.) p. 16 loci elegantia perit. *peritum* nempe *dicere* etc. vs. 6; sic nihil desideratur ad peritum. *Merito* i. ut par est, vid. notas. Attamen et Jacobsii coniectura: *Me dolor et lacrymae merito fecere peritum Vatem: utinam* etc. languere mihi videtur. KUIN.

9. *Quid -- dicere carmen) grave prodest* Voss. pr. *dicere* in Mentel. Borrich. Dresd. duob. Leidd. totidem Dorv. et meis, nec non quatuor Voss. et sic Groning. aliique codd.

cum priscis edd. sed *ducere* recte emendavit Heins. et in edit. sua exhibuit Broukhus. Burm. Male exhibuit Broukh. *ducere*, cum codd. abdicant. cf. etiam notata ad el. VII, 1. Kuin.

10. *moenia flere*) male in Dorv. pr. *ferre*. An hic praestat ut legamus: *Atque Amphioniae moenia flare lyrae* i. e. Thebas lyra Amphionia structas velut grandiore tuba, seu carmine epico sonare. *flare* convenit heroico poëmati, ut ap. Marital. XI, 3; si quis tamen vulgatam propugnandam contendat, non refragabor, maxime ob locum III, 9, 37 sq.

11. *Plus -- Homero) valent* male in Borrich. pro *Mimnermi*. legitur *Numerini* in duob. Leidd. pr. tert. et quarto Voss. utroque Dorvill. meis, in pr. Veneta et Reg. Lep. editione. *Munerini* in sec. Voss. *Homeri* in Regiis, altero meo cod. et in primo pro diversa lectione a man. sec. et in iisdem edd.

12. *mansuetus lenia) inassuetus* in Voss. quart. *levia* vitiose in Neapol. duob. Leidd. quatuor Voss. binis Dorv. et meis.

13. *et -- compone libellos) tristis* in omnibus fere meis codd. et edd. prr. *repone* in pr. Vatic. et Colotiano. *compone* in Regiis, Colbertinis, Borrich. sec. Neapol. vet. cod. Ant. Perreii, Excerptis Modii et Scalig. Heinsian. Groning. Dorvill. aliisque et prr. edd. ut ex vet. cod. Lipsius Ant. Lect. c. 11, et ex suo cod. produxit Livineius, idque praefert Broukh. et Patruus meus ad Ovid. A. A. II, 463. *sepone* Heinsius in notis p. 663, qui etiam tentaverat: *tristis scriptor sepone libellos*, sed postea reiecit, et *istos* retinendum recte censuit. Mihi tamen praeferendum videtur *istos depone libellos*, ut legitur in Aldd. Iunt. Rovill. Colin. Gryph. aliis et cod. Dresd. Burm. Burmanno adstipulatur quoque Boltius in Silva Critica p. 72; sed *compone* vera lectio est, vid. notas, *depone*, et *repone* sunt interpretamenta Grammaticorum. Kuin.

14. *nosse puella) scire* in sec. Dorv. forte quia mox sequitur *vincula nosse*.

15. *Quid si non esset) Quod si* in pr. sec. et quarto Voss. sec. Dorv. Dresd. sed alterum recte in caeteris codd. et edd. prr. vid. el. V, 25. Pro *nunc tu* in Voss. pr. *nec*

tu. Heins. conj. *nae tu*, quod vs. 17. *Nae tu etiam palles* repouit Gebhardus Crepund. III, 20, et infra in notis ad II, 12, 22. *quaeris aquas* in Borrich. et pr. Leid.

17. *vero nec tangeris igni*) *nec v. t.* in Dorv. sec. an forte *vero nec carperis igni*, ut sit imitatio Virg. Aen. IV, 2: *et caeco carpitur igni*. add. Ovid Met. III, 490; vel *adureris*, ut ap. Ovid. Heroidd. IV, 33. *igne* in quarto Voss. sed passim *igni* pro *igne* praetulerunt viri docti, vid. Drakenb. ad Sil. It. VII, 368; Voss. de Analog. II, 12; et notas ad Vellei. Pat. II, 78.

19. *Tunc -- tigres*) *Tum* in plerisque codd. etiam Dresd. *Tu* in Excerpt. Scalig. *Cum* in pr. meo cod. *cuperes* in eodem, Ant. Perreii, et sec. Vatic. *cupias* Dresd. Lipsius et Gebhardus conj. *capiare*; male vid. el. VII, 15. *attingere tigres* in tert. Voss. *accendere* in Excerpt. Scalig. *accedere ad te tigres* explicat Passerat. sed melius est, ut subintelligatur: *accedere cupies ad tigres*, quod convenit τῷ *nosse* vs. seq.

20. *Et -- rotae*) *noscere vincula* in pr. et tertio Voss. et altero meo cod. *nectere vincula* in vet. cod. Memmii legi testatur Passerat. *vincla subire* vel *subisse* Heinsius: sed nihil tentandum, vid. el. VI init. et Markland. ad Stat. Silv. p. 214. negligenter in edit. Graevii nomen prae se ferente excusum, *vincula nosse meae*.

21. *Quam -- medullis*) *toties* vel *totiens* in prr. et caeteris antiquioribus cdd. legitur et in duob. Leidd. quatuor Voss. Dorvill. Dresd. cod. Lupacchini, meis codd. et reliquis omnibus codd. Broukh. ex emendatione Dousae Fil. edidit *totis medullis* (quod et Burm. exhibuit, male; codd. auctoritatem secutus, *toties* restitui. K.) et sic Heinsius, quod non repudiandum videtur. Vid. Ovid. Heroidd. XVI, 275; sed neque *toties*, tot codd. et edd. vett. auctoritate fultum, videtur abdicandum, dicit enim aliquid amplius, nempe, repetitis vicibus amare. Seq. vs. *Et nihil irata posse rogare tua*, legebat Ayrmannus, quod satis refutatur ex el. X, 23 sqq. Burm.

23. *Nullus Amor -- praebuit alas*) Iacobsius in epist.

ad Astium pag. 19 legit: *faciles ita praebet habenas.* Satis ingeniose; neque ullus dubito, quin haec imago poëtae animo obversata sit; neque tamen quicquam mutandum. Vid. notas. Kvin. in priscis edd. *quoiquam facilis.* in cod. Colbert. *cuivis.*

24. *Vt non -- ille manu)* Haec explicuit Passeratius de Cupidine alas suas, quum propitius favet, ultra expandente et ad amatorem advolante, sed alterna manu eas premente, seu inhibente, quum tardus venit. Male igitur *illa* in cod. Dresd. et Voss. quarto. *inde* conj. Broukhus. pro postea, deinde, quod non displicet. *Premere* igitur *alas* pro corripere, adducere, de Cupidine dictum esset, locutione desumta ex re equestri, et in qua *premere habenas* et *praebere*, seu immittere, opponuntur: sic *premere currum* Ovid. Met. II, 135. *pressae habenae* Claudian. in Eutrop. II, 107; sed quia *premere alas manu* minus recte diceretur, malim in minore vs. *alterna manu presserit*, subintelligere amatorem ipsum, cui nunc favet, nunc adversus est Cupido; vel, si quis ellipsin hanc nonnihil coactam, et *presserit* ad *alas* referri debere contendat, ut eadem loquendi figura totum decurrat distichon, pro *alterna manu* substitui posset: *Vt non alterna presserit ille mora.* B. Male, vid. notas. K.

26. *Acrius illa subit)* *Artius* in sec. Dorv. an forte *Altius* voluit librarius? *Aptius* in aliis legi testatur Latin. Latinius: sed *acrius subit* eleganter dictum, ut *acrius urit* vel *urget amor* Ovid. Am. I, 2, 17; II, 19, 3. Possis et *acrior illa subit*, ut ap. Lucan. III, 142: *Acrior ira subit.*

27. *vacuos seducere ocellos)* *subcludere* vet. cod. apud Porcbiim. *subducere* in pr. Leid. tribus Voss. Dorv. Heins. et utroque meo cod. nec aliter in Excerptis Scalig. Mentel. Borrich. et Colbert. ut ex Palatino profert Gebhardus. *deponere* in excerpt. Modii, seu Groningano. *subducere* etiam conj. Markland. quod non improbo, licet *seducere* pro oculos ab amata puella amovere. praetulerint viri docti. Sic *subducere* et *seducere* confunduntur ap. Curtium X, 6, 7, ubi vid. notas. Possis etiam *vacuos diducere ocellos*, nam haec invicem permutantur, et saepe hoc verbo utitur Prop. ut *diducere amantes* pro separare, non raro apud nostrum oc-

currit, vid. notas ad Ovid. Met. IV, 372; Drakenb. ad Sil. It. IX, 644.

28. *Nec -- Amor*) *alio limine* Heinsius. Sed nihil mutandum: *alio nomine* est alia de causa, ut recte Passerat. Caet. post hunc vs. desunt in Leid. pr. et Voss. quarto reliqua usque ad vs. 27 eleg. XI; sed quae in illis codd. habentur post vs. 2 eleg. XIV.

29. *Qui non - ossa*) Scaliger in prima edit. legendum coniecerat: *Cui non ante patet, donec manus attigit, offa*, singulari hac expositione: quicumque non credis te fruiturum re, nisi eam manu apprehenderis, deducta locutione a proverbio, quo Romani bolum et offam dicebant pro praeda, quae manibus tenetur. Sed haec merito explosit Passeratius. In curis autem secundis, reiecta ista hariolatione, ita haec interpretatur: Amor non ante patet, quam emaciato corpore, ossa cutem ipsam paene pertundant, ut ipsa manu tangi possint. *donec cutis attigit ossa* ex Groning. affert Bronkhus. et sic in Excerptt. Modii, in quibus etiam *attigat*, ut in pr. Leid. et ex illa *cutis* lectione natum est, quod in aliis habetur *catus*, in caeteris omnibus et edd. antiquis: *donec manus attigit ossa.* Heinsius conj. *donec media attigit ossa*, vel *tacita* aut summa. Ruhnkenius censebat *attigit* hic dici ex imitatione Gr. ἅψασθαι, de quo vid. Bergler. ad Alciphr. pag. 187. Sed quia constanter in codd. et edd. prr. *manus* legitur, placet valde Modii divinatio *malus* i. Cupido, qui passim ap. poëtas *malus* II, 18, 21. *malus ille puer* dicitur Virg. in Ciri vs. 133. Hinc legendum opinor: *donec malus atterit ossa.* De Amore, corpus consumente et pallidum ac macilentum reddente, *atterit ossa* frequens poëtis, vid. Theocrit. Id. III, 17; Prop. IV, 3, 27; Ovid. Am. I, 6, 5. Burm. Iacobsius in ep. ad Astium pag. 21 legendum censet: *donec iaculum attigit ossa*, laudat Theocrit. l. c. ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστίον ἄχρις ἰάπτει Ovid. Heroidd. XVI, 276: *Non mea summa leviter districta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.* add. Am. II, 9, 13. Kuin.

30. *Quisquis -- blanditias*) *Quisquis et* cod. Dresd.

aufuge in duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meo, Borrich. Dresd. Groning. Askew. caeterisque et edd. antiquis. Sed recte Broukhus. verbum cum quarto casu apud bonum Latinitatis auctorem veterem occurrere negat, edidit igitur *effuge*, sic *effugere amorem* Ovid. Met. XIII, 745; add. A. A. III, 563. *heu fuge* Markl. *o fuge* Passeratius. Burm. Praeplacet nobis Boltii emendatio in Silva Critica, *ah fuge*, cum ultima syllaba vocis praecedentis *as* et *ah* in codd. antiquis quoad scripturam parum differant, et Propertius saepe hanc particulam orationi interiicere soleat. Kuin.

31. *Illis -- quercus*) *scilices* in Mentel. *cilices* pr. Leid. *salices* Voss. pr. et sec. et alter meus cod. *possunt et* Groning. *et possint* legendum cum Heinsio, quod firmat cod. Neapol. *Necdum* male in variis codd. *Nedum tu possis spiritus esse levis* Dorv. sec. *spiritus ipse levis* praestat ex Voss. pr. tert. pr. et sec. Vatic. et Colotii cod. et sic Fruter. Silices possunt non pares esse, tantum abest, ut tu possis par esse, recte exponit Drakenb. ad Liv. X, 32, 4 cf. praeterea Ovid. Am. III, 7, 57.

33. *si pudor est*) sic in duob. Leidd. Dresd. tribus Voss. utroque Dorv. et meo cod. coll. II, 12, 18; Ovid. Am. III, 2, 34, probante Marklando, qui exponit, si quid pudoris reliquum habes. Sed *ni pudor est* Heins. et Dousa Fil. quem secutus est Broukh. ut in cod. Ang. Colotii. B. languente sententia et minus eleganter, ut recte monuit Vulpius. K. *fateri* in prr. edd. et cod. Askew.

34. *Dicere -- levat*) *pereat* in Excerptt. Modii et sec. Vatic. forte *qua pereas* (male, vid. notas.) *levat* in Voss. Leidd. Mentel. Scaligeri et Modii Excerptt. Neapol. Groning. aliisque codd. et libris Livineii ac Gebhardi, Veneta pr. Reg. Lep. et Volsci ed. idque praeferendum, quia voluptatis significationem magis auget, quam quod in cod. Dresd. libro Scaligeri, altera Veneta, Aldd. Iunt. aliisque edd. legitur *iuvat*, licet hoc melius esse notet Scaliger. Recte igitur Lipsius Antiq. Lect. IV, 11, et Modius in Novantiq. Epist. XVIII, pag. 82 *levat* ex suis membranis probarunt, et Broukhusius in sua editione.

ELEGIA X

1. *quies) dies* legebat Graev. epist. ad Heins. tom. IV Syllog. pag. 195; sed repugnat vs. 3, vs. 7 et 8.

2. *conscius in lacrymis) conscius inlecebris* Scalig. Fruter. I. Dousa P. et Heins. *et lacrymis* Ayrmannus. *lacrymas* hic vindicat vs. 13 et el. XIII, 15.

5. sq. *Quum -- verba mora) marcentem* pro *morientem* Heins. in notis pag. 664. Male; *morientem* indicat, vidimus te post complexum graviter anhelantem, et vix animam trahentem, vel nimia libidine languescentem, vel, ut Volscus explicat, amore pereuntem. Altero vs. *et longa ducere verba mora* edidit Broukh. ut ex Comelini libro et duob. Palatt. affert Gebhardus, quomodo et Broukhusii libri duo, Borrich. Vatic. sec. Regii, Colbertini et pr. meus. *dicere* in Askew. *in longa mora* Vatic. quint. et cod. Antonii Perreii. Marklandus vero ad Stat. Silv. III, 5, 34 legendum censet: *in longam ducere verba moram*, idque probabat Heins. in notis pag. 664, ut *in longam noctem potare* et similia. certe *in longam moram* legitur in Excerptt. Modii, Leid. sec. Groning. edd. prr. Aldina 1502, Colinaei 1529, Rovillii, aliisque. Virg. Aen. IV, 463: *et longas in fletum ducere moras*, quo loco *ducere* etiam firmatur pro *dicere*. Forte Marklando infectus hic vs. visus est, propter sonum auribus ingratiorem: *longa ducere verba mora*, quamvis sic quoque Ovid. Epp. XIX, 10: *Pontis in varia tempora longa mora*.

8. *Et -- equis) aquis* male in Voss. pr. *coeli* conj. Heins. ad oram ed. Ald. duplici forte ablativo offensus, sed non opus est. BVRM. Lunae biga, Soli quadriga a poëtis datur. Vid. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 469, et quos ibi laudavit, et Iacobs Animadvv. ad Anth. Gr. tom. II, P. II, pag. 250. KVIN. De Lunae equis, uno albo, altero nigro, vid. Muretum ad Platon. de Rep. I, pag. 630. SANTEN.

9. *secedere lusu) luxu* male in cod. Antonii Perreii, Vatic. Dorv. et Askew. mox *alterius* pro *alternis* in cod. Heins.

11. *Sed -- nobis*) *concedere* in plerisque codd. I c'd. sec. tribus Voss. duob. Dorvill. Regiis, Dresd. Colbertt. Excerptt. Modii, Groning. Neap. Borrich. altero meo cod. et edd. prr. *te credere* in aliis. *cedere* in cod. Heins. *condere* Mentel.

12. *Accipe -- munera laetitiae*) *praemia* vel *mutua* Heins.

15. *Possum -- amantes*) *possum ego et aversos* conj. Heinsius, cui favet Dorv. sec. in quo *Possum ego et adversos*. - *divisos* in quinto Vatic. aliisque, quod tuetur Passerat. *diversos* tamen, ut edidit Bronkh. in codd. Leidd. Voss. Dorv. pr. et secundo Vatic. Neapol. Regiis, Groning. Mentel. Dresd. Excerptt. Modii et Scalig. nec aliter in prr. ac vetustioribus edd. et passim voces *diversus* et *divisus* confunduntur, ut ap. Claud. de laud. Stil. III, 45; Bel. Gild. 532; Lucan. III, 274. Vid. Cortius ad Sallust. Catil. 2, 1, 5, 8. Burm. add. Oudend. ad Lucan. II, 121. Burm. ad Ovid. Heroidd. XII, 145, ut *adversus* et *diversus* Drakenb. ad Sil. I, 264. *divisos* videtur h. l. glossema esse, petitum forte ex II, 7, 3, et 33, 5. Kuin.

16. *Et -- fores*) forte *surdas fores*, et hoc etiam Heinsio placuit in notis p. 665, vel quia *aperire* additur, forte *duras fores* praestaret, ad talem surdam ac duram ianuam querela est nostri infra el. XVI, 17, ex quo loco etiam hic *tacitas* pro *tardas* emendare liceret.

17. *Et possum -- recentes*) *poenas* cod. Scalig. sed recte *curas* tuetur Bronkh. pro *recentes* in aliis *dolentis* legi scribit Latin. Latinius in Var. Lectt. ad Propert. pag. 58. Burm. Iacobsius in ep. ad Astium pag. 40 coniicit: *curas sanare vegentes*, laudat Val. Fl. I, 55: *Tu cui iam curaeque vigent animique viriles*. Sed vulgaris lectio bene se habet. K.

20. *Quaequae cavenda forent*) Scaliger ex libro suo, in quo *querenda* legebatur, reponit: *Quaeque verenda forent*. *canenda* in pr. Dorv. an forte *carenda* ad oppositionem *petenda?* quia sequitur *Tu cave*; vel *pavenda?* sed vulgatam recte probant Passerat. et Heins. quae etiam exstat in codd. Regg. et Colbert. et caeteris codd. ac priscis edd. Burm. Ita quoque in cod. Vallier. legi testatur Huschkius in ep. ad Santen. et hanc lectionem *cavenda* stabiliri monet imitatione

Persii Sat. V, 107: *Quaeque sequenda forent, et quae vitanda vicissim.* Kuin.

23. *ingrata fronte negaris*) *ingrate* in cod. Mentel. et pr. Leid. an forte *irata fronte* hoc est vultu duro, ut II, 22, 11.

24. *Neu -- cadant)* Pro *Neu* tam hoc quam seq. vs. legitur *Seu* in pr. meo cod. Praestiterit forsan: *Ne tibi.*

25. *irritata venit*) *irritatura* vitiose in Voss. sec. *irrita* in pr. ed. Venet. et Reg. Lep. *quoniam* cod. Dresd.

27. sq. *At quo -- Hoc magis effectu)* *Et quo* in pr. meo cod. *susceptus* in Vossiano. Legendum forte et distinguendum: *At quo sis humilis magis et subiectus, amoris Hoc magis effectu saepe fruare bono.* Possis etiam: *Hoc magis eventu saepe fruere bono*, vid. Ovid. Am. X, 48; et sic coniec. Heinsius in notis pag. 665, addens ita *Bonum Eventum* in Numis et aliis monumentis memorari. Ita certe in Galbae, Titi, aliisque Caesarum Numis saepe occurrit, in quibus *Bonus Eventus* pro felici, propitio; sic *Eventus* instar numinis ap. Apulei. Met. IV, pag. 64, ed. Pric. quia tamen *effecto* in plerisque codd. duob. Leidd. tribus Voss. uno Dorv. (nam *officio* in illius altero) Askew. utroque meo cod. et priscis fere omnibus edd. legitur, quibus accedit Vatic. quint. in quo *affecto* pro *effecto* (nam *effectum* aeque ac *effectus* dicitur) editam scripturam probo, et ipse eam firmat Prop. III, 23, 10.

30. *Is poterit felix) poterat* in Leid. sec. cod. Regio, Excerptt. Modii et pr. Veneta, Reg. Lep. Colinaei aliisque edd. quod Passerat. et Bronkh. improbant, sed vid. Heins. et Patruum meum ad Virg. Ecl. I, 80.

ELEGIA XI

1. *Ecquid -- Baiis*) *Et quid* mel. in quat. Voss. Neapolitano et pr. Dorv. sic enim vett. scripsisse monet Broukh. de perpetua fere hac variatione, ut et in *ecquis*, *et quid*, *et quando* et *ecquando*, et similia. Vid. Drakenb. ad Liv. V, 36, 5. Pro *mediis Baiis* Heinsius legebat *tepidis* ex Sil.

It. XII, 113; Stat. Silv. III, 2, 16: *tepentes fontibus Baiae* Floro I, 16, 4. Pro *Cynthia* in cod. Groning. et Excerptt. Modii, *litora*. BVRM. In litore genio indulgere solebant veteres, quod Graecis ἀκτάζειν dicitur, vid. Graev. ad Cic. Verr. V, 25, 31; ad Div. IX, 6; Lipsius ad Tacit. Hist. III, 64, quos laudavit Burmannus ad Quinctil. Inst. 7, 3, pag. 622, tom. I. KVIN.

2. *Qua -- litoribus*) *Quae* in Heins. et meo cod. *tacet* in Mentel. *Herculeis semita strata viis* Ayrmannus. Passeratius *Qua iacet* explicat ubi sita est; sed an *iacet* semitae conveniat, quod regionibus vel urbibus aptius verbum est, dubito. Malim: *Qua patet Herculeis* etc. sic *patentes* et *iacentes terrae* confunduntur apud Ovid. Met. II, 178. (Nil mutandum, ut enim *terra* (Virg. Georg. III, 354: *Sed iacet aggeribus niveis informis et alto Terra gelu) planities* Virg. Aen. XI, 527; *planum mare* Iuvenal. XII, 62; *arva vasta* Ovid. Pont. I, 3, 56. *iacere* dicuntur, sic quoque via, semita aeque recte *iacere* h. l. dicitur. Xenoph. Anab. III, 4, 6: τεῖχος πρὸς τῇ πόλει κείμενον. KVIN.) Intelligitur via illa, quam non procul a Baiis Herculem munivisse, et aggeribus lacum Avernum cohibuisse, ne in mare exiret, tradunt vett.* Forsan igitur reponi posset: *Qua patet Herculeis semita in aggeribus* (i. e. iuxta aggeres) et totus locus sic constitui: *Et quid te m. c. ad litora Baiis Qua patet H. s. in aggeribus*: deleta Cynthia vs. 1, ad quam elegiam scriptam esse, paulo post vs. 8 indicatur, quod nomen repeti necesse non est, et illic sub finem periodi aptius collocatur, quam ut illius initio et fine bis ponatur.

3. *Et modo Thesproti -- regno*) *tespronti* in altero meo cod. *tesporti* Dresd. *Thesponti* in Voss. *Threspoti* in Askew. in pr. Veneta 1475: *Et modo te sproti mirantem subita regno* in ed. Reg. Lep. 1481: *Et modo te spreti mirantem subita*: hinc Ianus Parrhasius in Quaes. Epist. III, pag. 9 ex codd. a se consultis, in quibus *te spreti*, vel *te sproti*, exaratum erat, *Thesproto* eiecto, quia ad Epirum, longe a Campania remotum, spectant *Thesprotii*, emendandum censuit: *Et modo te Protei mirantem subdita regno*. Proteus enim ad Capreas

Baiis vicinas sedem habuisse fingitur: idque probabat Dausquei. ad Sil. It. pag. 311, et Livineius ad h. l. *Thesprotia* certe ad Epirum in Thessalia pertinet. Eustath. ad Homer. Odyss. VII, pag. 412: χώρα δὲ καὶ πόλις ἡ Θεσπρωτία περὶ τὰ ἔσχατα Θετταλίας N. Heins. tentabat *Teleboo* vel *Prothoi regno*, cf. Sil. It. VII, 418, etiam *Thesproto subdita stagno*, ut Avernum vel Lucrinum lacum intelligat. Iac. Sannazarius legebat: *Et modo te Prochytae*, vid. Alex. ab Alexandro Genial. Dier. II, 1 felicissima certe coniectura. Turnebus Advers. XI, 14 vulgatam lectionem explicat de villis magnificis, quas Romani nobiliores non tantum ad Misenum, iactis in altum molibus, habebant, sed et Thesprotiam ipsam atque adeo Epirum possessionibus occupaverant, et ita non tantum mare ad Misenum tenebant, sed etiam Thesprotiae regnum suum fecerant. Scaliger in notis ad h. l. et ad Culicem vs. 14 inter Catalecta ab eo edita pag. 6 et 7 *regnum Thesproti* intelligit, quod ab Abantibus, qui antea Thesprotiam incoluerant, et inde in magnam Graeciam et Campaniam pervenerant, occupatum fuit. (Sic et Beroaldus Campaniae loca intelligit, ita dicta, quod olim Thesproti illa loca Campaniae tenuerint, quum scribat Strabo Graecas esse res Campanorum, Graecisque permistas.) In *Misenis nobilibus* subintelligit *urbibus*, et his *Misenis urbibus* comprehendit omnes illas, quae in tractu Neapolitano erant, Cumas, Baias, Puteolos, et per *aequora Thesproti regno subdita* omnia, quae ab Abantibus illis in magnam Graeciam emigrantibus occupata fuerunt: atque in loco Columellae X, 131 emendat: *Thesproti litore Cumae* pro *Cespoto;* quod N. Heinsio etiam in mentem venerat. Camillus Peregrinus in Campania Felice Diss. II, §. 14, pag. 156 sqq. tom. IX, P. II Thes. Ital. substituendum censet: *Et modo Thespoto mirantem subdita regno*, et *Thespotos* ac *Thespiades* eosdem facit, quod probari posse vix credo, eosque genus deducentes a Thespii filiabus, ab Hercule amatis, ex Sardinia in magnam Graeciam se contulisse, et circa Cumas consedisse contendit, ideoque ad solas Cumas hos Prop. versus refert. Mihi inprimis arridet Sannazarii, poëtae Neapolitani, et tractus illius peritis-

simi coniectura, praesertim quum *te Prochytae* non multum recedat a ductu literarum in *Tesproti* vel, ut separatim in codd. et prr. edd. legitur, *te proti*; insulas *regna* vocari firmat loco Virg. Aen. VII, 375. De insula Prochyta, Campano litori cum Inarime et Pithecusis obiacente, Ovidio, Virgilio, aliisque e veteribus scriptoribus saepe memorata, vid. Cluver. Ital. Ant. IV, 4. Pro *aequora nobilibus* teste Scaligero in aliis legitur: *aequora litoribus*, et sic in vet. cod. Passeratii, et in Excerptt. Modii seu Groningano. Pro *et modo*, ut Scaligerus in suo cod. invenit, et Broukhusius Scaligerum secutus edidit, in quat. Voss. duob. Leid. duob. Dorv. meis, Regg. Groningano, Borrich. aliis, prr. et antiquioribus edd. legitur *Proxima Misenis*, quod revocandum duxi. Burm. At repetitio τῷ *et modo* orationem magis vividam reddit, et Propertii genio apprime conveniens est. cf. et el. XIV, 3, 4; IV, 3, 7, 8. Loci, quos Burm. laudavit, in quibus *modo* semel tantum occurrit, el. I, 11; el. III, 41 nihil ad vocem *proxima* comprobandam faciunt, quae omnino a grammatico margini adscripta fuisse, et inde in textum irrepsisse videtur. Kuin.

5. *Nostri -- ah ducere noctes) ah ducere* Scaliger et Heins. ad Ovid. A. A. I, 568 in plerisque codd. quat. Voss. Regiis, Dresd. duob. Leid. bin. Dorv. meisque *adducere*: et ita in Mentel. Borrich. Askew. al. et prr. edd. quod probat Is. Pontanus Analect. III, 9, et explicat, contrahere, coniungere noctes. *traducere* Passerat. ex cod. Memmiano (quod Broukh. interpretamentum marginale τῷ *ducere* recte indicat) vel *subducere* legendum coniecit. Sed recte Broukhus. *ducere* vindicat, quod si de tempore dicatur, idem ac trahere est, ut *ducere diem* el. XIV, 10. Vid. Patruum meum ad Ovid. Met. IV, 292; ad Lucan. VIII, 479. (Sic et *ducere* pro, protrahere Sil. V, 97; Liv. IV, 53; Tacit. Ann. II, 34. Kuin.) Male vero Livineius distinguit, ut in prr. edd. etiam inveni: *Nostri cura subit: memores add. n.* nam *nostri mem. noctes* iungenda sunt.

6. *Ecquis -- locus) Et quis* in Borrich. Regiis, quatuor Voss. uno Dorv. et meo sec. cod. *externo amore* recte pro

extremo Passeratius, probante Heinsio et Marklando. Bvrm. Centies autem haec vocabula in codd. permutantur, vid. Markland. ad Stat. Silv. I, 2, 98; Drakenb. ad Sil. IX, 209; Oudend. ad Lucan. I, 314. Kvin.

8. *carminibus*) *luminibus* margini cod. sui adscripserat Marklandus.

9. *Atque -- minutis*) *remo minuto* magis poëticum fore notat Broukh. sic sane el. VIII, 19; Ovid. Heroidd. II, 87 al. non tamen id perpetuo observant poëtae. Vid. Ovid. Am. III, 8, 43; Pont. I, 5, 40 al. *confisa remis* Dorvill. capiebat pro *confisam*, iungens *te* cum hac voce. Sed *confisa* debet iungi cum *cymba* vs. seq. ubi lacus Lucrinus indicatur, quem nunc penitus interiisse, Avernum vero adhuc exstare tradit Cluver. Ital. Antiq. IV, pag. 1121, 1122; ex Lucrino cuim lacu portus ab Augusto factus est mole contra vim maris obiecta, qui tamen illis terrae motibus, quos anu. 1535 accidisse refert Cluverius, cineribus, et pumicibus totus oppletus fuit, superstite tantum coenosa palude, cum parvo arundineto; de utroque lacu vid. Paul. Merulam P. II. Geogr. lib. IV, pag. 580 seq. ed. in fol.

11. *tenui Teuthrantis in unda)* sic recte emendavit Scaliger ex vitiosa codd. scriptura, in quibus vel *tentantis*, ut in Dresd. vel *teutantis*, *titanis*, vel *tentatis*, ut in Vatican. *rutantis* in Borrich. *metantis* Mentel. pr. Leid. Voss. tert. et primus Dorv. in quo suprascr. *temptantis*. *tentatis* etiam in tert. et quart. Voss. sec. Dorv. et in vet. cod. Antonii Perreii, qui fere ut Beroald. adscripserat: si legas *Teutatis*, erit nomen balnei, ita forte dicti a tutela Mercurii, qui *Teutates* dicitur. Passerat. ex vet. cod. *te fluminis alveo*, quod merito reiecit Broukh. *teutantis* est in sec. meo cod. sed *teutrantis* in primo cod. Livineii *tuctantis*, et sic in Voss. sec. *tempandis* in Askew. sed *Theutantis* in marg. fuisse vero tunc ignobilem fluvium, qui postea evanuerit, sive euripum, vel piscinam agri Campani, non procul a litore Baiano, recte colligit Broukhus. ex illis *clausam tenui T. in unda*, nam aquae Baianae, lacusque Lucrinus. et haec Teuthrantis unda erant quasi clausa, oppositis molibus contra impetum maris,

aqua veluti captiva, unde *Lucrino addita claustra* ap. Virg. Georg. II, 161. Fuisse euripum, in quo natatus instituebatur, suadet minor vs. ubi eius lympha *facile cedere alternae manui* dicitur. Vid. Ovid. Met. IV, 353; add. Rutil. Itin. I, 247, qui locus ex his ipsis Prop. versibus adumbratus.

12. *Alternae -- manu*) ita in omnibus fere codd. et prr. edd. sed *alterna manu* Heinsius, et sic in quinto Vatic. nam *cedere* etiam cum ablat. iunxit Prop. II, 34, 84. *Alterne facilis* cod. Mentel. et Groning. *facili* in Excerptt. Modii et sec. Voss. *creaere* quart. Voss. et secundus Dorv.

13. *Quam -- susurros*) *alternis* in cod. Voss. male, *alternae manu* praecessit, nec *tenues* e Voss. quarto, sec. Dorv. et meo pr. pro *blandos* admittendum. *Quam iuvet alterius tenues* vet. cod. ap. Pocchum.

15. *Vt solet amoto) amota custode* ex cod. Regio Guyetus, et sic in Palatinis Gebhardi, Dresd. duob. Leid. sec. et quarto Voss. pr. Dorv. Colbertt. cod. Harleiano et prr. edd. idque praefert Gebhardus, matrem vel nutricem intelligens; sed vulgatae adstipulantur pr. et tert. Voss. sec. Dorv. meus uterque cum reliquis codd. et recte, vid. Prop. II, 6, 37, 23, 13; Ovid. Her. IV, 142.

16. *communes nec meminisse deos*) *metuisse* ex cod. suo affert Broukh. et sic in Mentel. sic aliis quoque in locis haec verba commutari patebit ex notis Patrui ad Ovid. Fast. IV, 132; sed. h. l. repugnantibus codd. reliquis, nihil mutandum. Vid. Obss. Miscell. vol. II, pag. 99.

17. *Non -- fama) perfecta* in Voss. quarto, Ant. Perreii cod. et ed. Reg. Lep. sed reliquis codd. et edd. non assentientibus. *perspecta* i. e. spectata, experta, Cic. Verr. V, 68; Offic. I, 41. praeterea *est* in duob. Leidd. pr. tert. et quarto Voss. pr. Dorv. meo sec. Regiis, Colbertinis, et prr. aliisque vetustis edd. sed *es* recte servant Voss. sec. alter Dorv. pr. meus, Vaticani tres, alii. Pro *fama* Heins. conj. *flamma*, dubitans tamen, an *fama* hic non potius pro pudicitia dicatur; sic sane el. XVI, 11 *famam pudicam* vocat II, 32, 21. *perspectae famae* legit Markland. ad Stat. Silv. V, 3, pag. 299. (Altero vs. *Sed quia* Cod. Dresd. ed. princeps et Vulpii maior.)

20. *culpa timoris erit*) *causa* in Voss. tertio a m. pr. *eris* in marg. sec. mei cod. *timentis erat* Francius. sed *erit* in plerisque codd. et edd. vetustis. *timentis* male in cod. Scaligeri.

21. sq. *An mihi sit maior -- Aut sine te* etc.) *At mihi* in utroque Dorv. a man. pr. et Askew. *sit maior* in sec. Vatic. Ant. Perreii, Dresd. in aliis *non maior*. Sq. vs. *An sine te* in Voss. tertio, et meo sec. *Haud sine* in Excerptt. Modii. Legendum, ni fallor: *At mihi non maior c. c. m. Vt sine te vitae* etc. sed obscurus est locus, et forsan praestiterit antiquae lectioni adhaerere: *An mihi sit maior - Aut sine te vitae* etc. Burm. Recte, et Muretus quoque lectionem *an mihi non* reiecit, ferri enim nequit ob male positam particulam negandi. Beckius in diss. *de interpretat. vett. scriptt. ad sensum veri -- excitandum -- instituenda* Lips. 1791, 4, pag. 56 repetitionem τϐ *sit* ingratam dicit, et legendum censet: *An mihi nunc maior*: ita ut *nunc* idem sit quod in altero versu *sine te*, quum *non* et *nunc* alias inter se permutentur. Vid. Heusingerus ad Cic. Off. III, 31, 2. At illud ipsum *nunc* mihi frigere videtur, et eiusmodi repetitiones optimae notae poëtis, etiam Propertio haud inusitatae sunt, vid. c. el. XIV, 11, 12; XIII, 35 seq. Quare antiquae lectioni *An mihi sit maior* etc. adhaereo. Kuin.

23. *Omnia tu -- laetitiae*) Legendum ac distinguendum: *Omnia tu, nostrae tempore laetitiae*, i. quum te fruor, *tu mihi omnia*, τὰ πάντα· ut *omnia alicui esse* Gr. τὰ πάντα εἶναι ap. Herodo. VII, 156; Ovid. Heroidd. XII, 162; Eurip. Orest. 730; Theocrit. Id. XIV, 44; Petron. 37. *Trimalchioni* τὰ πάντα *est*, ubi vid. Patruum meum. Heins. ad Vellei. Pat. II, 103; Broukhus. ad Tibull. I, 5, 30. *omnia* igitur Propertio sola erat Cynthia, quum sui copiam daret, posthabitis parentibus, et tota domo. *tempore laetitiae nostrae* est concubitus sq. coitus nostri tempore, quo sensu *laetitia* passim, ut el. X, 12; XV, 14 al. Burm. Supervacanea nobis videtur Burmanni inelegans correctio: *Omnia tu nostrae tempore laetitiae*. vid. notas. Astius in obss. qui lectionem vulgarem explicat: tu omnis mea es laetitia; notat, *tempus*

sic inservire periphrasi, ut Graecorum ἦμαρ, in formulis ap. Homerum obviis, ἦμαρ δούλιον, ἐλεύθερον, ὀρφανικὸν etc. Vid. Hemsterhus. ad Callim. h. in Del. 128; Gronov. Obss. I, 2. *Omnia tu nostrae munera laetitiae* coniecit Mitscherlich. in Lectt. in Catull. et Prop. pag. 161. Kuin.

26. *Quicquid ero -- fuit*) *Quidquid ego* in cod. Colbert. praestaret *Quicquid erit*, sed vulgatae acquiesco, quam probabat etiam Markland. Vid. el. XIX, 11; II, 20, 26. pro *dicam* in Voss. quarto *semper*, ut iungantur *semper Cynthia causa fuit*, sed *dicam* hic eodem modo, ut supra el. VIII, 25.

28. *Multis -- discidium*) *dabant* legendum ex cod. Voss. ut *fuerant* vs. seq. in omnibus fere codd. habetur, Leidd. Voss. Dorvill. Regg. Colbertt. et prr. editt. (Passeratius legendum censet *fervent*, ob sulphuratas aquas et calidas, vel ob frequentiam et celebritatem. Nempe *fervere* dicuntur loca, in quibus magna frequentia hominum, vid. Virg. Aen. IV, 407; Stat. Silv. IV, 3, 61; Val. Fl. I, 121. *Fervent* placuit etiam Heinsio in notis pag. 666 et Burmanno ad Val. Fl. l. c. *fuerunt* edit. Scalig. Leid. Paris. Morellii, Passerat. Broukh. Burm. quod et probavit Livineius. Sed nihil mutandum esse recte iudicavit Vulpius. Kuin.) Deinde *discidium* corrigendum ex quinto Neapol. et utroque Dorv. innuit enim Baianorum litorum voluptates saepe amantes antea bene coniunctos dissolvisse, et non tantum *dissidii*, seu discordiae, sed *discidii* i. e. separationis ac divortii causam fuisse. Haec enim illarum vocum differentia est, vid. Gronov. ad Liv. XXV, 18, quae perpetuo in codd. permiscentur (ut ap. Cic. Lael. 21 pro Cluent. 67 leg. Agrar. II, 6. K.) vid. Broukhus. ad Tibull. I, 5, 1; Ciofan. ad Ovid. Met. V, 530; XIV, 79; add. Claudian. B. Gild. 242; Suet. Dom. 3.

29. *castis inimica puellis*) *captis* in pr. Leid. et Menteliano, vid. Ovid. A. A. I, 83; Epist. XX, 65. certe deliciis Baianis saepe captas captosque fuisse plurimos, exemplis aliquot firmat Abramus ad Cic. pro Coelio c. 11. extr. sed *castis puellis* propter oppositum *inimica* acquiescamus.

ELEGIA XII

Superiori male connectitur in Leidd. Voss. Regiis, Colbertinis, Dorv. meis, Borrich. Askew. aliisque codd. et prr. editt. ac Parisina Colinaei.

1. *fingere crimen*) *figere* conj. Markland. in ora libri sui; male, vid. III, 11, 3. *fingere* h. l. falso insimulare notat, ut II, 21, 1.

2. *Quod -- moram*) in cod. Passeratii: *Quod faciat nobis, Cynthia, Roma moram*, verum haec elegia non ad Cynthiam scripta est. *Cynthia amore moram* Muretus et Fruterius, ut el. XIII, 6. *Cynthia nostra* Graev. et Heins. in epistt. mutuis. Sed recte vulgatam defendunt Passerat. et Delrius Comm. ad Senec. Hippol. pag. 167, eamque expressit Broukhus. et bene Lipsii ac Liviucii: *Quod faciat nobis conscia R. notam*, reiecit, qui *faciat nobis notam* explicabant pro infamia me oneret. *Facere moram* recte dicitur, ut IV, 1, 96; Ovid. Met. VIII, 548 al. Pro *Quod* initio versus *Et* habet cod. Posth. Burm.

3. *divisa*) *diversa* in cod. Borrich. vid. ad el. X, 15; Val. Max. III, 7: *Magno spatio divisus est a senatu ad poëtam Accium transitus.* add. Ovid. Metam. IV, 241. Kuin.

5. *Quanta -- Eridano*) sic recte emendavit Heins. in notis ad Prop. pag. 667, et ad Ovid. Pont. I, 5, 21, ut *millia quanta* el. V, 10. male in Leidd. Voss. meo utroque; aliis et edd. priscis *Quantum*, et sic e suis codd. afferunt Nestor in Vocabulario pag. 159, et Tortellius in Orthogr. in *Hypanis*. Pro *dissidet* in Voss. quart. *distat ab E*, quae alterius verbi glossa est.

5. *amplexu*) *complexu* Voss. quart. Askew. Excerptt. Modii. *amplexus* Leid. sec. voluit forte librarius: *consuetos amplexus nutrit amore.*

6. *nec -- aure sonat*) *dulcius* sec. Dorv. a manu pr. *aure* constanter in omnibus codd. Novi qui existimaret, indicari forte illud Horatii: *dulce ridentem Lalagen amabo, dulce loquentem.* Heinsius *donec gratus* refingit ex Horat.

Idem *ullo* pro *illo*, et Broukh. ad marg. ed. Coliuaci, et sic in Voss. quarto.

9. *Invidiae fuimus etc.*) *Invidiae sumus* Voss. sec. Guyetum secutus Broukhus. edidit: *an me deus obruit?* quod in nullo cod. aut vetusta ed. comparet. *num* in Heins. ac meo pr. cod. Vatic. et Posth. teste Livineio, et sic in Aldd. Iunt. Coliu. Rovill. Gryph. Mureti, Scalig. aliis. *non* in duob. Leidd. Regiis et Colbertt. pr. et sec. Voss. Mentel. binis Dorvill. meo sec. ed. Ven. 1475, Vicent. 1481, et Reg. Lep. *non me d. o. unquam* cod. Dresd. *nunc* in Voss. quarto, Groning. Excerptt. Modii, et in marg. unius Colbert. Quod autem *an quae*, dederit Broukh. quia *num* semper negativam comprehendit, quid vetat, ut hic etiam ita edatur, pro *an non me d. o.* et in fine versus *an quae*, vel *aut quae*, ut in aliis codd. quia utrumque veteribus in usu, Virg. Aen. IV, 370, ubi ter praecedit *num*, seq. *aut*, ut ap. nostrum quater repetito *num*, sed seq. *an*, III, 5, 42 sqq. Forte etiam praestaret hic repeti *me*, ac reponi: *Inv. fuimus: num me d. o. an me* etc. verborum structura sic ordinanda: *an herba dividit, quae lecta est iugis Prometheis.* Heins. in notis ad Prop. legendum putabat: *Invidiae nimbo quis me d. obruit, aut quae Lecta* etc. Valens Guellius ad Virg. Aen. XI, 481 tentabat: *Invidiae fumis an me d. obruit?* et illustrat ex Lucret. V, 1130: *invidia summa vaporare*, quibus tamen coniecturis consentire nequeo. Caeterum quia additur: *num me deus obruit?* (male Livineius et Gebhardus: *num te*) *invidia* non adeo ad caeterorum rivalium aut amantium dolorem lividum, generali significatione referenda videtur, sed potius ad deorum invidiam, quam passim incusabant in felicitatis suae mutatione aut calamitate cor edente, vid. Merceri notas ad Nonium Marc. pag. 99, praesertim in obitu suorum immaturo perpetua haec est querela: eademque *Invidia* Graecis φθόνος, Ἀδραστία et Νέμεσις, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 84, 85, et hi *diis invidiam facere* dicebantur, incusando eos ut iniustos calamitatum suarum auctores, vid. Cuperus Obss. II, 4. Eiusdem sententiae fuit Hemsterhusius, qui dubitare ait

Propertium, utri causae assignet animum Cynthiae mutatum, deorum iniquitati, felicitatem suam imminuenti, an malis graminibus ac veneficiis. Wakkerus Amoenitt. Lit. c. 2 legebat: *Invidiae fuimus. Nunc me deus obruit*: olim, quum Cynthiae gratus eram, invidiam retuli, nunc, ab ea reiectus, a deo obrutus sum. BURM. Equidem locum sic explico: num nobis nimia felicitatis nostrae praedicatione nocuerunt? Nam ap. vett. fuit opinio, nimia laude et praedicatione, tanquam fascinationis genere, homines invidos aliorum bonis atque felicitati nocere, vid. Catull. V, 12; VII, 12; Cerda ad Virg. Ecl. VII, 27; Muret. Var. Lect. IX, 8. Tres statuit causas, quae Cynthiae animum mutare potuerint: *invidia et fascinatio malorum hominum*, *potentia et ira dei alicuius*, *et veneficia*. -- *obruit* de summo felicitatis deiecit gradu, frequens ap. poëtas imago, vid. Soph. Oed. Tyr. 876 sqq. Eurip. Heracl. 610 sq. translatum quoque videri potest *obruit* ab iis, qui fluctibus submerguntur, ut ap. Ovid. Pont. III, 6, 29; Trist. I, 2, 106. ASTIUS *in Obss. in Propert.*

11. *Non -- qui fueram*) *quae* in Leid. sec. altero Dorv. pr. Veneta et Reg. Lep. ed. forte legendum: *Non sum ego quod fueram*, idque suadet imitatio Ovidii Trist. III, 11, 25: *Non sum ego, quod fueram*. cf. Prop. II, 9, 1; III, 24, 5. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 457. elegantiam locutionis de mutato felicitatis statu similibus exemplis illustrat Gronov. ad Arrian. Exp. Alex. VII, 9, pag. 284. Deinde *an mutat via longa puellas?* codici suo adscripserat Markl. ut Rubenius coniecerat, Broukhusio non reluctante.

13. *Nunc primum -- noctes*) lectionem hanc ex glossa superscripta natam opinatur Heinsius, et pro *cognoscere* conj. *perducere*, quod si verum, malim *producere*, vid. el. III, 39; XI, 5. Sed nihil mutandum. Altero vs. *meis moribus* conj. Heins. ad oram ed. Ald.

15. *praesenti flere puellae*) *puella* Heins. quod recte improbat Broukhus. Vid. el. XX, 16. Seq. vs. male Guyetus *exspersis*. Heinsius *ah sparsis*. Sed nihil variant codd.

17. *Aut si -- calores*) *Aut qui despectos* Heinsius. *despectos* etiam tentavit V. D. in Misc. Obss. Vol. II, pag.

99; sed quem in nota subiecta recte refutavit Patruus meus, Heinsii lectione etiam non admissa. *At si despectus potui* in Excerptt. Scalig. Altero vs. *Sunt sua translato* etc. Heinsius, quod placet, adeo ut forte scripserit Prop. *At si despectus -- Sunt sua translato* etc. BVRM. Si quis legendum existimarit, *aut qui despectus* etc. me quidem iudice rem acu tetigerit: *nam sunt quoque translato* etc. velut additum enthymema spectari debet, sicuti modo, *Non nihil adspersis* etc. HEMSTERHVS. Hemsterhusii coniecturam, *Aut qui despectus*, probant quoque Iacobs Animadvv. in Eurip. Tragoed. pag. 312, et Astius in Obss. in Prop. ad h. l. *colores* Groning. et Borrich. solemni errore. K.

19. *Mi -- fas est) Me* in Scaligeri Excerptt. duob. Dorv. et Groningano. Sed dixisse vett. *mihi* vel *me fas est* docent Patrui mei notae ad Virg. Aen. IV, 350. *Si* in pr. meo cod. *adhuc* pro *ab hac* in Colbertinis, vitiose. *desistere* in pr. et sec. Vatic. Perreii cod. et Excerptt. Scalig. *dissistere* in Neapol. et sec. Voss. *desciscere* Heinsius. Sed *discedere* in reliquis codd. prr. aliisque edd. priscis, quod recte Gebhard. et Broukhus. tuentur. *nec ab hac discedere* in Borrich.

ELEGIA XIII

1. *Tu quod saepe soles*) *Tu quoque* in cod. Voss. *saepe facis* in Excerptt. Scalig. *Tu quod, saeve, soles* conj. Patruus meus. Sed Gallum Propertio saepius in rebus amatoriis insultasse, colligi satis potest ex el. V.

2. *abrepto -- vacem*) *arrepto* in Excerptt. Modii, seu Groning. *arrecto* Dorv. sec. *abrupto* Fruterius et Heins. ut ap. Catull. LXVIII, 84. Sed *abrepto* recte Passerat. vindicat, et exponit de amica per vim abducta; adeo ut forte innuat, Cynthiam a quodam rivali Baias extractam fuisse.

3. *At -- voces*) *Aut non* cod. Colbert. *tuos mores* Markland. ad libri sui marg. male, *voces* cuim hic convicia et mali rumores. Ovid. Epp. XVII, 150: *sensi mala murmura vulgi Et quasdam voces retulit Aethra mihi.*

6. *Certus -- moram*) *viam* in pr. et tert. Voss. ac meo sec. sed in cuius marg. *moram*. cod. Colbert. *notam*.

7. *Perditus in quadam* etc.) pro *perditus* in Voss. sec. *Quaeritis*, forsan voluit librarius, *Quaeris et in quadam*. Sed *perditus* minime sollicitandum. Porro *in quadam pallescere* dicitur, ut III, 8, 28; Ovid. A. A. I, 731: sic *perire*, *ardere*, *flagrare aliqua*, rectius, quam casu quarto. *deperire in aliquo* ap. Curt. VIII, 6, 8, ut *in puellis urere* Horatio, *ardere* et *suspirare in aliqua* Ovidio et Catullo.

8. *et primo lapsus abire gradu*) recte *lassus* legebat Heinsius, et Patruus meus ad Ovid. Epist. XX, 41; quod requirit verbum *abire*, pro quo male *adire* pr. Leid. quatuor Voss. duo Dorv. alter meus, Groning. Borrich. et Dresd. in quo *lassus adire*. Sed *abire* in Heins. et pr. meo. *amore* in codd. Regiis, unde Guyetus et Muretus, *amare*. *lassus amare* cod. Perreii et sec. Vatic. *lapsus amare* in pr. Colot. *lapsus abire* pr. Vatic. *lapsus amore* tertius et prr. edd. *fassus* conj. Heins. ad oram ed. Ald. 1515, in qua *adire*, ut in priore Ald. 1502. BVRM. Haud rarenter vocabula *lassus* et *lapsus* librarii confuderunt, ut Martial. II, 6, 14. Vid. Drakenb. ad Sil. It. X, 606. *lapsus abire*, quod vulgo explicant, ab illo primo constantiae gradu declinare, vera lectio est. Sensum bene constituit Huschkius in Analect. Crit. pag. 155 hunc in modum: *nondum* ter deiectus (ab Amore) sed *prima vice* lapsus abis, et victum te fateris. Lege, inquit, prohibitum fuisse constat, ne quis victor haberetur, anteaquam adversarium ter deiecisset, qui propterea τριαχθῆναι dicitur. Vid. Aeschyl. Eumen. 584. Suidas in τριαχθῆναι. victor talis dicitur τριακτὴρ· Aeschyl. Agam. 179 *invictus* ἀτρίακτος Choëph. 336. Hinc metaphora ducta est. K.

9. *Haec erit -- doloris*) *Non erit* in pr. Voss. *Nec* Dorv. sec. et meus alter cod. sed *haec* in marg. *contenti* Voss. sec. et pr. Dorv. ut in ed. Ald. 1515; sed in pr. *contempti*, ut in codd. reliquis, Voss. pr. Heins. Mentel. caeterisque, et edd. prr. pro *poena* Voss. quart. *fama*. *caloris* pro *doloris* Heinsius.

10. *Multarum -- vices*) *exigit* male in sec. Leid. As-

kew. prr. edd. et utraque Ald. *exiget* in Borrich. Dresd. Neapol. Vossianis, Heins. Groning. caeteris. *crigit* Colbertt. Pro *miseras* Broukh. conj. *seras* et sic Markland. in ora libri sui, adscripto loco III, 6, 32, passim hae voces permutantur. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 142; tom. II, pag. 713.

11. *Haec tibi -- amores*) *Nec tibi* sec. Leid. et prr. edd. ut in Regiis et meo altero, sed *Haec* a man. sec. pro *compescet* in tribus Voss. *componet*, et in sec. meo cod. licet in marg. *compescet*, quod multis exemplis adstruit ad h. l. Broukhus. Virg. Georg. III, 468; Tibull., I, 2, 1; Ovid. Trist. IV, 6, 5 al.

12. *Nec nova -- eris*) *Haec nova* Borrich. *querendo* Neapol. *iniquus* legebat Guyetus, sensu admodum refragante. Leviter corrigendum arbitror: *Sed nova quaerendo semper amicus eris* i. e. novis et vagis amoribus illis semper tantum amicus, nunquam amator eris. Nam *amator* his in rebus saepe plus notat, quam *amicus*, sed et vulgata commode servari potest, *amicus* enim praestat amanti. Senec. ep. 35: *Qui amicus est, amat: qui amat, non utique amicus est.*

13. *rumore malo*) *vago* conj. Francius. At vid. II, 32, 24; Catull. LXIX, 5; Ovid. Epp. XVII, 149.

15. *Vidi -- collo*) *totum* pr. Leid. et. Mentel. *totum unctum* Dresd. *victum* pr. et quart. Voss. pr. Dorv. codd. Regii, Mentel. et edd. prr. *vinctam* in quint. Vatic. Versu seq. pro *iniectis* male in Leid. pr. *inlaetis*. Voss. sec. et quart. sec. Vatic. Dorvill. alter et Dresd. *illectis*. Neapol. et Colbertini *inlectis*, sed *insertis* in pr. Dorv. a manu sec. quod non adspernandum videtur. B. Sed vulgatam tuetur locus Catull. XXXV, 8 seqq. *Quamvis candida millies puella Euntem revocet, manusque collo Ambras iniiciens roget morari*, et hoc eleganter convenit puellae, quae tanquam ex iure dominii amatori abiturienti *iniicere manus* dicitur. Santen. *in Addend.*

17. *Et cupere optatis -- labris*) pro *labris* in binis Leidd. quatuor Voss. duob. meis, Dorvillianis et Groning. *verbis*. In Borrichiano *optabis animam deponere verbis*. Hinc mem-

bris exsculpsit Scaliger, probante Dousa et Dorvillio. Sed recte id reiecit Broukh. quia non convenit cum verbis seqq. *Et quae deinde meus celat, amice, pudor*. Optime vero Passeratius ex vetustis libris reposuit *animam deponere labris*. Vid. nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 653. Sed languet illud *optatis labris*, quare certam amplector Patrui mei restitutionem ad Petron. c. 79, pag. 392: *aptatis animam deponere labris* i. e. vinctis, connexis. Sic *aptare* pro adnectere exponit Servius ad Virg. Aen. IV, 289. Burm. Huschkius in epist. crit. pag. 36 *oblatis* coniecit. Vulgaris lectio *optatis* defendi quodammodo posset loco Ovid. Met. III, 389: *Ibat, ut iniiceret sperato brachia collo*. Sed praeplacet nobis Barthii Advers. XXV, 2, et Burmanni coniectura *aptatis*. Paulus Silentiarius ab Huschkio laudatus Epigr. VII. Anal. Brunck. tom. III, pag. 73, vs. 2 eodem modo usus est formula χείλεα πηξάμενοι· et vs. 11: καὶ πάλιν ἠρήρειστο τὰ χείλεα. Etiam Iacobsius Animadvv. ad Anthol. Gr. tom. I, P. I, pag. 108 praefert *aptatis*, propter locum Aristaeneti lib. II, 19, pag. 102: οὐ μόνον στέρνῳ ἁρμόζοντες, ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπισυνάπτοντες ψυχάς. Kuin.

19. sq. *Non -- vestros) deducere* in Leid pr. pr. Voss. et Dorv. Mentel. Excerptt. Modii seu Groning. sed *diducere*, quod in caeteris codd. et prr. edd. legitur, proprium hac in re verbum est. Burm. V. 20. *demens furor*, ut *taciturna silentia* Ovid. Art. II, 505. *muta silentia* Met. VII, 184. *pavidus metus* Met. VIII, 630. *moestus dolor* Sil. It. V, 600; et huius generis epitheta ipsi rei affinia et propria frequenter recurrunt. Kuin.

21. *Non sic -- Enipeo) Salamonida* vel *Salomonida* corrupte in codd. et edd. prr. et *Enipheo*. Errat Ciofanus ad Ovid. Met. I, 579, qui multis contendit, ubique *Eniphaeus* pro *Enipeus* esse scribendum, quum illa sit librariorum posterioris aevi scriptura, et Graecis constanter Ἐνιπεὺς non Ἐνιφεὺς dicatur. Vid. illic Patrui mei notas, ad Claudian. Bel. Get. 183, et ad Lucan. VI, 373. *missus Enipeo* in marg. cod. mei sec. h. e. *mistus* pro *mixtus*, sed illam recentioris aetatis scripturam esse notat Pierius ad Virg. Aen. I, 492. *Tremarius* in prr. edd. corrupte.

23. *Nec sic coelestem -- gaudia prima iugis*) *Non sic* Francius. *coelesti Hebe* legit Markland. ad Stat. Silv. pag. 223, sic certe II, 3, 33; sed nihil hic variant codd. et *coelestem Heben* affert Nestor in Vocabulario pag. 157: *in Oetaeis iugis* omnes fere codd. et edd. prr. recte tamen Scaliger et Markland. *ab Oetaeis* praetulerunt, pro post iuga Oetaea. Sed praeterea amplector emendationem Schraderi Emend. II, 5, qui pro *iugis* reponebat *rogis* laudans Stat. Silv. III, 1, 6: *ab Oetaea conscenderis aethera flamma*, et hoc suadent *gaudia prima*. -- Burm. Sed vulgaris lectio bene se habet, adeoque contra librorum fidem nihil mutandum. Kuin.

25. *Una dies -- amantes*) Feliciter emendavit Heinsius: *Una adeo haec omnes*, licet pro *haec* malim *Una adeo en omnes* etc. quod propius inhaeret ultimis duabus literis vocis *dies*, ne *haec* et *illa* eodem disticho ponantur. Mirum quam saepe librarii vocem *adeo*, quae elegantiae causa inseritur, corruperint vel extruserint, quia eam abundare credebant. Vid. Heins. et Drakenb. ad Sil. It. VIII, 550; Markland. ad Stat. Silv. pag. 263, et quae notavi ad Lotich. I, 5, pag. 569. *Deis -- amatas* conj. Eldikius.

28. *Nec sinet -- aget*) *adduci* in Excerptt. Modii, Menteliano, pr. Leid. Voss. sec. duobus Dorv. et meo pr. cod. quod Dousae Fil. probabatur, et sic in suo cod. invenit Vlamingius, sed recte reiecit Broukhus. Heinsius coniecerat: *Nec sinet abduci, quo tuus ardor agit*. -- *agit* cod. Dresd.

29. sq. *quum sit Iove digna -- tribus*) ita in omnibus codd. et priscis edd. nisi quod in nonnullis *Et Ledae e partu gratior u. t.* Mirifice haec disposuit Scaliger, sublata primi distichi distinctione, hunc in modum: *Nec mirum, quum sit Iove digna, et proxima Ledae, Et Ledae partu: gratior una tribus Illa sit Inachiis et b. h.* ut sequentis distichi verba cum priore coniungantur, quod Catullo magis quam Propertio usitatum. Heins. legebat: *quum sit Iove dignae proxima Ledae, Ledaei et partus gratior una tribus*. Nihil potius mutandum videtur, et per *Iove dignam* intelligo Iunonem, ut infra II, 2, 6; et hanc Heinsii emendationem respuit pen-

tametri finis *gratior una tribus*, Iunone nempe, Leda, et Helena, quas hic indicari arbitror.

31. *Illa -- heroinis)* pro *et* malim *vel*, levique transpositione eriges sensum, si legatur *Illa vel Inachiis sit b. h.* ita enim particula *vel* pro quantum libet, etiamsi, licet, uti amat noster, vid. el. VIII, 33; III, 11, 38 al. nisi potius *blandior vel I. h.* dictum sit pro ipsis heroinis Inachiis, quod nostro etiam frequens, el. XVI, 17; II, 3, 39 al. Male autem in prr. edd. ut Aldd. Iunt. Colinaei et Scalig. distinguitur: *Illa sit Inachiis, et blandior heroinis.*

32. *Illa suis verbis)* *Illecebrisque suis* malebat Heinsius, sed *verba* Propertio pro illecebris, blanditiis, el. II, 29; XV, 25.

34. *Vtere -- eras)* *Vtere* in duob. Leidd. quatuor Voss. pr. Dorvill. meis binis, Excerptis Modii, Borrich. Groning. et edd. prr. *amore* nempe, quod nescio cur repudiatum fuerit. Vid. Tibull. I, 9, 47; Ovid. Epp. XVII, 257; Prop. IV, 5, 57. *Vrere* vindicavit Broukhus. et sic cod. Perreii, sec. Vatic. Gebhardi Palatinus, alii. Ayrmannus interpungebat: *quoniam semel es periturus, amore Vrere*, qua distinctione non opus est. *non alio lumine* sec. Leid. Voss. quart. alter Dorv. Borrich. Groning. alter Vatic. et sic in marg. mei sec. cod. et edd. prr. quod Passeratius de amoris face intelligit, ut in illo Horatii Carm. I, 27: *Digne puer meliore flamma*, et sic Ayrmannus. *non alia tu face*, nimis libera P. Francii coniectura. Sed *non alio limine* recte tuetur Broukh. placuitque Heinsio. Seq. vs. *Haec tibi sit* malebat Francius.

36. *Et quotcumque voles)* *Vt* Dorv. sec. *quaecumque* in Voss. sec. et tertio, altero Dorv. Heins. et meo. *quocumque* in Excerptt. Scalig. cod. Dresd. Mentel. codd. Regg. et Colbertt. priscis edd. et in membranis Vlamingii, qui id probabat, et *voles* non a *velle*, sed *volare* deducebat, eo, ni fallor, sensu, venti instar levis ad alios transvolare amores cupies; sed de quo ne cogitasse quidem Propertium certus sum. *quicumque* in Vaticano quinto. Recte Fruterius, Dousa, et Heinsius, *Et quotcumque voles*, ut Gallo suadeat, quo-

cumque tandem uratur igne, haec una instar omnium sit; quod merito probat Broukh. Burm. Barthius ad h. l. *quodcumque* legendum putat, ob locum Horatii Sat. I, 2, 126: *Ilia et Egeria est: do nomen quodlibet illi*, hoc Propertium etiam velle: Sit quodcumque voles, Ilia et Egeria vel quaelibet alia. Kuin.

ELEGIA XIV

1. *molliter unda) ulva* emendabat Markland. ad Stat. Silv. I, 3, 50, pag. 42, et ad Silv. IV, 3, 68, pag. 206. Male. Nec *acta* probo, ut conj. Dorv. in Miscell. Obss. tom. I, pag. 131.

3. *Et modo tam celeres) iam* hoc et seq. vs. in Voss. sec.

5. *Et nemus -- silvas) sacras* conj. Livineius, et sic in pr. Dorvill. a manu sec. *satis* Borrich. inepte. Ayrmannus: *Et nemus ut tantas*: optime Broukh. *satas* tuetur, sic *lucus hederoso consitus antro* IV, 4, 3. Heins. conj. *Et domus alta satas* vel *Et tectum omne*, prior coniectura satis blanditur, vid. Virg. Georg. II, 461; Aen. X, 526, in quibus *domus alta* de divitum tectis, add. Horat. Carm. III, 10, 6; Tibull. III, 3, 15. Pro *intendat* in quinto Vatic. Dresd. et edd. prr. *incendat*, sed *intendat* est augeat, spatia nemoris extendat, arboribus denset, vid. Scioppium Veris. III, 4, et Patruum meum ad Phaedr. I, 24, 6.

9. *Nam -- quietem) illa* np. Cynthia, quod satis indicatur vs. 7 *meo amori. trahere quietem* pro somnos ducere, contra Passeratium, qui pro contrahere, breviorem facere, exponebat, adstruit Broukhus. sed malim interpretari, noctem longiorem facere. Vid. notas.

11. *Tunc) tum* codd. Vat. Posth. Dresd. ed. Vulp. et Broukhus.

13. *Tum -- reges) splendent* in pr. Dorv. *spondeant* in meo cod. pr. ut paulo ante *veniant* in Voss. sec. *nova gaudia* in sec. Vatic. et altero Dorv. Legendum opinor: *spon-*

dent sua gaudia, ut sensus vs. seq. sit: quae gaudia maneant regibus, quibus nec divitias, nec voluptates suas invideo, dum me fata volent *perire*, amando scilicet. Pro *perire* Francius conj. *manere*, Broukhus. *venire*, notatque *perire* duram et inauspicatam locutionem, qua religiose abstinebant Romani. Sed vid. el. XIII, 33; II, 27, 11; I, 6, 27; Ovid. Heroidd. IV, 16 al. cf. Patruum meum ad Val. Fl. VII, 7; et ad Quinctil. XV, 8: si quis tamen vulgatam non immutandam contendat, sensus erit: mea gaudia spondent reges se mihi cessuros, vel: mea gaudia mihi spondent, reges cessuros meis gaudiis; sed prius malo.

15. sq. *Nam quis -- Venere*) *Num quis* male in Groning. *gaudia* in quarto Voss. ut *tristi* opponantur. *sunt* in Leidd. Voss. Dorvill. utroque, libris Vlamingii, Borricb. Groning. meo pr. et priscis edd. *sint* in Neapol. et Antonii Perreii cod. ut edidit Broukh.

17. *Illa -- vires*) *mentes* in marg. Excerptt. Scalig. sed sequitur *duris mentibus*. *fringere* in Mentel. et pr. Leid. *fingere* pr. Voss. et *leges*, sed *vires* in tert. Voss.

19. *Illa neque -- limen)* Graev. tom. IV Syllog. Epist. pag. 213 conj. *atratum limen*, funestum, quod ab hoc loco plane alienum. *auratum* vel *aeratum* Heins. in ep. ad Graev. et notis ad Prop. pag. 669, qui etiam conj. *Attalicum*, ut II, 13, 22; certe *Arabium limen* corruptum videtur, nisi capias de limine domus, Arabo marmore obducto. *transcendere* in codd. Regiis, Colbertt. aliisque. *conscendere* in pr. Vatic. et Mentel. ut in Ald. 1502, Iunt. Colinaei Parisina, sed in altera Aldi 1515 *transcendere*. Sic et alibi haec verba confunduntur. Vid. Oudend. ad Lucan. I, 304. Forte legendum: *Illa neque Arabium metuit conscendere lectum*, ut lectum mensae accubitorium, Arabo odore sparsum et illibutum innuat, altero per *ostrinum torum* cubile Tyrium innuat. Non tamen renuo cum Ruhnkenio censere, *Arabium limen* defendi posse ex Plinio XXXVI, 7, ubi commemorantur columnae ex onyche Arabico.

21. *Et -- versare cubili*) *Et iuvenem toto miserum* in pr. Leid. et Mentel. Passeratius ex vett. codicis vestigiis le-

gebat: *Hac miserum toto iuvenem versante cubili.* Sed nihil muto, uam versare a praecedentibus dependet.

22. *Quid — textilibus) relevent* in pr. Leid. tribus Voss. Mentel. Borrich. Askew. et altero meo cod. Pro *variis textilibus* praeclare N. Heins. ad Claudian. in Eutrop. I, 357, et in notis ad Prop. pag. 669 emendabat *Phariis textilibus*, quod commendaut praecedentia de *Arabio lecto*, et *ostrino* seu Tyrio *toro*. Et sic saepe variant codd. Vid. Sueton. Dom. 1; Virg. Aen. VIII, 685; Claudian. Cons. Hon. IV, 575.

23. *non ulla verebor regna) non illa* Dresd. Markland. in marg. cod. sui uotaverat pro *ulla* forte *luda* i. e. Lyda rescribendum, adeoque legendum esse: *non Lyda verebor Regna, vel Alcinoi m. d.* ut innuat opulentum Croesi regnum, et sic etiam divinaverat Eldikius. Ingeniosa profecto coniectura. *Lyda* autem *regna* pro *Lydia*, ut *Lyda colus* IV, 9, 48, firmat hanc emendationem locus Tibull. IV, 1, 199. Burm. Marklandi Eldikiique couiectura elegans sane est et speciosa, et quum *Alcinoi munera* commemorentur, videri possit specialiorem ideam praecedere debuisse, neque tamen coutra auctoritatem codd. quicquam mutare volui, quum exempla similium locorum haud desint. Vid. Porson. ad Eurip. Med. 542. Kuin.

24. *nec Alcinoi munera despicere)* sic codd. Regii, duo Leidd. Dresd. Borrich. Groning. duo Vlaming. codd. quod et in prr. edd. legitur, et Ald. 1502, Iuntina et Colin. Sed in altera Aldi 1515 *vel*, ut iu Vatic. quint. Mentel. aliis. *nec Alcinoi iugera* in ora cod. sui conj. Francius.

ELEGIA XV

1. *Saepe — dura timebam) iura* in cod. Perreii, Mentel. Excerptt. Scalig. sec. Vatic. Borrich. Groning. pr. Leid. altero Dorvill. et Colbertino, unde Heinsius *iure timebam.* Blandiri potest Lipsii distinctio: *Multa tuae levitatis, dura, timebam*, ut II, 30, 19 *signa*, quod in aliis est, Francio

non displicebat. *levitatis damna* in Aldd. Colin. Rovill. Gryph. aliisque edd. sed in prr. edd. Veneta 1475, Reg. Lep. et Volsci *dura*, quod et Neapol. Voss. Heins. sec. Leid. pr. Dorv. Dresd. meique codd. tuentur. Mutarunt, qui duo adiectiva geminata *multa dura* ferre non poterant. Sed vid. Virg. Aen. VIII, 522 ad Lotich. V, 11, pag. 345; el. XVIII, pag. 376: (cf. et Obss. ad Prop. supra el. VI, 24.)

3. *quanto rapiat Fortuna periclo*) *raptat* Voss. quart. forte pro *raptet*. *Periculum* hic ponit pro *procella*, qua agitatus fuit maritimo itinere, de quo hac elegia agit, et apud Cynthiam queritur. Non probo ergo Marklandi coniecturam: *quanta rapiat Fortuna procella.* Altero vs. pro *timore* male in Mentel. et pr. Leid. *furore*.

5. *Et potes hesternos -- crines*) *externos* in duob. Leidd. pr. tert. quarto Voss. Groning. Borrieb. sec. Dorv. meoque cod. et prr. edd. quod probabat Dousa P. ut de comis adscititiis intelligatur. *extremo* in Askew. *hesternos* tamen in suo cod. et Neapol. invenit Heinsius, quod firmatur a Voss. sec. Colbertino, pr. Dorv. Dresd. meoque priore: quae vera lectio est, probata quoque Lipsio et Livineio et Heinsio. Passim vero *hesternus*, *externus* et *extremus* confunduntur, vid. (Drakenb. ad Liv. XL, 14, 2.) Scriver. ad Martial. II, 29; notas ad Ovid. Fast. V, 507; Markland. ad Stat. Silv. pag. 24.

6. *Et longa -- desidia*) male in Excerptt. Scalig. *Et longam facie quaerere desidiam*. Eleganter *faciem quaerere* ponit, pro faciei culturam et ornatum conciliare, vid. Ovid. A. A. III, 105, 217. *longa desidia* Passeratius explicat, longa mora. Sed forte Prop. propria vocis *desidiae* significatione usus est, a *desidendo*, ut innuat, Cynthiam ad faciem quaerendam se totam ornatricibus dare, et ad formam adstruendam ad excipiendas amatorum blanditias et confabulationes, otiosam et lentam *desidere* ad speculum, et mundi muliebris mensam.

7. *Nec -- variare lapillis*) *variare* in omnibus fere codd. duob. Leidd. quatuor Voss. utroque Dorv. meisque. Askew. Dresd. et reliquis, nec aliter in edd. priscis II, 6, 35: *Non*

istis olim variabant tecta figuris, et hoc simplicius videbatur Francio, idemque significare quod *distinguere*. Supra librariorum captum tamen est lectio *radiare*, quam ex Commelini membranis producit Gebhard. et in contextum recepit Broukhus. Est autem *radiare* verbum elegantissimum de armis, aqua, et sideribus splendentibus. noster IV, 1, 27; Sil. It. IV, 153; Ovid. Heroidd. XVIII, 77; Am. III, 3, 9. *radiare* in hoc Prop. loco probavit etiam Oudendorp. ad Lucan. VII, 214. Bvrm. Iuvenal. Sat. VI, 381: *densi radiant testudine tota Sardonyches*. Videtur tamen hoc loco *radiare* scioli cuiusdam additamentum fuisse. Kvin.

9. *At non -- Calypso*) *Et non* Voss. sec. *Ac non* Heinsius. *digressum mota* in Excerptt. Modii, seu Groning. quod adstipulatur emendationi Graevii, qui in epistt. ad Heins. pag. 198 legebat *inmota*, Heinsio probante in Responsoriis ad Graevium ineditis: quamquam vulgata *non sic mota* exponi possit *sic inmota*, vel *non adeo commota*. Perperam Guyetus *comta*.

10. *Desertis -- aequoribus*) *flerat* in sec. Leid. forte *flerat in aequoribus* pro ad, vel iuxta aequora, sedem suam alluentia. Vulgatae tamen favet locus Tibull. III, 6, 40. *Deserte* in Mentel. et pr. Leid. *quondam* pro *olim* in Vossiano. Sed illud *olim* hic mihi suspectum et fere superfluum videtur, et *desertam* ipsam Calypsonem dici malim, quam *deserta aequora*. Forte leg. *Deserta Ogygiis fleverat aequoribus*. Bvrm. Lenior correctio est Eldikii: *desertis olim fecerat aequoribus*, qui et huius et sequentis pentametri verba transponenda esse censebat. Santen. *in Addendis*. In comparationibus ex historia petitis *olim* adhiberi observat Astius; et optimam esse lectionem huius versus vulgarem, minimeque sollicitandam, recte iudicat. Kvin.

12. *iniusto multa locuta salo*) *solo* in binis Leidd. et Mentel. *Sed erat iniusto* perperam in meo sec. *iniusto salo*, ut apud Ovid. Am. II, 11, 12: *Vna est iniusti caerula forma maris*.

13. *nunquam posthac visura dolebat*) *posthaec* in Voss. tert. et Groning. *posthac* in pr. Voss. et meo cod. *posthaec*

in altero, in quo *visura dolebat* iunguntur. *post hoc* cod. Dresd.

14. *longae conscia laetitiae)* *longe* in prr. edd. et Ald. utraque. *nequitiae* male in pr. et sec. Vatic. Angeli Colotii, et Antonii Perreii cod.

15. *Alphesiboea -- fratres*) hoc distichon duobus sequentibus postponendum, margini exemplaris sui adscripserat Marklandus, et ita iudicabat Schraderus Obss. II, 5, pag. 107.

19. *Hypsipyle -- amores*) *post illa* emendasse G. Fabricium notaverat Fruterius, quod miror Heinsio etiam placuisse. *nullo* in Mentel. *nullos post illos* aures offendunt; credo scriptum fuisse *post illom* et corrigendum *post illum*, nempe Aesoniden, seu Iasonem, hospitem Haemonium.

21. *Coniugis -- ignes*) revocavi veterem scripturam *miseros ignes*, quam omnes codd. et edd. vett. tuentur. Solius N. Heinsii auctoritate, vid. eum ad Vellei. Pat. II, 87; Advers. II, 6, pag. 249, et in notis ad Prop. pag. 670. *seros ignes* in contextum recepit Broukhusius. *Seros ignes* de ultimis vel supremis rogis recte dici, firmare possunt ea, quae notavi ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 466. Sed lectionem olim vulgatam non ideo eliminandam existimavi, quam probarunt etiam Gronov. ad Herod. I, extr. pag. 857. Heynius Obss. ad Tibull. I, 8, 71 et Hemsterhusius. Videtur tamen *miseros* epitheton nimis commune, historiae ipsi propius adhaerens fuisset *mistos elata per ignes*, ut hae voces mutantur ap. Stat. Theb. VIII, 613, ubi vid. Barth. *miseri* enim *ignes* de quocumque etiam fato miserabili et extra ordinem funesto dici possunt, sed *misti* vel *mixti ignes* unice Capaneo et Evadnae conveniunt, unde ap. Eurip. in Supplic. 1020 ipsa Evadne, Σῶμά τ' αἴθοπι φλογμῷ Πόσει συμμίξασα φίλῳ. Huic coniecturae (quam Broukhus. quoque proposuit, sed prae Heinsii emendatione repudiavit) stabiliendae facit illud Claudiani Panegyr. Serenae vs. 152: *Laodamia sequens remeantem rursus ad umbras Phyllaciden, et prona ruens Capaneia coniux Communes ardente rogo mixtura favillas.* vid. et Heins. ad Ovid. A. A. III, 17 sqq. -- Pro *elata* per-

peram Guyetus *illata*. in pr. Leid. Mentel. et Palatino Gebhardi *delata*. P. Francius in ora libri sui conj. *medios elata per ignes*, sed epitheto etiam nimis communi.' Burm. Propertium *mixtos ignes* scribere potuisse docte demonstravit Burmannus, eum vero etiam ita scribere debuisse et vere scripsisse mihi saltem nondum probavit. Vid. notas. Kuin.

23. *Quarum -- mores*) *Harum nulla* Francius. *amores* in quarto Voss. sec. Dorv. et pr. meo cod. *committere* ex codd. Is. Vossius, frustra. vid. supra el. I, 21. *Ut quoque tu fieres* in sec. Dorv.

25. sq. *Desine -- movere deos*) *renovare* Guyetus et Francius; sed *revocare periura* idem significat quod *renovare*, seu diis in memoriam reducere. Vnde patet, ne bis idem repetat, frustra Passeratium, probante licet Heinsio in notis pag. 670 seq. vs. *parce monere deos* praetulisse. *fovere* etiam in ora ed. Ald. coniecerat Heinsius. Hemsterhusio *monere* pro *movere* i. e. lacessere, irritare, ut bene Broukhus. explicat, languidum videtur, et *movere* veram lectionem esse iudicat, quam, quum ei opitulentur codd. fere omnes et edd. antiquae, propterea auctori suo reddidi. (vid. et Horat. Epod. XVII, 3.)

27. *Audax ah nimium*) *Audax* o *nimium* in Mentel. et pr. Leid.

28. *Si quid -- durius inciderit*) sensus exigit, ut *mihi* reponatur, in periculo huius itineris versanti, si quid mihi humanitus contingat, ad vitandam δυσφημίαν, vid. Schottum Nodor. Cicer. I, 2, pag. 279, et ita Markland. et sic legitur in cod. Colotii, et pr. quintoque Vatic. Recte Broukhus. *inciderit* tuetur contra non neminem, qui *acciderit* in rebus calamitosis tantum habere locum contendebat. Francium innui opinor, qui sic margini cod. sui adscripserat; indicatis Suetonii locis Calig. 3, fin. c. 23; Claud. c. 18. Posset etiam *tibi durius acciderit* cum Santenio referri ad poenam periurii, Cynthiae imminentem a diis irritatis, et *nostro dolitura periclo* intelligi, ut Propertius sentiret dolores Cynthiae ex perfidiae poena, a diis commotis illata.

29. *Muta -- flumina ponto*) Haec Mureti coniectura

est, quum in codd. primisque edd. legatur *Multa*. Emendationem illam probavit quoque Markland. et Broukhus. in contextum recepit. Certe *multa* et *muta* frequenter etiam alibi inter se confusa. vid. ad Catonis Diras vs. 7. Anthol. Lat. tom. II, pag. 651. *Nulla* profert Passerat. ex vet. libro, ut sensus et ἀδύνατον, quod hic innuitur, erigatur. Pro *Muta* vel *Multa* mallem *Alta*, et pro *vasto*, quo epitheto carere possumus, commode reponi posset: *Alta prius retro labantur* etc. vid. Ovid. Trist. I, 7, 1 sq. Heroidd. V, 29 sqq. *labantur* recte Muretus, pro *labentur*, quod in omnibus fere codd. legitur, idque iubet *duxerit*. Altero vs. *Amnis* pro *Annus* in Mentel. Borrich. et pr. Leid. quod reiiciendum, ne bis idem dicatur. B. Etiam cod. Dresd. *amnis*. Eadem lectionis varietas ap. Tibull. II, 5, 76; Sil. It. XV, 743. K.

31. *pectore cura*) *foedere* Heinsius, invito Propertio.

33. *Quamve mihi -- ocelli*) *Quam tibi me* in pr. Leid. tribus Voss. duobus Dorv. et pr. meo cod. *Quam tibi ne* Colbertt. meus alter, Dresd. Excerptt. Scalig. Mentel. Askew. et prior Neapol. *nae* in altero. *mihi ne* in sec. Leid. Groning. et quarto Voss. *Quam mihi*, *ne viles* in codd. Regiis. *Quam tibi ne viles* ex vet. cod. affert Passerat. explicat: Quam tui oculi, licet tibi viles, mihi viles videantur. Recepta lectio est a Beroaldo.

35. sq. *Hos tu -- manibus*) *Et tibi* in pr. Voss. quod forte mutatum, quia praeced. vs. *Hos tu iurabas* intelligebant pro *per hos*, sed *iurabas* est iurando optabas. *Quos tu* conj. Broukhus. sed *Hos tu* meus uterque, quod Francio magis arridebat. *exciderint* Voss. tert.

37. *potes hos attollere*) *potes os attollere* Mentel. et pr. Leid.

39. *Quis -- colores*) *fictos* vel *nullos colores* Heinsius, qui etiam conj. *multi pallere coloris*. *Quid te* in Mentel. et Borrich. quod saepe viri docti praetulerunt. vid. Heins. ad Ovid. Epp. X, 88; Drakenb. ad Sil. It. XVII, 232.

42. *O nullis tutum*) *nulli* Marklandus.

ELEGIA XVI

5. *Nunc ego -- rixis) Huc ego* Askew. Refer huc locum Apuleii in Apolog. pag. 84 ed. Pricaei: *diebus ac noctibus ludibrio iuventutis ianua calcibus propulsata, fenestrae cantibus circumstrepitae.* Prop. II, 19, 5 sq. III 25, 9 sq.

7. *Et mihi non desunt -- corollae) non desiunt* Marcilius ad Persium pag. 131, sed male. Locutionem *non desunt pendere* optime illustrarunt Lips. ad Senec. de Ira III, 36; Casaub. ad Capitolin. Gordian. tert. c. 31, pag. 127; et Ruhnken. ad Rutil. Lupum pag. 132. *coronae* in Dorv. sec. Pro *turpes corollae*, licet a codd. agnoscantur, malim *putres pendere corollae*, post peractam ante fores noctem mane flaccidae et aridae, quibus convenit verbum *pendere*, idque apte convenit desertae ac despectae a iuvenibus feminae.

8. *et exclusi signa iacere faces) exclusis* in sec. Leid. quatuor Voss. Regiis et Colbertt. binis Dorv. totidem meis, Mentel. Borrich. Groning. Askew. et prr. edd. *exclusae signa iacere facis* Ant. Perreius. Lipsius Var. Lect. III, 12 conj. *exclusi*, ut ap. Lucret. IV, 1172: *At lacrymans exclusus amator limina saepe Floribus et sertis operit.* Heins. editioni Ald. 1515, in qua etiam *exclusis*, adscripserat: lege *exclusae faces signa* per appositionem. Ovid. Epist. Herus *lucernam* vocat *assuetae signa notamque viae.* Prae caeteris praefero Heinsii coniecturam in notis ad Prop. pag. 670: *Semper et excussae signa iacere facis.* Possis etiam *extinctae facis* ex Pers. Sat. V, 166; *extinctas faces* etiam dixit Tibull. II, 5, 114.

9. *Nec possum -- noctes) possim* in Voss. sec. *infames* Ayrmanuus. *mores* pro *noctes* aliquando conieceram, sed nihil nunc muto. *noctes* enim de quocumque amoris ac nequitiae commercio, supra el. III, 39; II, 15, 37, 32, 22 al. BVRM. *defendere* pro arcere, propulsare, Cic. pro Muren. 3: *Quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihimet ipsi iam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem.* add. Offic. III, 18 pro Milon. 4. K.

10. *Nobilis -- carminibus*) Pro *tradita* fortassis scripserit poëta ipse *reddita* i. e. infamis facta carminibus obscoenis, ad ostium cantatis. *criminibus* perperam in quinto Vatic. Neque tamen male Passerat. *tradita* exponit, traducta, infamata. *nobilis* pro turpi, famosa. vid. ad Anthol. Lat. Vol. II, pag. 19 et 500.

12. *Turpior et -- luxuria*) *e secli* cod. Dresd. *segni luxuria* conj. Heins. ad marg. ed. Ald. male. *seculum* saepe pro temporis, quo vivitur, mala consuetudine ac moribus. Tacit. de mor. Germ. c. 4; Tibull. I, 4, 51; II, 6, 17; Horat. Carm. III, 6, 17; Lucan. IV, 816.

13. *Haec inter -- querelis*) *Has* male in duob. Leidd. quatuor Voss. Borrich. Groning. binis Dorv. meis et priscis edd. Heins. legebat et distinguebat: *Haec inter gravius cogor deflere querelas*. Ayrmannus: *Haec inter gravibus cogor d. querelas Supplicis at longas* etc. sed *gravibus querelis* in Borrich. Groning. Regg. Colbertt. aliisque codd. et prr. edd. *deflere* h. l. supra modum flere, vid. Scalig. et Canneg. ad Avien. f. I, pag. 12.

14. *Supplicis -- excubias*) *a longis tristior excubiis* duo Leidd. tres Voss. Askew. pr. Dorv. et meus sec. *ex longis tristior excubiis* in Dorv. sec. *Supplicis ah* Passerat. et cod. Heinsii, qui id probat, legitque *trita sub excubiis*. Gebhard. *ah longis tristior excubiis* ex cod. Palat. praefert. *tritior* in Excerptt. Scalig.

17. *Ianua — ipsa*) an *penitus crudelior*, comparativo iunctum, hic non aeque offendat, ac *penitus infestissimus* superlativo ap. Vellei. Pat. II, 27 viderint viri docti. (Passeratius, Iunxit, inquit, cum comparativo, ut Plaut. in Amphitr. *Magis maiorem in modum*. Et Captivis: *Non invenies hoc certo magis certius*. His addi potest locus Livii IX, 8: *Tristior deinde ignominiosae pacis magis, quam periculi, nuntius fuit.* ubi vid. Drakenb. cf. et Scalig. ad Taubman. ad Virg. Culic. 78: ἧσσον μᾶλλον dixit Thucyd. VII, 29, ubi vid. Duker. Kuin.) Forte in hac voce latet *poenis crudelior*, vel, *precibus crudelior* i. e. ad preces meas surdior ipsa domina; *crudelis precibus*, quem precibus difficilem vocat Ovid. Pont. II, 2, 20; eleganter enim

crudelis cum tertio casu iungitur; infra el. XX, 4. Burm. Idem in mentem venit Eldikio, qui firmabat loco nostri II, 26, 45: *Sed non Neptunus tanto crudelis amori.* Santen. in *Addend.*

18. *Quid — foribus?*) *Quae mihi — tacet* Ayrmannus. *Quin mihi — pates foribus* Heinsius. *iam duris* cod. Neapol. et Palat. Gebhardi. *tam surdis* Franciusc sed *duris foribus* vera lectio, vid. Broukhus. ad Tibull. II, 7, 29. *iaces* Commelini liber. *noces* in vet. cod. Ant. Perreii, altero Vatic. et Dorv. sec. quod iure reiecit Heins. in notis pag. 671, quia haec ianua non reserata moto cardine stridorem non dabat. *tacet* Voss. alter.

20. *Nescia furtivas — preces*) *furtivis* cod. Dresd. *furtiva cedere mota prece* Heinsius. Sed *reddere preces* commode explicari potest, ad dominam tuam preces meas deferre, et cardinis motu efficere, ut eas audiat. *Reddere* enim *preces* hic eo sensu, quo Servius ad Virg. Aen. III, 40 *reddi* exponit illa, quae per alterum deferuntur, ut, quae nobis credita sunt, *reddere* dicimur, vid. Lambin. ad Horat. Carm. I, 3, 7; nisi melius sit *preces reddere*, pro excipere, exceptas audire, neque irritas facere, sed apud dominam pro me intercedere, et sic preces meas mihi reddere, ut passim *voces reddere* dicitur resonabilis Echo. Sed prima explicatio videtur verior.

22. *Tristis — erit*) *Turpis* in pr. Leid. Borrich. tribus Voss. Colbertinis, duob. Dorv. et meis. Sed *Tristis* in pr. et sec. Vatic. Groning. Dresd. et prr. edd. pro *tepido limine* Heins. conj. *Tristis an in rigido*, ut *rigido limine* ap. Ovid. Am. I, 6, 73; add. Rem. Am. 25. id certe convenientius esse epitheton, quam *tepido*, pro quo etiam *gelido* reponi posset, docent seqq. *Frigidaque* etc. Burm. Frequenter *tristis* et *turpis* confunduntur, vid. Heins. ad Claud. in Rufin. I, 324; Burm. ad Lucan. IX, 391; Drakenb. ad Sil. XII, 185. Broukh. et Vulp. *tristis* praeferunt, quum amatores pudore destituantur. Barthius ad h. l.: etsi amatores plerumque pudore destituuntur, interdum tamen idem, apud hominem ingenuum certe, recurrit, et notas sui prodit; prae-

fert tamen et ipse *tristis*, quum ad commiserationem aptius sit. Lectio *turpis* firmari posset el. I, 5, 26 coll. vs. 13. *turpis somnus* nempe amatoris exclusi et contemti, praefero tamen et ipse alteram lectionem *tristis*. Pro *tepido* legi posset *tacito*, somnus in limine tacito, quum limen sit tacitum, somno obruitur amator. Sed *tepido* confirmat locus Catulli in notis allatus. Kuin.

23. *sidera prona*) *plena* in duob. Leidd. quatuor Voss. Regiis, Colbertt. Borrich. Askew. pr. Dorv. Dresd. et meo utroque cod. cum prr. edd. Aldd. et aliis: quod licet retinendum censeat Gebhard. Crepund. III, 19; Gronov. Obss. III, 3. (Barthius ad h. l. *plena sidera* dici possunt *pleno lumine micantia*, praesertim quum Prop. plenum vocet, quod omnia habet, quae habere debet, cf. II, 25, 21; praefert tamen lectionem *prona*, quum poëta manifesto tria noctis tempora distinguat. K.) optime tamen *prona* vindicavit Livineius et Broukhusius (quorum posterior affert quoque Homer. Odyss. XII, 312: Ἦμος δὲ τρίχα νυκτὸς ἔην, μετὰ δ' ἄστρα βεβήκει· et Senec. Herc. Fur. 125: *Iam rara micant sidera prono Languida mundo: nox victa vagos contrahit ignes*; et indicari ait eam partem noctis, quae post noctem mediam sequitur. K.), idque legitur in sec. Dorv. Excerptt. Modii, et in vet. cod invenit Scaliger, probavitque. *Prona sidera* vocat *cadentia* Virg. Aen. II, 9, ubi vid. Servius, et Heins. ad Val. Fl. VII, 457.

24. *me dolet*) *dolat* Scaliger, quod in quinto Vatic. et Voss. quarto; idque cod. sui orae adscripserat Markland. in Scaligeri libro vet. *me vidit*, quod placebat Heinsio, et legitur in cod. Colotii ac pr. Vatic. sed *dolet* in Borrich. tert. Voss. Dresd. codd. Regg. uno Colbertino (nam in altero *domat*) et prr. edd. quod defendit Is. Pontanus Analect. II, 13. *domat* conj. Fraucius. Burm. Sic et coniecit Vulpius, laudans Homer. Odyss. ξ', 488. ἀλλά με χεῖμα δάμναται· *sed me hiems domat*, probat tamen et ipse *dolet*. K.

25. *Tu sola — labores*) *heu magnos* vel *heu tantos unquam m.* conj. Heinsius. *dolores* in tribus Voss. utroque Dorv. pr. meo cod. a manu sec. Mentel. Heins. Borrich.

Groning. Askew. Regiis, Colbertt. et prr. edd. (vulgari errore, ut Virg. Aen. I, 25; II, 362. Vid. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 150; sed *labor* saepius pro aegritudine, dolore, ut Terent. Andr. IV, 3, 5, qui idem coniungit *laborem* et *dolorem* Andr. V, 1, 12. Kuin.) sed *labores* praefero cum Heinsio, nam paulo ante praecessit *dolori* vs. 21, et sic Markland.

26. *Respondes -- cardinibus*) *Responde -- carminibus* in Regiis et Colbertinis. *Responde* etiam in sec. Leid. Excerptt. Scalig. et priscis edd. et *carminibus* in Excerptt. Modii, Borrich. Groning. et pr. meo cod. Patruus meus ad Virg. Aen. III, 250 *nunquam* hic repetendum monet, tanquam legeretur: *Tu nunquam miserata labores h. nunquam respondes* etc. et similia eiusmodi locutionis exempla affert. Quid si hunc eliciamus sensum: tacitis cardinibus, nec motu apertae ianuae ullum strepitum edentibus, etiam tu obmutescis, et cum illis paria facis, nunquam reserata tui copiam non praebes, ut tua ope ad dominam admittar. Si cui *carminibus* arrideat, *nunquam* necessaria repetitione supplendum erit, ut ianuae exprobret, cum post cantus suos finitos ac tacentes nunquam respondere *mutuam*, nisi forte pro *mutua* legi posset *nuntia carminibus*, an ad dominae aures pervenerint preces, querelae meae, et carmina ad eius fores cantata, et huic interpretationi favent quae mox optat, ut vox tantum sua per rimam traiecta ad amicae auriculas perveniat, coll. IV, 1, 145.

27. *O utinam — auriculas*) *iacula* pro *vocula* in Voss. sec. vitiose, Pro *vertat* legit *vergat* Gruterus Suspicion. ineditar. XII, 4.

29. *saxo patientior ille Sicano*) per *saxum Sicanum* Scyllam innui notavit Markland. *potentior* vitiose affert Delrius ad Senec. Herc. Oet. vs. 143. *torrentior* ex Commelini membranis Gebhardus. unde forte per *saxum* vel *lapidem Sicanum* intelligendum esse pyriten lapidem, quis coniiciat, de quo vid. Vlitius ad Gratii Cyneg. 404, vel de Aetna, ut passim poëtae Aetnaeis caloribus aestus amoris comparant. Sed recte Fruterius *patientior* ad libri sui marg. exposuit *durior*, ut suadent seqq. *Sit licet et ferro durior* etc.

32. *Surget — in lacrymis*) *heu* pro *in* conj. Heins. sed *in lacrymis* positum pro inter lacrymas.

33. *alterius felici nixa lacerto*) cod. Palatinus *nexa*, quam lectionem non reiiciendam puto, propter *alterius lacerto*, praesertim quum *oscula nixa* sequantur vs. 42. *innexa* legebat Heins. vid. Markland. ad Stat. Silv. pag. 321. *Nam iacet* Ayrmannus, et deinde *Ac mea*. Seq. vs. *cadent* in Voss. pr.

38. *Quae -- ioco*) Locus manifeste corruptus. *Quae solet irato dicere tota loco* in duob. Leidd. Dresd. quatuor Voss. pr. Dorv. Heins. Mentel. Excerptt. Modii, Borrich. Groning. Regiis, Colbertinis, meo utroque et prr. edd. *tota* quoque in Askew. sed *verba* in marg. quod etiam in sec. Dorv. Aldd. Colin. et Gryphii. *Quae solet immerito* vet. cod. Passerat. *iratus* in Excerptt. Scalig. *ingrato* Fruterius. *trita* est ex vet. cod. Scalig. *turba* in cod. Perreii, Dresd. Colotii pr. et sec. Vatic. ut conieccrat Livineius. *tanta* in quinto. in ed. Rovill. Lugd. 1559: *Quae solet irato dicere tuta loco*, in cuius marg. I. Dousa *ingrato* coniec. et in aliis *multa* pro *tuta* legi notavit. *ingrato dicere multa loco* Graevius in epistt. ad Heins. ut *multa mala ingerere* Terentio. Heinsius in epp. ineditis ad Graev. *irato dicere pota ioco*. et notis ad Prop. pag. 672, ut *iratum iocum* vocet convicium seu dicterium acrius. Idem quoque *dicere torva* vel *acerba* conj. *irato ioco* etiam Ayrmannus. *loco* probat Patruus meus ad Suet. Aug. c. 49, et *loco* de ianua ipsa vel aedibus exponit Broukhus. *irato dicere trita ioco* legebat Markland. *verba* pro *trita* Francius. BVRM. Broukhus. Vulp. Barthius cum editore Gotting. et Burm. receperunt emendationem Scaligeri in eius edit. a. 1582 expressam: *iratus dicere trita loco*. Nam edit. 1600 habet *iratus d. tuta loco*. Barthius probat Canteri emendationem: *ingrato d. tuta loco*, ut *tuta* intelligatur *lingua*, casu recto, *ingratus locus* vero sit ianua. Laudat Plaut. Curcul. I, 2, 66 sqq. Waardenburgius Obss. Critt. in Prop. Spec. IV, pag. 5: *quae solet iratus dicere multa dolor*, ingeniose, at desidero locum similem, ubi *dolor* dicatur *iratus*, neque lectio *multa* valde

arridet. Equidem lego: *Quae solet ingrato dicere turba ioco*, vid. notas. Vocabula enim *iocus* et *locus* centies a librariis permutata sunt, vid. Ovid. Fast. IV, 868; Val. Max. 7, 8, 9; interpp. ad Phaedr. Prolog. lib. II; Pierius ad Virg. Georg. I, 182; Heinsius ad Ovid. Fast. I, 299, 396; Trist. I, 8, 34; Graev. ad Cic. ep. ad Div. XVI, 21; Cannegieter ad Avian. praef. fab. pag. 7; Drakenb. ad Sil. It. II, 416. Kvin.

41. *deduxi carmina*) *deduci* dicuntur, quae perpetua serie in longitudinem extenduntur, ac proprie *deducuntur* fila, quum ex colo decerpta lana in longa ac tenuia fila formatur, vid. Catull. LXV, 312; Tibull. I, 3, 86; Ovid. Heroidd. IX, 77: hinc eleganti metaphora *carmina* sua *deducere* poëtae dicuntur, ut h. l. vid. Burm. ad Ovid. Amor. I, 14, 7. Kvin.

42. *Osculaque -- gradibus*) *nixa oscula* displicent, et forte huc intrusa ex vs. 33. recte igitur Graev. et Heins. in epp. mutuis tam editis quam ineditis, *fixa dedi gradibus*, et sic idem Heins. in notis ad Prop. post Advers. pag. 672, firmabatque loco Virg. Aen. II, 490; Albinov. ad Liviam vs. 95; et ita Ayrmannus. Eldikius in literis ad me datis *fixa* vel *spissa* praeferendum existimabat, quem etiam *gradus* non immerito offendebant, ubi sermo ad ianuam dirigitur, ideoque conj. *Osculaque inspersis mixta dedi lacrymis*, idque ex more amantium. Vid. Lucret. IV, 1173; Tibull. I, 1, 76; Prop. supra el. XII, 16 pro *gradibus* in Borrich. Heins. et pr. meo cod. *manibus*, sed id mox sequitur. Pro *impressis* in Voss. quarto *inplexis*, in Askew. *imprexis*. Divinabam aliquando, *Osculaque inflexis fixa dedi genibus*, et huic coniecturae adstipulatur locus similis Tibull. I, 5, 41 sqq. id Ovidio est *proiectus ante postes in limine* Am. II, 19, 21.

44. *Debitaque -- manibus*) *Serta tuli* conj. Markland. *vota* tamen propter *debita* non sollicitanda. Seq. vs. *vovistis* pro *novistis* Heinsius.

46. *En -- alitibus*) Pro vulgari *Et* Heinsius: *Heu* vel *En*. Livineius *Haec*. Per *matutinas aves* quascumque aves

mane canentes intelligebat Passeratius, sic in versibus apud Cic. de Divin. I, c. 8: *Et matutinis acredula vocibus instat.* Virg. in Ciri vs. 408. Sed melius gallos, lucis nuntias aves, intelligit Beroaldus: ut de matutino tempore Martial. lib. XIV, ep. ult. *Cristataeque sonant undique lucis aves.* -- *matutinae alites.* ut φθέγματ' ὀρνίθων Ἑῷα ap. Soph. Electr. 18; et hoc praefero, praesertim propter *obstrepit.*

47. sq. *Sic ego -- invidia) His ego* Passerat. et Heins. *deferor* in pr. Leid. tribus Voss. pr. Dorv. Dresd. meo utroque, Heins. Mentel. Borrich. et Colbertino, ut in ed. Vicent. 1481; sed male. *amatis* pro *amantis* conj. Heins. praecedit enim *novistis amantes.* Markland. legebat: *Sic ego -- nunc semper amantis. Fletibus alterna differor invidia*, quod minime displicet, nam sensum cum praecedenti vs. bene connectit: hanc igitur Marklandi coniecturam amplector. Sic enim de amoris vicissitudine supra el. IX, 24; II, 12, 7 seq. *nunc semper* etiam conj. Francius.

ELEGIA XVII

1. *Et merito -- puellam) At merito* praeter Volscum et Colinaei ed. Lugd. etiam in Gryphiana 1551 legitur; sed recte Passerat. et Broukhus. *Et merito* formulae instar dictum vindicarunt. vid. et Axenii notas ad Phaedr. pag. 136. *procellam* pro *puellam* vet. liber apud Pocchum.

2. *Nunc -- Alcyonas) Hunc ego* Borrich.

3. sq. *Nec mihi -- carinam; Omniaque etc.) Nec mihi Cassiope solito visura carinam Ominat* etc. edidit Broukhus. Scaligero obsecutus. In codd. diversae nominis *Cassiope* scripturae, in his *Casyope*, *Casiopae*, in illis *Calliope*, in aliis aliae librariorum aberrationes. Volscus, Beroaldus, Passerat. Scaliger *Cassiopen* de signo coelesti *Cassiopea* intellexerunt. (Passeratius legit: *Nec mihi Cass. solitam visura carinam est*; *est* in fine versus addunt Puccius quoque et Pocchus). N. Heins. in epp. ineditis ad Graevium conj. *Nec mihi Cassiope e solio visura carinam est*; per *solium*

Cassiopes intelligit eius sellam, cui insidens conspicitur in Imaginibus vetustis Signorum Coelestium apud Germanicum pag. 29 ed. Grot. et in Hygin. Poët. Astron. III, pag. 427 ed. Muncker. In alia ad eumdem Graevium epist. praeferebat Heins. *solitam visura carinam est*. Melius tamen in notis ad Prop. post Adversaria editis pag. 672 intelligit *Cassiopen*, Epiri portum; idque probabat Graevius in ep. ad Heinsium tom. III Syllog. pag. 227, qui hoc in vs. etiam legebat *ex solito*, ut solet, vel *mihi solito* coniungebat in iisdem epp. pag. 202, 210. Male Ayrmannus legebat: *Nec mihi Cassiope solito ductura carinam*, de sidere etiam intelligens. Eiusdem nominis erat Corcyrae oppidum, quod innuit Sueton. Ner. c. 22 extr. ubi vid. Patruum meum, qui locum nostrum sic constituit: *Nec mihi Cassiopen, solet ut, visura carina Ominat*. Sed in hoc Prop. loco intelligi Cassiopen, Epiri continentis portum, quae Cassiopes Corcyreae colonia erat, non dubitandum est. Vtramque distinguendam docet locus Cic. ad Div. XVI, 9, ubi vid. Victorius et Graevius. De eadem hac Cassiope vid. Strabo VII, pag. 324 ed. Casaub. et Wesseling. ad Antonini Itinerar. pag. 521. Inepte Vulpius *Cassiopen* allegorice de ipsa Cynthia intelligit, ut *mea Cassiope* sit mea Cynthia, meum sidus. Equidem iam in notis ad auctorem elegiae ad Messalam Anthol. Lat. tom. I, pag. 295 seq. locum sit restituendum indicavi: *Nec mihi Cassiopen solito visura carina est*, *Omniaque ingrato litore vota cadunt*: sive *solito* pro *ex solito* capias, sive *mihi solito* cum Graevio coniungas. (Burmanni tamen lectione et explicatione de Epiri portu admissa, *solito* additum indicaret, Propertium saepius eo iter fecisse, cuius tamen repetiti itineris nulla in reliquis elegiis vestigia reperiuntur. Kuin.) *carina* vel *carinam est* in variis codd. legitur. *Ominat* ex solius Scaligeri coniectura est, qui *ominat visura*, pro visuram, exponebat: neque Cassiope neque alia sidera mihi omen dant se visura carinam, quae per hypallagen interpretatur, pro, ex astris ominor, me carinam non visurum, quae valde contorta sunt; et veteris tragici Pomponii exemplo *ominat*, pro ominatur, fulcit. Omnes

codd. et prr. ac vetustiores edd. constanter, *Omniaque ingrato* etc. tuentur, unde miror Broukhusium *Ominat* in textum recepisse. Francius legebat: *Nec mea Cassiopen solito visura carina*, *Omniaque ingrato* etc. Eldikius: *Nec mihi Cassiope solito visura carinam est Lumine*, *at ingrato* etc. Bvrm. Wyttenbachius in Bibl. Crit. Amstel. vol. II, P. II, pag. 9 coniicit: *Nec mihi Cassiope solidam visura carinam est*, et *Cassiope* est ei urbs Corcyrae, quum Propertius vs. 17 memoret eius *litora silvis obsita* fuisse, quod conveniat cum Apollonio Rhodio IV, 982. Equidem unice veram existimo lectionem in contextum receptam, quae expressa quoque legitur in Vulpii, Burmanni, aliisque vetustioribus editt. Per *Cassiopen* autem signum coeleste intelligendum esse opinor, cf. notas ad h. l. Kvin.

5. *Quin -- Cynthia*, *venti*) ingratum hunc rhythmum nullae tollunt membranae veteres, cui vellem mederi posse eadem ope, qua supra el. VIII, 11. *Tyrrhena arena* remotum fuit. Bvrm. Tollere studuit Waardenburgius Obss. in Prop. Spec. IV, pag. 7 pro *absenti* legendum praecipit *adversi*. Sed Schraderus Emendatt. c. 5, pag. 105 recte vulgatam tuetur auctoritate Homeri, Virgilii aliorumque, neque accedit viro cuidam docto, qui h. l. *venti* in *flatus* mutaverat. Vid. et infra vs. 25. Kvin.

6. *Adspice -- increpat*) *increpet* edidi auctoritate codd. (certe in Vossiano teste Heinsio, et Dresd. sic legitur, neque tamen quicquam mutandum, vid. II, 16, 29. Kvin.) ita enim nostro usitatum post *adspice*, vid. supra el. XV, 3; II, 22, 35. *scaevas* in cod. Voss. tam hoc versu, quam mox vs. 9.

7. *Nullane placatae -- procellae*) *placata puella* in codd. quod arridebat Dousae. *pacatae* Heins. *venit* in pr. Dorv.

8. *Haeccine parva meum funus*) *Siccine* conj. Markland. male. *rara* pro *parva* Heins. et *corpus* pro *funus* in Borrich. meoque pr. quae glossa marginalis est, vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 565.

10. *Sat tibi sit poenae nox*) ita in duob. Leidd. qua-

tuor Voss. binis Dorv. meisque, et reliquis codd. ac prr. edd. *Sat tibi, sat poenae* ex Palatino Gebhardi praetulit Broukhus. Sensus: etsi non peream naufragio, sat tibi poenae sit procella et mare iniquum. *Sit tibi sit* Dresd.

11. *An -- ocellis*) *opponere* in sec. Leid. Groning. Colbert. Excerptt. Modii, Palatino, et prr. edd. *exponere* Graevius in ep. ad Heins. tom. IV Syllog. pag. 202; sed Heins. *mea fata reponere* cum Passeratio praeferenti subscribit pag. 210, et recte. Subintelligitur *tumulo*, vel toro mortuali, reponere meum cadaver; ut ap. Virg. Aen. VI, 220: *membra toro defleta reponunt.* Tentaverat etiam Heins. in epp. ad Graev. ineditis: *An poteris siccis, mea vita, reponere ocellis, Ossaque adusta tuo* etc. vid. eum Advers. II, 5, pag. 243, et in notis ad Prop. pag. 673. *ossa nulla* Markland. explicabat in nihilum vel minimum redacta, quae *ossa minuta* vocat II, 13, 58; sed potius *nulla* dicta videntur, quod Cynthia *nulla* teneret *ossa* illius, qui in mari periret, et in litore Epiri humaretur (Barth. Advers. XXI, 1 pro *nulla* volebat *muta*).

14. *et invito*) *in invito* Dorv. sec. novi qui coniecerat: *Et primum invito gurgite fecit iter.* Sed vulgatam minime sollicitandam probant loca vett. poëtarum, primum maris navigatorem detestantium, quae contuli in notis ad Lotich. III, 29, pag. 556 sq.

15. *Nonne -- mores*) *Nonne fuit levius* in cod. Perreii, tribus Voss. pr. Dorv. meo altero, Colbertino, et sec. Neap. *dominae melius* in altero Dorv. (*melius* in textum recepit Broukh. nulla tamen addita nota, legitur tamen sic etiam in edd. Aldd. Mureti, aliis. Sed *levius* quod praetulit Vulp. et Burm. cum reliquis editt. recte tuetur Barthius ad h. l. quum melius respondeat voci *durus* in vs. subiecto; laudat etiam Horat. Carm. I, 24, 19: *Durum, sed levius fit patientia* etc. Kuin.) Pro *mores* solemni confusione codd. legitur *amores* in pr. Leid. Vossiano, Mentel. Borrich. meoque priore.

16. *tamen rara puella fuit*) *rata* vitiose in Voss. pr. et tert. *cara* in aliis: sed vide supra ad el. VIII, 42: *Cyn-*

thia rara mea est. Burm. Wyttenbach. in Bibl. Amstel. Vol. II, P. II, pag. 11 *cara* praefert; laudat II, 9, 43; Tibull. III, 6, 56: *Perfida, sed quamvis perfida cara tamen*; utrumque in mente habuisse observat locum Eurip. Phoen. 1455: φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος. Ita et Astius. Plurium tamen codd. auctoritas lectionem *rara* tuetur. Kuin.

17. *circumdata) circumdare* in sec. Dorvill.

18. *optatos quaerere Tyndaridas) optatas* male in Voss. pr. et tert. et meo utroque.

19. *Illic si qua -- dolorem) peperissent* in pr. Leid. quarto Voss. Mentel. Borrich. et meo pr. sed *sepelissent* in reliquis codd. et prr. edd. *sepelirent* in Excerptt. Scalig. Burm. Cod. Palat. apud Gebhardum: *Ille si quae m. fefellissent facta dolores*, unde ille legit: *Illi si qua m. sep. fata d.* -- Barth. *ad h. l.*

20. *Ultimus -- lapis) exposito* Graevius in ep. ad Heins. tom. IV Syllog. pag. 202; quod probabat Heins. vel *apposito* legebat. *honore* pro *amore* in Excerptt. Scalig. quod non repudiandum videtur, et *exposito honore* capi posset pro vulgari, tralatitio honore. Pro *lapis* Markland. conj. *labos* laudatque IV, 9, 17; et Ovid. Heroidd. XII, 50; sed non persuadet. Burm. Lectionem *honore* probat etiam V. D. in Bibl. Amstel. l. c. pag. 11, quum Graecis quoque dicatur τιμὴ statua, et omne monumentum honoris causa alicui positum, veluti apud Plutarch. tom. II, pag. 91, A. 561. B. Sed locus medicina non eget. vid. notas. Kuin.

21. *Illa meo -- crines) donaret* et mox *clamaret* Guyetus. quod probo, sequitur enim *poneret*. (Sed *poneret* positum est pro posuisset; Liv. II, 22: *Volsci comparaverant auxilia, quae mitterent* (pro, misissent) *Latinis, ni maturatum ab dictatore Latino esset.* Plura hanc in rem exempla collegit Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 2, 2. Kuin.) Pro *funere* in Voss. *murmure. damnasset* Heinsius, male. Idem etiam in ora ed. Ald. conj.: *Illa meo cinere donasset funere caros.* Sed tunc praestaret *munere* ex cod. Voss. scriptura *murmure*, nisi quis substitui praeferat: *Illa meos caro do-*

nasset munere manes. Pro *caros crines* in re funesta aptius puto epitheton fore si legamus: *rasos donaret funere crines*, vid. Ovid. Heroidd. XI, 116; possis etiam *caesos crines*, ut in Epicedio Drusi vs. 95 sqq. vel potius *laceros crines*, vid. Lucan. IX, 57. BVRM. *caros* vera lectio, vid. notas. *Caros* videri possit loco Pronominis positum esse, ut apud Homerum φίλας saepius; sed praefero explicationem in notis propositam. KVIN.

23. *Illa meum -- nomen)* ita constanter in codd. *murmure* conj. Heinsius: *extremo munere* Broukhus. Vulgatam defendit Patruus meus ad Lucan. VIII, 741; add. notas ad Ovid. Met. II, 137. Altero vs. *Tum mihi* edidit Broukhus. Passeratium secutus, qui sic correxerat ex vestigiis cod. Memmiani, in quo *Tu mihi*, licet in pr. edit. dederit *Vt mihi*, quod plurimorum codd. auctoritate retinendum videtur. (pro *pondere* cod. Posth. *pondere* e vs. praec.)

25. *At vos -- natae) Vt vos* in meo pr. cod. *formosa e Doride* Voss. pr. *formosae* in cod. Heins.

26. *Candida -- choro)* sic edidit Broukhus. ex Scaligeri emendatione, ut in Neapol. et Mentel. quum antea legeretur *solvite vela Noto*, quod placebat Francio, et firmant Voss. pr. et tert. meus uterque cod.

28. *Mansuetis litoribus) mansueta litora* Markland. adscripserat dici, quae μαλακοὺς αἰγιαλοὺς vocat Lucian. in Merc. Cond. pag. 445; *mollia litora* Ovidio Pont. I, 2, 62; *bona litora* nostro III, 19, 7; et his contraria *litora portubus orba* Ovid. Trist. III, 12, 38.

ELEGIA XVIII

Ad Cynthiam inscribitur in Borrich. Dresd. meo utroque cod. et prr. edd. In Ald. sec. et Rovilliana, *Solus lamentatur de fastu Cynthiae et levitate.*

1. *taciturna) tacitura* in Excerptt. Scalig. ut coniecerat Broukhusius.

2. *Et vacuum) Hoc vacuum* cod. Guyeti, unde legit: *Hic vacuum.*

4. *tenere fidem) movere* in pr. Leid. Voss. Mentel. et Heinsii cod.

5. *repetam, mea Cynthia, fastus) recitem* in Voss. quarto Pro *mea* Heinsius conj. *dic*, *Cynthia*.

7. *felices inter numerabar) numerabar inter* male in Voss. sec. *feliciter* in eiusdem quarto.

9. *crimina mutant) carmina* in duob. Leidd. quatuor Voss. binis Dorvill. et meis, et sic in Groning. Neapol. Borrich. prr. edd. Aldd. Colin. Rovill. Gryph. aliis. Passerat. qui hoc tuetur, cum Beroaldo exponit de magicis incantationibus vel de carminibus, quibus eum aliquis apud Cynthiam criminatus esset. Rectius exposuissent carmina, quibus ipse Propertius saepe in Cynthiam gravius fuerat invectus, et perfidiam ipsi exprobraverat. Sed bene Lipsius Lect. Antiq. IV, 11 extr. *crimina* emendavit, quod probant seqq. in quibus levitatem, asperitatem et superbiam ei obiicit. *crimina* etiam in Perreii cod. et Colotii Excerptt. praestiterit tamen forsitan, ut per *crimina* intelligamus Propertii delictum et *notam* mutati amoris, ut seq. suadet versus. Burm. Per *crimina* hic intelligi criminationes, quibus alii odium Cynthiae sibi conflaverant, notat Goldastus ad Dosith. lib. III, pag. 39. Santen. *in Addend.* Librarii saepius in vocabulis *crimina* et *carmina* peccarunt, vid. Obss. ad III, 11, 3. *crimina* scil. a me commissa. Kuin.

11. *Sic -- levis) lenem* cod. Dorv. in aliis *lenis* (ut in cod. Dresd. in quo *lenis ut*), quod metro adversatur. *levis* pro leui, facili, amica capiebat Dorvill. in Obss. Misc. Vol. I, pag. 133, vel distinguendum putabat: *Sic mihi te referas, levis*. Ayrmannus: *te referas, levis ut non alt*. Scaliger vero ad el. VIII, 19 pro *levem* capiebat. Pro *ut non* in Askew. *aut non*. Seq. vs. *illa* in Mentel. Neapol. et pr. Leid. Patruus meus conj. *alta*, ut ap. Ovid. Am. I, 12, 6; sed similia exempla dederunt viri docti ad illud Minuc. Fel. c. 11: *quis unus ullus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit*.

13. 14. *aspera debet, Non ita saeva) praebet* in tert. Voss. *scaeva* in Voss. pr. et Heins. *ira mihi* Marklandus.

15. *Vt tibi sim merito) meritae* Guyetus et Heinsius.

16. *Lumina deiectis -- lacrymis) delectis* in pr. Leid. Dorv. et Neapol. *dilectis* in Voss. pr. et sec. Dresd. meoque sec. *deletis* in Heinsiano, Excerptt. Modii seu Groning. ac meo pr. *deiectis* in Borrich. (Eadem lectionis varietas apud Sil. It. IX, 39; VII, 43. Kvin.) *deiectis* tuetur Broukhus. sed longe praefero Heinsii coniecturam *defectis*, et *lumina defectis lacrymis turpia* sunt, quae aliis *effleta* vel *defleta* dicuntur. vid. Pricaeum ad Apulei. Met. I, pag. 16. Idem Heins. pro *turpia* corr. *turgida*, vid. Catull. III extr. infra el. XXI, 3; sed *turpia* proba lectio, *oculos lacrymis foedare* Tibull. II, 7, 25; *lacrymis corrumpere ocellos* Ovid. Am. III, 6, 57. Bvrm. Waardenburgius Obss. in Propert. lectionem *deiectis lacrymis* docte defendit auctoritate Graecorum, Homer. Odys. δ΄, 198. Eurip. Hippol. 1396. notat etiam cum *deiectis lacrymis* convenire *cadentes* Prop. I, 19, 23; nec absimili ratione Virg. Aen. VI, 455 dixisse: *demittere lacrymas*. Praeterea observat verba *flendo deiectis lacrymis* aut inter se construenda esse, aut, ne alterutrum otiosum sit, pro *flendo* legendum *flentis*, vel denique, quod ipse praefert, agnoscendum esse in his pleonasmum, ut in loco Ovid. *Sedit Atlantiades*, et *euntem* multa loquendo *Detinuit* sermone *diem* Met. I, 682. K.

17. sq. *An — colore) calore* in Groning. prr. et Aldd. edd. Broukhus. praefert et expouit: translato in aliam amore. Sed *colore* constanter tuentur reliqui codd. recte igitur Livineius *calore*, quod ex suo cod. profert, damnavit, et *colore* praetulit etiam Palmerius. Forte etiam legi posset: *An quia rara damus m. signa colore?* ut interroget Cynthiam, an ideo fidem suam haberet suspectam, quia raro colorem mutabat, neque semper in ea pallebat. Sensus vs. 18: Et quia non semper in ore habeo, et cum clamore praedico meam fidem. Pro *Et* in meo pr. cod. *Vt*. In Voss. pr. et tert. pr. Dorv. et Neapol. *non nulla*, prave. *non illa* conj. Passeratius. Bvrm. Astius in Obss. pag. 14 recte quoque praefert *colore* coll. I, 6, 6; adstipulatur praeterea Barthio monenti, sensum huius vs. ironice esse capiendum, quasi

dicat poëta: num tibi mutatus meus color s. pallor levis amoris mei est index? K.

19. *si quos habet arbor amores*) *ardor* in duob. Leidd. pr. sec. et quarto Voss. uno Dorv. Heins. et pr. meo cod. in altero a manu recent. *ardor* margini erat adscriptum, neque aliter in edd. prr. inepte. Vera lectio *arbor*, ut in Voss. tert. altero Dorv. Borrich. Groning. Dresd. in Aldd. et reliquis. Similis confusio in epigr. Floridi Anthol. Lat. tom. I, pag. 687.

20. *Arcadio -- deo*) in codd. Regiis et uno Colbertino: *Pinus, et Arcadio fagus amica deo.* In pr. et tert. Voss. binis Dorv. meo sec. Aldd. Rovill. aliisque *amata*, perperam: quod tamen arridebat Marklando, ex Ovid. loco Trist. III, 1, 42; sed et illic *amica* in cod. et ita ap. Claudian. R. P. II, 108. *Quercus amica Iovi*, et passim *amicus* adiective, vid. Heins. ad Ovid. A. A. I, 585. Bvrm. Ovid. Heroidd. V, 21 sqq. *Incisae servant a te mea nomina fagi: Et legor Oenone, falce notata, tua: Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt: Crescite, et in titulos surgite rite meos* — K.

21. *Ah quoties teneras — umbras*) Emendandum cum Guyeto, *Te quoties* ut sit imitatio Virg. Ecl. I. *resonant Amaryllida silvae.* Pro *teneras* ex pr. Vatic. et Excerptt. Colotii *tremulas* reponi vellem, et sic in aliis invenit Passerat. quod propius vulgatae inhaeret, quam Guyeti *virides*, qui tamen seq. vs. recte emendabat: *Scribitur et teneris Cynthia cort.* vid. Virg. Ecl. X, 54. Primo vs. *vestras umbras*, et altero *teneris corticibus* praetulit Koppiersius Obss. Crit. c. 11, pag. 136, transpositione non improbanda. Cannegieterus literis ad me datis: *Ah quoties tremulas -- Scribitur et lectis Cynthia corticibus:* nisi quis cum Ruhnkenio praefert *quernis*. In cod. Colbert. *Scribetur vestris* male. *nostris* in Mentel. et Borrich. Bvrm. *Tenerae* umbrae, uti *leves*, dicuntur, quae vel levissima aura moventur ac agitantur propter foliorum, quae umbram faciunt, agilitatem, vid. Heyne ad Tibull. II, 5, 95. Possis quoque vocem *teneras* in propria accipere significatione, et ad foliorum,

quae umbram faciunt, teneritatem referre, vox *folia* latet nimirum in *umbras*, uti ap. Sil. It. XV, 18: *Has lauri residens iuvenis viridante sub umbra.* De qua epithetorum permutatione vid. Beck ad Aristoph. Av. 1198. — *Astius* Obss. pag. 15 *Tremula umbra* legitur ap. Stat. Theb. V, 749; et ita dicitur, quia foliis arborum ab aura leviter motis, ipsa umbra micat et contremiscit. *Tremula* h. l. probabat quoque Degen in Anthol. pag. 146. Sed locus sanus. *Tremula* mihi glossam redolere videtur. Propertius usus vocabulo *teneras* in mente habuit Graecorum ἁπαλὰς h. e. mollis, *tener*. vid. notas. Kvin.

23. *Ah, tua quot — curas*) Lipsius Antiq. Lect. IV, 11. *At tua quot*, probante Francio. *Ah tua quot* Palmerius, cui adstipulatur Passeratius (et Degen Anthol. pag. 146. recte, vulgaris enim lectio a Vulpio quoque, Broukhus. et Burm. expressa *An tua, quod* etc. inepta. K.) id certe praestat Scaligeri emendationi et expositioni: *An, tua quae peperit nobis iniuria, curas.* pro an ideo curis agitaris, ne alibi amem. Neque se mihi commendat coniectura Is. Pontani Analect. II, 2: *Ah tua quot peperit n. i. dura.* In membranis Gebhardi *nostris iniuria curis.* Cod. Voss. quartus etiam *nostris* Heins. conj.* *Nam tua quot.* Ayrmannus *dederit* pro *peperit*, qui distinguebat et interpretabatur, ut ante eum Scaliger. Seq. vs. *cognita sit* mallem, iniuria nempe, ut exigunt seqq. et sic Passerat. ex cod. vet. in quo *sic* offenderat. *Sunt* ad curas referri nequeunt, propter *cognita.*

25. *timidus*) *tumidus* male in pr. Dorv. *timidis* etiam perperam in pr. Leid. ac meo cod. Burm. Sic *timidus* et *tumidus* etiam ap. Virg. Aen. I, 142. *tumor* et *timor* Sil. It. II, 626, aliisque in locis librariorum incuria permutata. vid. Bentlei. ad Horat. A. pag. 197; Drakenb. ad Sil. l. c. Kvin.

26. *neque arguto ficta dolore queri*) *facta* in pr. Leid. *fata* in altero, Vossianis quatuor, Mentel. Borrich. utroque Dorvill. Heins. et meo priore, ut coniecerat Heinsius. *facta* male in meo altero, et prr. aliisque edd. (ut in Vulpii, qui facta superba iussis dominae superbae omnino convenire,

notat.) *ficta* ex cod. Passeratii Memmiano recepit Broukhus. (qui explicat: verbis simulare quae re ipsa non sentiantur. III, 23, 14, et hanc lectionem, utpote difficiliorem, e qua etiam reliquae facile prodire potuerunt, genuinam puto; unde recte eam quoque Burm. cum aliis in contextu retinuit. K.) quod et in pr. Vatic. legitur, et sic conj. Markland. Pro *arguto* forte legendum *astuto*, quod *ficta* suadere videntur, ut *fictum astutumque* iungit Horat. Sat. I, 3, 63.

27. *Pro quo -- rupes) Di, vivi fontes* ex Scaligeri emendatione edidit Broukhus. (quum *vivus* sit fontium epitheton perpetuum, quod simul frigoris notionem habeat). *divini fontes* in duob. Leidd. quat. Voss. utroque Dorv. duob. meis, Borrich. Groning. Dresd. Regiis, Colbertt. Askew. et prr. aliisque edd. *divinos* et *sacros* fontes dici, quod negaverat Scaliger, ostendit Broukhus. ex Inscriptt. (ap. Gruter. XCIV, 6; MLXXII, 7) cf. et patrui mei notas ad Ovid. A. A. III, 452; Ciofani ad Met. II, 464 (et notata ad II, 2, 11). Iac. Gronov. ad Tacit. Hist. IV, 52 excogitaverat: *Pro quo Di, rivi, fontes*: quod recte reiecit Patruus meus ad Virg. Aen. III, 442. Gruterus Suspicion. 15 legebat: *Pro quo Clitumni fontes* et vs. seq. *Et datur in culto* (i. e. trito, celebri, frequenti) *tramite*: infeliciter sane. Palmerius inepte: *Pro quo, o Di, vinum fontes*. Francius: *Pro quibus et vivi fontes*. Heinsius in notis ad Prop. pag. 673: *Pro quo dumosi*, vel *devexi*, aut *continui montes*. Ex quibus coniecturis *dumosi montes* prae caeteris arrident. Nam sic *dumosa rupes* Virg. Ecl. I, 77 pro spinosa et rigida. add. Ovid. Met. X, 535. vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 664; Markland. in marg. ed. Graev. coniecit: *Pro quo, Di, nudi montes*, i. e. nullo gramine obducti aut vestiti. Sic *nudus Haemus* Stat. Theb. V, 16; add. Ovid. Met. XII, 512; Trist. III, 10, 75. Burm. Etiam Degenio Anthol. pag. 147. Heinsii coniectura *dumosi montes* praeplacet, et pro *frigida* legeret *rigida*, nisi metrum reclamaret. At *fontes* h. l. in plurimis codd. et edd. antiquis legitur, et in aliis quoque descriptionibus silvarum eorum mentio fit. vid. Ovid Amor. III, 1, 3 sqq. Si vulgarem lectionem *divini fontes* retinere

vellemus, desideraretur epitheton, quod molestiam quamdam significet, neque quisquam facile exspectaverit h. l. laudem adeo eximiam fontibus tributam. Scilicet poëta queritur, se pro iniuria a Cynthia sibi illata nihil aliud retulisse, quam ut in locis asperis, frigidis et incultis somnum capere cogatur. Depingit ergo locum quietis, et fontes quoque commemorat, ut imago omnibus numeris et partibus absoluta appareat. Ac mihi quidem unice vera lectio videtur, *devexi fontes*. cf. notas ad h. l. KUIN.

29. *meae possunt narrare querelae*) *iterare* Heins. in ora ed. Ald. Seq. vs. *Cogor et argutas* in sec. Leid. codd. Regg. Heinsiano et meo pr. *Cogor argutas* in Mentel. et pr. Leid.

31. sq. *resonant -- vacent*) *resonant — tacent* sic edidit Broukhus. improbante Hemsterhusio, qui mouet nulla codd. fide niti illatam in Propertium lectionem *tacent*, eamque illud habere incommodi, quod *tuo nomine* haud satis concinne locum tueatur. *resonent* Leid. sec. tres Voss. Excerpt. Scalig. Mentel. Borrich. Groning. Regii, Colbertt. uterque Dorv. Dresd. et meus alter, neque aliter in edd. prr. et vetustioribus. *resonant* et vs. seq. *vacant* Scaliger. et Markland. *resonant te Cynthia* Guyetus conj. vid. ad vs. 31. *tibi* in duob. Leidd. quarto Voss. Neapol. pr. sec. ac quinto Vatic. Colot. pr. meo cod. et edd. Aldd. aliis. *mea Cynthia* in Excerptt. Modii. Deinde *Ne deserta* in Excerptt. Modii seu Groning. *vacent* in Mentel. Leidd. Voss. Dorv. binis, meo utroque et prr. edd. caeterisque; et sic codd. Regii et unus Colbert. in altero *iacent*, quod et in Neapol. *resonent* et *vacent* praeferendum videtur cum Hemsterhusio, qui duplicem loci explicationem proponit, vel ut desertae atque aviae rupes nomen Cynthiae saepius a Prop. ingeminatum reddant, vid. Ovid. Heroidd. X, 22, vel potius hoc sensu: nec deserta saxa fidem amoris mei testatura nomine suo inscripto careant.

ELEGIA XIX

2. *Nec moror -- rogo) facta* in Mentel. pr. Leid. et tert. Voss. obvia aberratione (vid. ad el. XVIII, 26; Sil. It. XIV, 511; Obss. Misc. tom. I, pag 176; Ducker. ad Flor. in prooem. Drakenb. ad Sil. It. I, 277; XI, 9. K.) *fata debita* eleganter dicuntur, ut ap. Val. Fl. V, 21, ubi vid. Patruum meum. *nec moror fata* hic notat, non diu vivendo fata differre opto, ut Ovid. Heroidd. VII, 103: *Nulla mora est, venio tibi debita coniux.* vid. Patrui notas ad Virg. Aen. II, 647.

3. *tuo -- honore) honore* Heins. *tibi funus* in Borrich. Heins. et meo pr. cod.

5. *non -- ocellis) noster* in Mentel. Heins. quatuor Voss. Regg. et Colbertt. meo utroque, prr. et vetustis edd. sed *nostris* in tribus Naticc. Colotii Excerptt. reliquisque codd. Pro *haesit* in Voss. tert. Groning. et cod. Gebhardi *exit*. In Excerptt. Modii *egit*. In eod. Gebhardi cod. *tacet* pro *vacet*.

7. *Illic -- heros)* Quum nulla loci alicuius vel inferni praecesserit mentio, et ad superiora referri non possit *Illic*; hanc voculam huc irrepsisse certus sum ex seqq. vs. 11 et 13: *Illic quicquid ero* etc. *Illic formosae* etc. ubi eleganti repetitione ad *caeca loca*, seu sedes Averni, quae vs. 8 memorantur, respicit. Non dubito itaque legendum esse: *Ille et Philacides*. Iactat enim Prop. praeced. vs. amorem suum etiam post fata duraturum, et hanc constantiam confirmat exemplo *illius etiam herois* Protesilai. Servius ad Virg. Aen. X, 677: *antiqui* ille *vel magnitudini, vel nobilitati assignabant.* Caeterum *Phylacides* prima producta non tantum Propertius, et ubique Ovidius, sed et Claudian. posuit. Sed *Phylaceïda umbram* prima correpta ap. Stat. Silv. V, 3, 272, et *Phylaceïa coniux* Ovid. Trist. V, 14, 39. vid. Heins. ad Ovid. Heroidd. XIII, 35. BVRM. Iacobsius in ep. ad Astium pag. 23 coniicit: *Olim et*. Astius: *Sic et*. Potest tamen vulgaris lectio commode defendi. vid. notas. K.

9. *Sed cupidus — palmis)* *cupidus* et *Thessalis umbra* vix convenire videntur. Itaque *cupido attingere* forte praestaret, de quo ablativi absoluti usu vid. Gronov. ad Liv. I, 41; Graev. ad Cic. II, agrar. 3; Cortium ad Sallust. Cat. 41; VV. DD. ad Suet. Oth. 7; ad Martial. IX, 104; Perizon. ad Sanct. IV, 4, pag. 619. Broukhus. curis secundis conj. *falsis sua tangere gaudia palmis*, quia poëtae, ubi de amica vel coniuge agunt, semper *sua*, *mea*, vel *tua* adiungunt. Sed propter *palmas* potest etiam de amplexu intelligi.

10. *Thessalis -- domum)* *Thessalus* in cod. Regiis, Dresd. altero Colbert. Heinsii, meo priore et prr. edd. sed recte *Thessalis umbra*, ut *Mygdonis umbra* epitaphio egregio Hectori agitatori a Domitilla scripto, vid. Anthol. Lat. tom. II, pag. 264. Pro *venerat* in Voss. pr. et altero meo cod. *verberat.* in ed. Volsci *noverat.* -- Burm. Iacobsius l. c. pro *antiquam* coniecit *affectam*, ut respondeat Homeri voci δόμος ἡμιτελὴς Il. β', 700. Πρωτεσίλαος — Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο Καὶ δόμος ἡμιτελής· Catull. LXVIII, 73. *Coniugis ut quondam flagrans advenit amore Protesilaëam Laodamia domum Inceptam frustra* etc. Gellius N. A. XV, 5: *aedificia quae prope absoluta affectaque sunt.* Idem III, 16: *Affecta enim, sicut M. Cicero, et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quae non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant.* Ingeniosa quidem, neque tamen necessaria emendatio. vid. notas. K.

11. *tua dicar imago)* *tua dicit imago* male in Regiis, altero Colbert. sec. Leid. et prr. edd. Pro *Traiicit* forte legendum *Traiiciet* (et ita legitur in cod. Dresd.). Videtur Propertius toto hoc disticho continuare allusionem ad Laodamiam et Protesilaum, cuius *amor fati litora traiecit*, seu Stygias paludes remeavit, quum ex inferis ad coniugem redeundi facultatem accepisset, sed postquam domum Erebi repetiisset, Laodamia *imaginem*, seu *simulacrum Protesilai in thalamo posuit*, idque *colere*, *amplecti*, et *osculari* non destitit, quod quum pater eius Acastus rescivisset, effigiem Protesilai, pyra facta, iussit comburi, in quam se coniecit Laodamia, et simul exusta est, ut refert Hygin. f. 104.

13. *Illic -- heroinae*) *Illinc* Mentel. Palat. et pr. Leid. *Illuc* Voss. quartus. Eleganti usu *Illic* pro, apud inferos, passim a Graecis Latinisque scriptoribus, a verbo duriore abstinentibus, poni notavit Markland. vid. Aristoph. Ran. 82; Eurip. Med. 1075; Ovid. Met. XIII, 25. *veniat* minus bene in Borrich.. Dresd. Voss. pr. Dorv. sec. et meo. *vernant* in Exc. Colot. et pr. Vatic. sed *veniant* in omnibus reliquis codd. et edd. priscis.

15. *Quarum*) *Harum* legebat Heinsius et Fraucius.

16. *et Venus -- sinat*) vulgaris lectio: *et tellus hoc ita iusta sinat.* Passeratius iustam tellurem exponit benignam, vel quia omnibus patet, aut communis omnium mater est. Volscus explicat: Tellus quae ante diem nos perimat, et male alios inferna loca intelligere notavit. Broukhus. tellurem, quae deos manes contiuet, interpretatur. Reliqui altum silent. Markland. ex Ovid. Ibide vs. 168 adscripserat: *Respuet invisum iusta cadaver humus.* Vulpius sensum hunc affingit: Tellus nolit mihi succensere, si te unam omnibus priscis heroinis anteposuero. Hae explicationes omnes contortae sunt, locus manifeste corruptus. Heinsius conj. *et scelus hoc ne Cytherea sinat*, ut *cita* scriptum fuerit, et hinc *ita* venerit, omisso *ne*. Certe illud *ita* valde friget. Legendum opinor: *et Venus hoc, si dea iusta, sinat*, apto colore poëtico inseritur *si dea iusta*, quia formosis invidiosa dea est II, 28, 10. Bvrm. Omninoque dii nimium felicibus hominum rebus invidere, eorumque fortunam abrumpere dicuntur, vid. III, 18, 8; Sil. It. VII, 61; XV, 514; Herodo. I, 32. Kvin. Coelius Rhodiginus Lect. Antiq. XXIII, 19 existimabat respicere Propertium ad Menandrum, qui δίκαιον γῆδιον vocat iustam terram, quae tantum et amplius reddit, quantum accepit. Santen. *in Addend.* Astius Obss. pag. 17 notat: male ab interpretibus verba: *et Tellus hoc ita iusta sinat* antecedentibus adiuncta esse, legit: *Gratior. At tellus hoc ita iusta sinat: Quamvis te longae* etc. Tellus, inquit, ideo memoratur, quod ossa poëtae, urnis inclusa, acceptura sit; has autem sui reliquias quum servatura illa sit, ipsam imperium quasi exercituram earumque fatum mo-

deraturam esse fingit poëta. *iusta* in eo iusta, si id, quod iure fit, tribuit atque concedit. Sensus: At Tellus, cui committentur ossa mea, sinat, sive hoc mihi tribuat, ut illa etiam tum, quum provectioris iam eris aetatis (per quod quidem spatium temporis, ut mei obliviscaris, facile fieri poterit) cara semper tibi maneant. Terra tanquam dea invocatur, ut a Meleagro in epitaphio Heliodorae CIX, 8; Anal. Brunk. tom. I, pag. 31, et CXXI, 1, pag. 35; Sueton. Tib. 75: *Terram Matrem deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent.* Sed et haec Astii interpretatio loci mihi contorta videtur, adstipulor potius Burmanno, *et Venus hoc, si dea iusta sinat*, legenti, vid. notas. KVIN.

18. *Cara -- tuis*) Heinsius: *Cara tamen lacrymis causa futura meis*, ut ad Cynthiam referatur; vel, si *ossa* retineas, coniecerat: *Sparsa tamen lacr. ossa fut. meis.* Sed *sparsa lacrymis ossa* pro *ossa lacrymis spargentur*, quis ferat? sive *meis*, vel *tuis* legatur, utrumque Francio duriusculum videbatur. Sed *lacrymis* tuis revocandum puto ex aliis edd. nam ad Propertii cineres haec potius referenda, suadent sequentia, in quibus vereri videtur, ne Cynthiae propinqui eam a busto suo abstrahant, et invitam lacrymas siccare cogant. Superiore versu *longa senecta* malebat Francius. BVRM. Pro vulgari *meis* legendum esse *tuis* recte quoque monuit Waardenburgius, loqui enim poëtam in hac elegia de sua tantum morte, et quum iam sibi persuasisset etiam post obitum se amore Cynthiae arsurum, hic tum addere et Cynthiam, etiamsi summam senectutem attigisset, tamen semper pristini amoris memorem, ossa ipsius lacrymis prosecuturam esse, vid. II, 13, 51 seq. Etiam Astius probat *tuis* et *lacrymis tuis* explicat: tibi lacrymanti, ut *nostrae vitae* I, 2, 31. *Herculis amor* I, 13, 23. KVIN.

19. *Quas -- favilla)* Locus satis adhuc obscurus. *Qua tu viva* in duob. Leidd. quat. Voss. biuis Dorv. meo utroque, Askew. et prr. aliisque vetustis edd. Passeratius, quum in veteribus libris reperisset *Quae si ne te me possis*, inde legendum coniecit: *Quae sive te viva possim sentire*

favilla (et explicat: utinam id sentire possim, nempe amorem tuum et lacrymas, viva adhuc mea favilla, et spirante mea cinere). Ayrmannus: *Quod si viva meas possis sentire favillas:* cui favent Excerpta Modii, in quibus: *Quae tu viva meam possis sentire favillam*, vid. el. XXI, 6. minus certe mihi arridet distinctio Heinsii in notis ad Propert. pag. 674: *Quae mea dum viva possis sentire favilla Te, mihi non ullo* etc. ut *te viva* coniungantur. *Viva* quum a tot codd. et edd. vett. confirmetur, revocandum duxi. Nam quod Broukhusius ediderit: *Quae tu, vita, mea*, in eo coniecturam Aurati, nullius cod. consensu suffultam, secutus est; quam etiam improbat Hemsterhusius, cui *viva* maiorem hic vim habere videbatur, quia *longae fata senectae* paulo ante, et favillae ac mortis Propertianae hoc disticho clarior est oppositio. Burm. Eldikius: *Quum te viva meam possis sepelire favillam* -- Santen. *in Addend.* Lectionem vulgarem, *Quae tu viva mea possis sentire favilla*, Barthius cum Vulpio interpretatur: utinam tu, o Cynthia, viva et mihi superstes, sentias eadem de me mortuo, quae ego de te. Dura et coacta interpretatio! Astius legit: *Quae si, vita, tua possis miscere favilla Tunc mihi* etc. *Quae* scil. ossa, sive quos cineres, si commiscere possis tuis cum cineribus, tunc omnibus in locis libenter mortem obire paratus sim. Sed repugnat huic Astii coniecturae vs. 17: *Quamvis te longae remorentur fata senectae.* Waardenburgius Obss. in Prop. Spec. I, pag. 5: *Quas* (scil. lacrymas tuas) *si*, *vita*, *mea possim sentire favilla.* Wassenbergius vero in literis ad Waardenburgium datis: *Hac tu*, *vita*, *meam possis lenire favillam.* Equidem conieceram olim: *Quas si viva mea possit sentire favilla, wenn meine glimmende Asche deine Thränen fühlte. Favilla viva* est cinis spirans, quo sensu *vivus* saepius usurpatur, *viva lucerna* Horat. Carm. III, 21, 28: *caerulei fiant vivo de sulphure fumi* Ovid. Fast. IV, 739: *candens favilla* Virg. Aen. III, 573: *vivens favilla* Ovid. Fastt. IV, 553. Offendit quidem in hac lectione *mea.* Sed poëta noster etiam II, 3, 43 in eodem disticho *Eois* et *Eoos* prima brevi et producta bis usurpavit. Iam vero te

accuratius perpensa mihi correctionibus reliquis praeferenda videtur Waardenburgii emendatio: *Quas si, vita, mea possim* etc. cui Passeratii librorum lectio *ne te -- possim* magnopere favet. Kvin.

20. *loco) rogo* in Mentel. pr. Leid. Heins. Borrich. et pr. meo cod.

21. *Quam -- busto) contente* in pr. Leid. *contentae in* Mentel.

22. *a nostro pulvere) e nostro* tres Voss. Groning. et uterque Dorv. ut edidit Aldus. Pro *pulvere* Heins. *funere.*

23. *Cogat et invitam -- cadentes) Cogar et invitas* in Voss. pr. et altero meo cod. *invitas* etiam male in cod. Colbert. Pro *cadentes* tentabam aliquando *calentes*, sed nil muto. vid. Ovid. Pont. II, 3, 84.

24. *Flectitur -- minis)* Guyetus *assidua prece* legebat ex Tibull. III, 4, 76. Per *assiduas minas* intelligo propinquorum, matris puta, si erat, vel aliorum consanguineorum minas, qui *iniquo amore* Cynthiam a tumulo et ossibus Propertii abstraherent, et discedere, ac invitam lacrymas siccare cogerent. *certe puella* vitiose in ed. Colinaci. *victa* conj. Francius, possis etiam *recta puella*, *rectus* autem et *certus* literis transpositis saepe in codd. variantur. vid. interpp. ad Lucan. V, 417; VII, 216; Gratii Cyneg. 7; Quinctil. I, 6, pag. 76; et Gronov. ad Senec. Oed. 987.

25. *Quare -- amantes)* versus hic durior Francio videbatur. Sed eiusmodi numeros nonnullis ingratiores visos, saepe praetulit poëta. Amat autem noster finem elegiae, post alia, quae praecesserant minus laeta, voce hac *Quare* absolvere, proposita ratione ista corrigendi supra el. V, 31; IX, 33.

ELEGIA XX

1. *Hoc pro continuo) Haec* Mentel. Regii, Borrich. alii. Male, quum sequatur *Id*, licet utrumque *Hoc* et *Id* eodem disticho cumulatum offendat. Itaque non displicet, quod

in duob. Leidd. et sec. ac tertio Voss. legitur: *At pro continuo* etc. quum elegans sit usus τοῦ *At* initio orationis, cum quadam increpatione et admonitione, vid. Heins. ad Ovid. Heroidd. XII, 1; Amor. III, 7, 1; nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 555 sq.

2. *Id tibi -- animo*) Heinsius conj. *Fors tibi.* Guyetus repetit *Hoc.* Pro *defluat* vitiose in cod. Heinsii et meo pr. *defleat*, nisi *deleat* voluerit librarius, sed *defluat*, ut aptissimum hac in re verbum, minime sollicitandum.

3. *Saepe -- amanti*) *decurrit* in Mentel. Heins. pr. Leid. Borrich. et meo pr. *currit* Voss. sec. *fortunam occurrere* malebat Heinsius, quod vel referendum esset ad superius *monemus*, vel *fortunam occurrere dixerit Ascanius.* Sed magis ex genio Propertiano, ut hic versus veluti enthymema consideretur, seu effatum, quo vicissitudinis in re amoris admonet Gallum, idque exemplo Hylae Herculi erepti confirmat. *amori* in aliis. *amandi* Ayrmannus.

4. *Crudelis Minyis dixerit Ascanius*) *Minyis* restituerunt viri docti e corrupta codd. scriptura, in quibus vel *nimius*, ut in pr. Leid. Voss. sec. et tertio Borrich. Colbert. Mentel. meoque pr. *minimus* in altero. *Minuis dixerat* codd. Regii. In aliis *duxerat*, ut in Perreii cod. in cuius tamen marg. a manu sec. *Minyis dixerit* et sic in cod. Dresd. quam lectionem verissimam esse viderunt Beroald. Scaliger, et Auratus notante I. Dousa. Male igitur Volscus, Turnebus et Fruterius *dux erit*, quod recte improbavit Passerat. et *dixerit* per testis erit, confirmabit, ut II, 32, 35; IV, 8, 17 explicat. *dixerit* probat quoque Gronov. in Obss. et in Gustu ad Stat. Theb. II, 108. Mureto pro *Ascanius* male tam h. l. quam infra vs. 16 *Aesonius*, pro Iasone reponendum videbatur. *Ascanius* Bithyniae vel Mysiae lacus, vid. Muncker. ad Hygin. f. 14 et Carrion ad Val. Fl. III, 596. Rutgersius totum hoc distichon traiiciendum infra p. vs. 14 censebat: *Saepe imprudenti Fort. occ. amanti Crudelis. Minyis dix. Ascanius. Quae miser* etc.

5. *Est tibi -- nomine dispar*) Heinsius: *specie*, male. *infra speciem* in cod. meo sec. sed *iuxta* in marg. *specimen*

in Mentel. et pr. Leid. Altero vs. *Terodamanteo* in pr. Leid. et Vossiano. *Therodamanteo* in utroque sec. et in meo altero cod. *Thermodonteo* Dresd. *Therodantheo* in Neapol. *Therodamantheo* in prr. edd. sed recte *Thiodamanteo* in sec. Dorvill. de Thiodamante, Hylae patre, vid. Muncker. et Verbeyk. ad Antouin. Lib. c. 26, et Rutgersius Var. Lect. pag. 217.

7. *Huic -- silvae*) *Huic tu* ex Aurati emendatione edidit Broukhus. ut conj. Heins. in marg. ed. Ald. et legendum esse monuerunt Livinei. ac Gronov. Obss. et *Huic defende cupidas Nympharum rapinas* conuectenda esse. (De hoc verbi *defendere* usu vid. notas et Obss. ad eleg. XVI, 9. Kuin.) Male Passerat. *Hunc* (quod et in cod. Dresd. legitur) tuetur, legitque *cupida rapina*. *Nunc* in duob. Leidd. pr. et quarto Voss. et Dorv. pr. ut in prr. aliisque priscis edd. *legis* in Leid. sec. codd. Regg. et prr. edd. *Vmbrosae silvae* suspecta interpretibus, propter epitheton nimis generale, in quo latere nomen proprium *Thesprotae* coniecerat Heins. vel cum Scaligero reponendum *umbrosae flumina Silae*, nemus enim Brutiorum est *Sila*, vid. Fabric. et Heins. ad Virg. Aen. XII, 715; lacum Aricinum indicari censebat Livineius. Sed forte intelligitur Clitumnus, vid. II, 19, 25; III, 22, 23; et Sueton. Calig. 43: *nemus flumenque Clitumni* memorat. Vel Tibrin respexit, qui arboribus inumbratus passim describitur, de quo vid. interpp. ad Gratii Cyneg. 39. Burm. Pocchus habet: Hunc *tu*, *sive leges -- Nympharum semper* cupidis *defende* rapinis. Santen. in *Addend.*

8. *Sive -- pedes)* *amoena* in pr. Leid. meo utroque, Borrich. al. *amena* Mentel. Voss. pr. et sec. Groning. sed *Aniena* in codd. Regiis, altero Colbert. Askew. et edd. prr. *Amerina* Scaliger ex veteri libro, lacum Vadimonis intelligens, quod probat Fontaninus Hist. Liter. Aquilei. c. 1, pag. 12; et hunc Gallum Vmbrum facit Amerinum, diversum a Cornelio Gallo. Sed illum Vadimonis lacum nihil huc facere recte notavit Broukhus. *cinxerit* Voss., primus et meus secund. *tinxerat* in Heins. et meo pr. *strinxerit* conj. Heinsius.

9. *Sive -- ora) Gigantei litoris* in cod. Regio Seq. vs. *vagi fluminis* Auratus, et sic in Voss. Heins. cod. et ed. Colinaei.

11. *Nympharum -- rapinas) cupidas semper* tres Voss. et Borrich. *semper cupidas* in Vatic. quinto et Mentel. *semper cupidis def. rapinis* in Excerptt. Modii, seu Groningano et vs. 7 *Hunc.* sed rectius Gronov. aliique *Huic · tu -- N. cupidas d. rapinas*, probante Heinsio. Imitatus est Statius Theb. IV, 696: -- *nocturnaque furta licentum Cornipedum, et cupidas Faunorum arcebo rapinas.*

12. *Non minor -- Dryasin) et Dryasin* Lips. et Heins. *Adriacis* in Codd. Regg. et Colb. Mentel. Dresd. Excerptt. Modii, duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meo sec. *Adriaticis* in Heins. et pr. meo cod. *Hadriacis* in prr. edd. ut in Venetis, Reg. Lep. et Volsci. *in Dryadis* Beroald. Aldd. Iuntin. Colin. Gryph. et Rovill. Antonius Perreius in marg. ex cod. vet. adscripsit *in Driasin*, et in ima pagina: *Nec minor Ausonias est amor et Driadas.* Ayrmannus: *ac Dryasin.* Heinsius: *et Dryasin.* Sed forte praestat, quod in quarto Voss. occurrit: *Non minor Ausoniis ardor amadriadis*, unde *Hamadryasin* elicere facile est, ut infra vs. 34.

13. *Ne tibi -- saxa) Nec tibi sit durum* Mentel. Borrich. Dresd. Groning. Askew. duo Leidd. tertio et quarto Voss. meusque pr. *Ne tibi sit durum* codd. Regii, unus Colbert. ac edd. vett. ut legendum censuit Rutgersius Var. Lect. pag. 218. in altero Colbert. *Ne tibi sint duri montes*, ut in pr. et sec. Voss. utroque Dorvill. Neapol. et meo sec. *duros* vet. cod. Passerat. *duro* in Excerptt. Scalig. *duros montes* ex Lipsii coniectura Antiq. Lectt. I, 4, ut ex auctoritate codd. etiam reponebat Heinsius, in sua edit. expressit Broukhus. nec obsisto. vid. Ovid. Met. XIV, 557. Sed quod *torrida* Gronovium secutus dederit, non adsentior; quamvis olim probaverim ad Lotich. pag. 686. *turbida* in vet. cod. Mureti, et Regiis, ut in uno Colbert. Dresd. pr. Leidensi, sec. Voss. Borrich. *tabida* Lipsius. *turgida* conj. Vossius. Sed *frigida* in Leid. pr. quatuor Voss. binis Dorv. meo utroque, altero Colbert. et omnibus fere edd. antiquis.

sic *frigida rupes* el. XVIII, 27, e quo loco Livineius hic *fontes* substituit, praesertim quia *lacus* sequuntur. Sed eum falli docet imitatio Theocritea Id. XIII, 67. *frigida rupes* Passeratio quoque et Francio placebat, quorum posterior praeterea conj. *Ne tibi sit (durum!) montes* etc. Altero vs. *inexpertos* Guyetus, improbante Heinsio. *neque experto* Livineius.

15. *Quae -- Herculis*) Rutgersius *erro* legebat, ut *Hylam erronem* dixerit Propertius, quia ad aquam petendam longius evagatus fuit. Male. *misera* Ayrmannus, forte connectens cum *fleverat*. Pro *ignotis* male in quarto Voss. *indomitis*. N. Heinsius legebat: *Quae miseri ignotis. -- Herculis admoto fleverat Ascanio*, vel *Herculis indomiti*. Sed forte *indomitum Ascanium* hic vocat, quem vs. 2 *crudelem*, vel durum, qui nullis lacrymis movetur, ut exprimatur Gr. ἀδάμας vel ἀδάμαστος, de quo vid. Valcken. ad Theocr. Idyl. II, 14.

17. *Pagasae*) *Pegasae* vitiose in Leidd. duob. Dresd. quat. Voss. sec. Dorvill. Neapol. aliis et edd. prr. *Pegasos* in vet. cod. Perreii et sec. Vatic. in aliis *Pegase*. *Paegaseae* in ed. Volsci. *Pagasa* urbs Thessaliae, in cuius portu Argo navis fabricata, vid. Barth. ad Stat. Achill. I, 65; Heins. ad Ovid. Heroidd. XVI, 345; interpp. ad Lucan. II, 715; Cellar. ad Sil. It. XI, 472. *Argon* in omnibus fere codd. et edd. prr. *Argon* etiam ex cod. Dorv. probabat Markland. ut *Echon*, *Didon*, *Heron* et similia. Vid. eum ad Stat. Silv. IV, 3, 63; sed *Argo* casu quarto, ut *Dido*, *Hero*, *Alecto* et similia etiam dicitur. vid. interpp. ad Ovid. Epist. VII, 133; ad Sil. VIII, 122.

18. *Egressam -- viam*) *Argon Egressum* Heinsius. Navium enim nomina, praesertim si ab artifice suo, ut Argo, vel a παρασήμῳ appellatae essent, masculino etiam genere efferuntur, vid. Drakenb. ad Sil. It. XIV, 500. nusquam tamen *Argus* eo genere occurrit. *longae* in Mentel. et *esse* pro *isse*, ut in pr. Leid. meoque cod. Pro *longe* Heins. *Colgi* scriptum fuisse, et inde *Colchi* legendum, coniiciebat. Sed nil muto.

20. *Mysorum scopulis*) *Misenum* male in cod. Colbertino.

21. *Placitis ut constitit oris*) sic Heins. et Broukh. pro vulgari *placidis*. Recte. Male *undis* in cod. Reg. et vitiose seq. vs. *tempora* pro *litora* in Voss. tert. *teget* in aliis. *legit* in Voss. pr. et Heinsii.

23. *At comes invicti -- ultra*) *invitis -- se positi* in prr. edd. *invitis* etiam in codd. Regg. *processerit* in pr. Voss. et Mentel. *precesserit* Voss. quart. et Askew. *Iuvenis* primo casu est Hylas, Herculis invicti comes. Rutgersius in Varr. Lectt. coniiciebat: *iuvenis processerat urna*, sed postea hanc coniecturam reiecit ob locum Val. Fl. III, 530 de Dryope, quae Hylam rapuisse dicitur: *E quibus Herculeo Dryope percussa fragore, Quum fugerent iam tela ferae, processerat ultra, turbatum visura nemus.* Improbavit et hanc Rutgersii coniecturam N. Heinsius in notis ad Propert. pag. 675, qui potius vs. 43 legendum existimabat: *flumina in urnis*, idem etiam repudiabat alteram avunculi sui correctionem versu sq. *Sacram aquam* ex Apollon. Rhod. qui ἱερὸν ῥόον vocat, legentis. Vtroque tamen loco vs. 23 et 43 *urna* posset admitti, quia illius etiam bis mentio fit apud Theocrit. in Hyla vs. 36 et 46.

26. *Hunc -- Calais)* Correxi *Zetes*, Graecis enim ubique Ζήτης· *Zethes* in omnibus fere edd. tam vetustis quam recentioribus, etiam Broukhusii et Vulpii, qui in locis Apollonii Rh. I, 1207, et Apollodori, quos adfert, Ζῆθης vitiose etiam exhibuit. In codd. *Zetus* vel *Zethus* confuso nomine cum Iovis et Antiopes filio *Zetho*, Amphionis fratre, de quo vid. III, 15, 29. eadem confusio est in codd. apud Ovid. Met. VI, 716. Bvrm. Sed vide quae hanc in rem notavit Fischerus ad Palaeph. 23, 4, 15. *Hinc s. et Z. hinc* etc. Heins. Advers. pag. 332. Kvin.

27. *Oscula -- palmis*) *palmis* in duob. Leidd. Voss. pr. sec. et quarto, binis Dorvill. meisque et prr. edd. *plantis* Auratus et Is. Vossius. Livineio *plumis* legenti assentitur Broukhus. et sic Francius, neque tamen *pennis* Broukhusio displicebat, ut Guyetus et Graevius epist. ad Heins. tom. IV Syllog. pag. 302; et hoc unice verum esse adscripserat Marklandus, quem vide ad Stat. pag. 81; sic *plumae* et *pen-*

nae permutantur ap. Virg. Aen. XI, 724, ut apud auctorem Culicis vs. 173. BVRM. Recte vero Mitscherlich. Lectt. in Catull. et Prop. pag. 159 lectionem *palmis* tot codd. auctoritate munitam, multo magis Propertianam esse, quam lectiones reliquas, neque ullam satis idoneam causam adesse, cur ea eliminanda sit, quum *palmae*, ut ταρσοὶ Gr. docte declarent ipsas *alas* Boreadum. *Palmam* enim Latinis extremam cuiusvis rei longius protensae partem denotare. Sic remi pars summa Catullo et aliis *palma* dicta, hinc omnino de remis, ut h. l. de alis. vid. Catull. LXIV, 7; IV, 5; et ibi Doering. KVIN.

29. *Ille sub -- secluditur ala*) *subducitur* Mentel. Leid. pr. Voss. et Askew. *concluditur* in codd. Regiis, Leid. sec. et tertio, et prr. edd. *producitur* Voss. tert. *succluditur* in quarto. *subcluditur* in codd. Colbertt. Dorvill. pr. Borrich. et Dresd. Graevius in epist. ad N. Heins. tom. III Syllog. pag. 303 tentabat: *Ille sub extremum intendens subducitur illis*, *Et volucrum* (sic cod. Posth.) *ramo* etc. sed melior videtur Heinsii coniectura ep. seq. pag. 304: *Ille sed extrema pendentes ludit in ala*, *et volucres ramo* etc. ut Hylas sub arboris propinquae ramos se receperit, ut tutus esset ab insidiatorum volucrium osculis, quos ita ludebat, et *pendere in ala* dicatur, ut *pendere in novaculâ* ap. Phaedr. V, 8, 1; ubi vid. Patrui mei not. *in extenta ala* idem Heins. in notis autem ad Prop. post Advers. pag. 675 conj. *Ille sub extremam tendens se proripit umbram*, sed ex his coniecturis praeplacet omnium optima: *Ille sed extrema pendentes ludit in ala*, quae adstrui potest Ovid. Met. V, 667: *Corpora Cecropidum pennis pendere putares.* Neque *volucres* cum Graevio mutandum in *volucrum*. *Volucres insidiae* elegantiae Propertianae sunt.

31. *Iam -- Orithyiae*) *cessit* in pr. Voss. sec. Dorv. Excerptt. Modii seu Groning. Mentel. et sic Heinsius, vel potius *cessant*, ut uterque Calais et Zetes intelligantur. vid. eum in ep. ad Graev. tom. III Syllog. pag. 303. *cesset* tamen in plerisque codd. sec. Leid. quat. Voss. pr. Dorv. Askew. meo utroque. *cessat* ex uno Regio, approbante Gro-

novio, Bronkhus. qui *Orithyïae* male h. l. et II, 26, 51 edidit, punctis appositis; quod metro obstat, quia Ὠρείθυια Graecis est, et ideo secunda corripi nequit, sed contrahendae sunt duae ultimae syllabae, ut versus sit spondaicus, vid. Pier. ad Virg. Georg. IV, 463; Micyll. ad Ovid. Met. VIII, 371. *Orithyia* cod. Dresd. *Orithiae* legitur in pr. Leid. meisque codd. ut in edd. priscis. Optime Servius ad Virg. Aen. XII, 83: *quos ipsa decus dedit Orithyia) hic versus* σπονδειάζων *est; nam* θυι *diphthongus Graeca est.* Eodem modo peccatur vulgo in nomine *Ilithyiae*, quod in carmine non minus ac *Orithyia* trisyllabum vitiosum facit, quia diphthongus υι in secunda, syllabam productam requirit, quod satis manifestum ex Carm. Sec. Horat. vs. 14: *Lenis Ilithyia tuere matres.* Ovid. Met. IX, 283; et in aliis veterum locis ap. Heins. ad Ovid. Am. II, 13, 21. B. Vulpius nostro versui similem laudat Val. Fl. I, 468: *Quin et Cecropiae proles vacat Orithyiae.* K.

32. *Ah dolor ibat -- Hamadryasin*) *ibat Hamadryas hinc* in Regg. Colbertt. duob. Leidd. quat. Voss. Askew. binis Dorv. meo sec. et prr. aliisque edd. versu admodum inconcinno. *hinc ibant* in meo pr. ut in cod. Heins. *ibat hinc Hamadryas* in Borrich. *ibat Hylas Dryasin* Rutgersius et Ayrmannus. Burm. Mitscherlich. Lect. in Catull. et Prop. pag. 160 recte monet verba *Ah dolor* non esse cum nonnullis interpretibus exclamative accipienda, sed *dolor ibat Ham.* iungenda; ipse pro *Ah* legit *Iam*; sed haec huius particulae repetitio ingrata est. K.

33. *Hic erat — montis*) *Phlegae* Leid. pr. *Phlegrae* meus pr. *Arganthi Phlegre* in uno Colbert. in altero *Arganthi Fege.* Regius pr. *Arganthi Phegae*: alter *Arganthophagi.* Voss. quartus *Phrege. Phege* in sec. Leid. tribus Voss. pr. Dorv. Excerptt. Scalig. et Askew. *Phegi* in sec. Dorv. *Phegae* Mentel. *Phlege* Borrich. *Phegie* Neapol. *Arganti Phegae* in prr. edd. *Arganti Phlegre* cod. Groning. et Aldd. *Arganto* cod. Ant. Perreii. *Argantomini* in sec. Vaticano. *Arganthonii* in quinto. *Arganthonei* in Excerptt. Colotii. Muretus legebat: *Hic erat Arganthonei sub v. m.*

deleta voce *Pege*, quae tamen, ne quid de duritie versus dicam, suo loco minime movenda est, reclamantibus omnibus codd. et edd. priscis. Neque felicius Domitius Calderinus ad Statii Silv. pag. 31: *Hic erat Arganti Phagi.* Mureti emendationem laudavit Toupius Emend. ad Suidam P. I, pag. 171 sq. sed mirari satis nequeo, ei in mentem venire potuisse, quod et Lipsio olim exciderat, *pege* voce Graeca, πηγὴ, hic pro Latina *fonte* usum fuisse Propertium, quod profecto in politissimo scriptore insolens et putidum esset. Apollon. Rhod. I, 1222: Αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσιν Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται. ubi schol. Ὄνομα κρήνης Πηγαὶ, οὕτω κυρίως. Forte indicare voluerunt, fontem hunc, magna aquarum copia scatentem, vocatum fuisse πηγὰς, seu *vim aquarum*, ita ut ex earum abundantia in nomen proprium apud incolas abierit fons, vero nomine *Ascanius* dictus, vid. vs. 4; nam πηγαὶ de aquarum copia dicuntur, ut πηγαὶ δακρύων Soph. Antig. 814; Charit. I, 3, ubi vid. Dorvill. et hinc πηγαὶ ποταμῶν Hom. Il. ό, 9. Non male igitur Scaliger *Pegae*, sed singulari *Pege* hic usus est Propertius. -- *Thyniacis* male in Borrich. *Thiniasin* recte in Neapol. Ant. Perreii cod. Mentel. Excerptt. Scalig. aliisque et edd. vetustis.

35. *nullae pendebant*) sic in plerisque codd. et edd. prr. sed *nulli* in Aldd. Iuntina, Colin. Gryphii, aliis, ut in Voss. quarto. Hunc igitur locum referunt inter exempla, licet rariora, in quibus *nullae* tertio casu pro *nulli* occurrat. vid. Munck. ad Fulgent. pag. 139. *nulli* tamen praeferebat Heinsius. Versu seq. pro *roscida* forte legendum *rorida*, ut II, 30, 26, ubi *rorida* in Codd.

37. *Et circum irriguo*) hanc lectionem omnium fere codd. vett. et edd. priscarum praeferendam putavi. *circum riguo* in vet. cod. Scalig. *circumriguo* edidit Broukhus.

39. sq. *Quae modo etc.*) *Quem* Leid. pr. Mentel. Dresd. et meus pr. ut ad *florem* referatur, sed perperam. *pertulit* male in Mentel. Borrich. Leid. pr. et meo cod.

42. *tardat*) *tradit* in pr. Vatic. et vet. Ant. Perreii, male.

43. *Tandem -- demissis fl. palmis*) *dimissis* male in

nonnull. codd. et *flumine* in Voss. sec. Heinsii vero coniectura *flumina in urnis* hic non minus blanditur, quam Rutgersii supra vs. 23 *processerat urna*, praesertim propter additum verbum *haurire*, ut ap. Ovid. Met. XIII, 534, 535, et Theocritus χάλκειον ἄγγος et κρωσσὸν memorat vs. 39, 46.

44. *Innixus dextro -- humero*) *Nixus et exserto* conj. Heins. ad Ovid. A. A. III, 5, 307, et in notis ad Prop. pag. 676. *exsertum* Hylae, seu *nudatum* humerum confirmat seq. vs. *Cuius ut accensae Dryades candore* humeri nempe. Hanc igitur emendationem recepit Broukhus. *Nixus* est inclinatus, ut recte monuit Gronov. in Obss. sic III, 4, 15; I, 3, 8 al. Sed *Innixus dextro*, quae est omnium codd. lectio, veram lectionem esse ad libri sui marg. notaverat Markland. ita distinguens: *Innixus dextro*, *plena trahens*, *humero*. *Plena* nempe flumina. Burm. Sed quid in istis: *Innixus dextero pl. t. humero* vel Propertium, vel Latinam linguam dedecet? scilicet hoc Propertio negabimus, ut *humerum* pro brachio ponat: ego sane nihil a sua libertate, quae tantopere placet, alienum fecisse puto: deinde Apollonium in oculis habuisse, quum haec pangeret Propertius, vere Scaliger et Rutgersius observarunt, hic habet λέχρις ἐπιχριμφθείς· hunc proni corporis, et in dextram partem inclinati habitum, opportune praepingit vetus Propertii lectio, a qua nulli codd. dissident. Hemsterhusius.

45. *Cuius ut accensae*) *Quovis* in Vossiano i. e. *Quoius*, ut infra vs. 49. *Quoi procul* in Dorv. pro veteri scribendi modo. vid. notas ad Ovid. Met. VIII, 640; Broukhus. ad Tibull. I, 11, 64; Dorv. Obss. Misc. tom. I, pag. 134. *Huius at* Heinsius, forte quia in aliis codd. et edd. *et* (Broukhus. *ut* positum monet pro *postquam*). Sed *Cuius ut* in Regiis, Colbertt. Borrich. aliis. *Cuius inaccensae* in duobus libris legi testatur Lipsius.

46. *solitos destituere choros*) *solidos* male in Dorvill. sec. (solemni errore, vid. Obss. Misc. tom. IX, pag. 409. K.) *deseruere* in uno Gebhardi, quae voces frequenter commutantur. Sed *destituere* huic loco vindicabunt, quae notavit Heins. ad Ovid. Heroidd. XVII, 196.

47. *Prolapsum -- liquore*) *Prolapsum et leviter* Heinsius. *fragili texere* corrupte in Voss. tertio. *texere* etiam in cod. Perreii, pr. Aldi, Iunt. Colin. Gryph. quod Passerat. explicat, undis mersere. *struxere* vitiose in pr. Vatic. Sed *traxere* in Neapol. Groning. aliisque, et prr. edd. quae verissima lectio est, et adhaeret Apollonio Rhod. I, 1239. *prolapsum* male Rutgersius inclinatum exposuit, quod supra vs. 44 praecessit, sed prolapsum, in aquam cecidisse indicat, firmat hanc lectionem locus Val. Fl. III, 562: -- *heu sera cientem Auxilia, et magni referentem nomen amici, Detrahit: adiutae prono nam pondere vires.*

49. sq. *Cui procul Alcides -- fontibus aura refert*) Pro *Alcides* Gronov. in Obss. *Elatides* vel *Ilatides* legit ex Apollon. Rhod. I, 1241, qui scribit, raptum Hylam et clamantem primum auditum esse a Polyphemo Elatide, et ab eo nuntium rei ad Herculem perlatum fuisse. Sed secutus est noster Theocritum, qui in Hyla nullam Polyphemi mentionem facit, vid. vs. 55 sqq. Rutgersius in Lectt. Varr, pag. 223 aliter interpungit, emendatque: -- *corpore fecit, Hyla Cui pr. Alc. iterat. Responsa sed illi Nomen* etc. Hanc tamen coniecturam, quae Hemsterhusio mirifice placuit, reiecit Dorvillius in Obss. Misc. tom. I. pag. 134, eamque everti notat a formula illa in fine versus, *sed illi*, non tantum aliis poëtis, sed Propertio prae caeteris, amata, ut IV, 4, 15, 7, 11; Tibull. I, 4, 73. Heinsius legit: *Quem pr. Alc. iterat. responsa sed illi Nomen ab extr. montibus a. r.* sed *iterat responsa* coniungenda, neque *responsa* cum caeteris sic connectenda videntur, sed *responsa illi nomen refert aura*, neque placet *montibus* pro *fontibus*, nam ex ipso fonte auditam fuisse Hylae tenuem vocem, heri sui auxilium implorantis, cui *responsa iterat* Hercules, indicat Theocrit. vs. 59, et Antonin. Lib. c. 26. Burm. Fonteinius, referente Huschkio in ep. ad Santenium, editioni suae Broukhusianae adscripserat: *Alcides ter Hyla respondet, at illi*, quae lectio propius accederet ad verba Theocriti Id. XIII, 58: Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄυσεν· sed propius, inquit Huschkius, responderet literis coniectura illa, si legeretur;

Alcides ter Hyla responsat, at illi. Recte, sed nihil mutandum videtur, quum codd. repugnent, omninoque Propertius paulo aliter rem tractaverit quam Theocritus. Kuin.

51. *monitis servabis amores,*) *monitus* in Colot. vet. cod. Perreii, sec. Vatic. Neapol. Dresd. pr. Dorv. et in Gebhardi Commeliniano, et sic coniecerat Broukhus. curis secundis, male. vid. el. I, extr. Markland. sublata in fine versus distinctione, coniungebat *servabis credere*, et *servabis* exponebat, *cavebis*, ut Graeci utuntur verbo φυλάττειν· vid. Soph. Philoct. 460; Eurip. Med. 102.

52. *tutus*) sic ex suo cod. Scaliger, quod recepit etiam Rutgersius. *visus* in Leidd. Vossianis, Borrich. Regg. uno Colbert. Groning. utroque Dorv. et meis et sic in prr. aliisque edd. *risus* vel *rursus* in aliis codd. *iussus* in quinto Vatic. et altero Colbert. *nisus* conj. Heins. vel *cautus*, quod ultimum etiam Francio placebat.

ELEGIA XXI

Superiori adiungunt omnes fere codd. Regii, Colbertt. Borrich. Dresd. Askew. Leidd. Voss. Dorv. meus uterque, et edd. prr. forte quia Gallo praecedens elegia inscripta est, qui tamen diversus est ab eo, cuius infelix sors hic describitur, unde *epicedium in Gallum* praefigitur in pr. Vaticano.

3. *Quid nostro gemitu -- torques*) *Qui nostro* Groning. quod ex suo cod. etiam profert et probat Livineius, et ex Commelin. Gebhardus. Optime Heinsius, *quid nostro interitu. limina* prave in pr. Leid. et Mentel. *torquens* in pr. Voss. et meo sec. *lumina* lacrymis *turgentia torquere* id. qd. aliis *fletu cruciare, foedare, corrumpere oculos*, Ovid. Am. III, 6, 57; A. A. I, 129; Tibull. II, 7, 25.

4. *Pars ego sum vestrae*) *Par ego sum nostrae* in Voss. pr. *Par* etiam in Leid. pr. et Mentel. *maxima* vet. cod. Perreii et in Voss. tertio, sed *proxima* superscr. a m. sec. Heins. conj. *Pars ego sum vestrae inprospera militiae,*

5. *Sic te servato p. g. parentes*) *Si te* in altero meo

cod. *ut possint* inseritur omnibus fere codd. et edd. priscis, sed recte Passerat. delendum *ut* monuit, notatque nonnullos pro *servato ut* legere: *Sic te servatom*, seu *servatum*, unde id desumsisse videtur editor Elector. Etonens. pag. 111; sed *te servato gaudere* locutio est nostro usitatissima.

6. *Haec soror Acca)* *Nec soror* male in quinto Vatic. Excerptt. Modii seu Groning. duob. Leidd. Regiis, uno Colbert. Mentel. tertio et quarto Voss. meo pr. Borrieb. et edd. prr. *Ne soror* in Neapol. duob. Voss. Dorvillianis, meo sec. et Colbert. sec. sed iam Beroaldus *Haec soror* legendum monuit. *acta* pro *Acca*, quod Scaligero debetur, est in omnibus codd. illis, etiam Dresd. *Atta* in pr. Dorvill. quod nomini proprio feminae Romanae posset adstipulari. *soror apta* in Palatino priore Gebhardi. Eadem confusio ap. Sil. It. IX, 117, ubi vid. Heins. et Drakenb. Hoc igitur praeferrem coniecturae Heinsii *uda*, vel *aucta*, ut tentaverat propter lacrymas. Qui vulgatam *acta* tuentur, exponunt, vel quae bello Perusino erant gesta, vel morientis mandata, commilitoni commissa, ut II, 13, 18.

7. *Gallum -- enses) ignes* in cod. Regio. *elapsum* in ora libri sui notaverat Markland. pro *ereptum*: ut saepius Virg. loquitur Aen. I, 243; II, 318, 526; sed vulgata non sollicitanda, vid. Virg. Aen. III, 476, 711; Ovid. Met. XIV, 476.

8. *ignotas non potuisse manus)* *vias* in Voss. quarto. *minas* in tertio. *in notas* conj. Francius. *hic notas* Heinsius, male.

9. *Ut quaecumque)* *Et quicumque* in pr. Leid. pr. et tert. Voss. Borrich. meis, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. in caeteris codd. et edd. prr. *Et quaecumque* ex libro suo Scaliger. (et sic in edd. plerisque, etiam Broukhus. Vulpii et Burm. K.) *Ut quaecumque* ex vet. cod. Passerat. quod probo; et sic Dresd. *At quaecumque* Ayrmannus.

ELEGIA XXII

Ad Tullum de origine eius Vatic. apud Livin. *Ad T. de genere suo* Dresd. *Ad Tullum de patria sua* in aliis codd. praefigitur. Esse hanc elegiam fragmentum maioris videbatur Francio.

1. *Qualis et unde genus)* *Quaeris* male in cod. Heins. *unde domus* tert. Voss. forte *unde domo*, ut ap. Senec. ad Helv. c. 6; ubi vid. Lips. *parentes* pro *penates* cod. Dresd.

3. *nota sepultae)* *sepulchra* in Leidd. Voss. Dorvill. meis, Regg. Colbertt. Borrich. Groning. cod. Vlamingii, et prr. aliisque edd. Probasse videtur etiam Markland. nam adscripsit locum II, 1, 27; et sic urbes deletae et regiones subactae *sepulchra* dicuntur, ut Graeci τύμβους et τάφους vocant. Vid. Bentlei. ad Horat. Epod. IX, 21; Drakenb. ad Sil. It. I, 50. Sed nec male Scaliger *patriae sepultae* (quod magis poëticum videtur. Kvin.) ut in cod. vet. Memmiano invenit Passerat. et elegans est huius vocis usus de rebus obscuratis et oblivione deletis.

6. *Sis mihi -- dolor)* *Quae* Ferrarii liber. *Fis* conj. Heins. *Sis* legendum monuit Scaliger. *Sic mihi* in pr. Leid. Voss. tert. Dorv. sec. Vlamingii cod. et Mentel. *Sit mihi* in sec. Leid. pr. sec. et quarto Voss. Regiis et Colbertiuis, Borrich. pr. Dorv. Askew. meoque sec. *Tu mihi* in meo pr. et Heinsii: quod coniecerat Markland. *Sis* vel *Vae* Passerat. *praecipue haec pulvis* in quinto Vatic. *Sit mihi* in primis edd. Aldd. Iunt. aliis.

7. 8. *Tu proiecta -- Tu nullo)* *Et proiecta* in Voss. pr. et sec. meoque altero cod. ut vs. seq. *Et nullo* cum repetitione in Voss. tertio. Pro *membra* prave in uuo Colbert. *verba*.

9. *supposito)* *subiecto* affert Scaliger. ad Manil. I, 580.

10. *terris fertilis uberibus)* *terrae uberibus* Gebhardus, ut Virgilio: *divitis uber agri*, *uber glebae* et similia, pro fertilitate, ubertate. Sed desidero exemplum, quo *ubera terrae* eo sensu occurrere probetur, plurali numero. *Terrae uberes* hic recte dicuntur adiectiva notione.

IN LIBR. II ELEG. I

2. *Vnde -- in ora liber*) ita recte castigatum a viris doctis. Olim legebatur *mollis in ore*, quod frustra propugnat Scaliger. Differunt enim *venire in ora*, et *esse in ore*, populi nempe, ut apud Ovid. Heroidd. XVII, 34; sed *venire*, *volitare*, *tradi*, et *traduci in ora*, vel *per ora*, vid. Bernecc. et Vorst. ad Iustin. XVI, 5, 5.

3. *Non haec Calliope -- dictat Apollo*) sic edidi auctoritate codd. Palatinor. idque probabant in notis suis Livinei. Heins. et in libri sui marg. Markland. vid. Ovid. Heroidd. XV, 27; Am. II, 1. ult. et hanc lectionem adstruit Schrader. Emend. c. 5 loco Boëthii Phil. I. M. 13: *Ecce mihi lacerae* dictant *scribenda Camenae*. In aliis codd. et edd. vetustis *cantat*, ut edidit Broukhus. *Non mihi Calliope* in duob. Leidd. Heins. Mentel. Dresd. Borrich. meo sec. et edd. prr. *Non mi C.* in ed. Dousar. aliisque. *Non hoc C. non hoc* in Excerptt. Scalig. *Non mihi C. non haec mihi* in codd. Regg. et uno Colbert. sed in altero Colb. *Non haec C. non haec*, quam veram lectionem probat imitatio Ovid. Trist. V, 1, 27.

5. 6. *Sive illam Cois fulgentem* etc.) *Sive illam Chois fulgentem incedere cogis* in pr. Leid. duob. Voss. Mentel. sec. et quinto Vatic. utroque Dorv. Heinsii, meo priore, et Dresd. *Sive i. Caeis f. inc. cogis*, *Hoc t. e Caea* Groning. *incedere vidi* in Voss. quarto. *Ceis* et *Cea* etiam in sec. Leid. ut haec passim variantur. vid. I, 2, 2: *longis fulgentem incedere Cois* legebat Ayrmannus. In fine autem versus *cogis* est in multis codd. et marg. Askewiani. *togis* in codd. Regg. Colbertt. et meo sec. in cuius marg. *cogis*, ex qua vitiosa scriptura enatum fuit *logis* i. e. *longis*; ut *stola longa* Ovid. Fast. VI, 654. in edd. prr. *Caeis togis*, unde Broukh. *Cois f. inc. totis* edidit; sed *Cois f. incedere totam* placebat Patruo meo ad Virg. Aen. X, 539. Heinsius in notis pag. 677 conj. *Sive illam tunicis fulg. inc. Cois*;

quod minime displicet. *Totum de Coa veste* legebat Schrader. Obss. II, 6; quod non immerito amplexus fuit Koppiersius Obss. c. 11, pag. 137; et huic lectioni favent codd. nam *Hoc* desideratur in Voss. quarto, et *de Coa* in eodem et Askew. (Hanc vero emendationem repudiat Barthius ad h. l. Cur enim, inquit, non possit Prop. dicere, se hunc ipsum librum secundum, si libitum sit, ex hac levi licet materia, tanquam filum e tenui lana deducere, et integrum conficere posse volumen? Nam praepos. *e* elegantiorem phantasiae imaginem exhibet, unde leviore mutatione scribi posset: *Hac totum e Coa*, sed nihil opus. K.) *Cois f. inc. togis* in codd. Regg. et Colbertt. metro in ultima voce vitiato, unde in aliis cdd. *Sive togis illam f. i. Cois.* Sed recte Scaliger notavit, *togas* meretricibus et damnati pudoris moechis convenire. Forte prae caeteris praeferenda esset Patrui coniectura ad Virg. supra laudata. Nam verbum *incedere* a vs. seq. 7 *Seu vidi* etc. male dependere, contra loquendi consuetudinem, adeoque ex cod. Voss. et Livineii Vaticano legendum esse *incedere vidi*, nondum probare possum; neque minus elegans est repetitio *incedere totam Totum de Coa*, quam *incedere vidi* et post interiectum alium versum, *Seu vidi* etc. Markland. in ora libri sui conj. *Sive illam Coa fulgentem incedere veste*, vel, quod praeferebat: *Sive ill. C. fulg. incedere textis*, ut *Coae textura Minervae* IV, 5, 23. Burm. Astius Obss. pag. 20 legendum esse censet: *Sive vagis illam fulgentem incedere Cois*, sed nimis dura est ellipsis verbi *vidi*, quod vs. 7 legitur, quicquid contra dicat Burm. neque magnopere nobis arridet epitheton *vagis*, et haec coniectura codd. auctoritate plane destituta est. Quum in codd. nonnullis pro *cogis* legatur *vidi*: Huschkius epist. Crit. in Prop. pag. 13: » non patet, inquit, quomodo *vidi* cum *cogis* permutari potuerit. Lego: *Sive ill. C. fulg. incedere novi*. *Novi* fortasse in marg. cod. illustratum est verbo *cognovi*, quod per compendium scriptum ansam praebere potuit vitiosae lectioni *cogis*. « Mihi vero haec lectio ita orta esse videtur. Grammaticus ad verbum *vidi* in marg. Cod. sui notaverat *togis*, quod etiam in Codd. nonnull.

extat, nempe Cois; librarius ineptus legebat *cogis*, et omittebat verbum *vidi*, quod vs. 7 recurrit. Lectionem autem genuinam puto: *Sive illam Cois fulgentem incedere vidi*. Nam *Cois* etiam absolute legitur, neque repetitio τῦ *vidi* elegantia caret. Kuin.

7. *Seu vidi ad frontem sparsos*) *ad fontem* in uno Voss. unde orae cod. sui adscripserat Patruus meus: *Seu vidi ad fontem sparsis errare capillis*, ut innuat se vidisse Cynthiam ad fontis ripam ambulantem solutis et promissis capillis, quos referebat aquae imago. Vulgatam tamen lectionem tuetur el. III, 13, 22, 9.

9. *Sive lyrae -- percussit eburnis*) *percussit*, ut Broukhus. edidit, est quidem in variis codd. Leidd. Voss. Borrich. Dresd. uno Dorv. meo utroque, et aliis, ut et in prr. ac reliquis fere edd. mihi tamen praeferenda videtur Dousae Fil. coniectura *percurrit*, quia hoc exigunt *faciles manus*. In plerisque enim veterum locis, quos Broukhus. affert, ut tueatur *percussit*, agitur de graviori sono, quo cithara pulsatur, feritur, ac percutitur, neque adduntur *agiles* vel *habiles manus*, ut h. l. *faciles manus*, molles ac leves. *Percussit* tamen hic etiam praetulisse videtur Markland. ad Statii Silv. pag. 181. *lyra* legendum, quod et Heinsio inciderat, Struchtmeyero Animadvv. Crit. II, 1, pag. 88 (*lyra -- percussit*) et Hemsterhusio placebat ex Ovid. Trist. IV, 10, 50: *Dum ferit Ausonia carmina culta lyra*. Mihi tamen ibi legendum videtur *Dum canit*. Heinsius Advers. II, 1 legendum opinabatur: *Sive lyrae stamen digitis percussit*) *eburnae* et in notis pag. 677 *lyrae stamen*, vel *lyra eburna* probabat. Certe *lyrae stamen* pro filo vel nervo lyrae Ovid. etiam dixit Met. XI, 169; *digitos* autem *eburnos* agnoscunt omnes codd. et e suis affert Nestor in Vocabular. pag. 50 in *ebur*. Locum optime constitutum iri puto, si admissa Heinsii emendatione *lyrae stamen*, legatur: *Sive lyrae stamen digitis percurrit eburnis*. -- Burm. Lectionem *percussit* unice veram, et improbandas esse Heinsii coniecturas, e notis nostris, ut opinamur, perspicuo satis patebit. K.

10. *faciles ut premat*) Hemsterhusio praeplacebat *regat*. Sed *premat* vera lectio est, nec quicquam codd. variant, nisi quod *premit* in nonnullis, *facilis* in aliis, *Mirentur* in Excerptt. Modii. Burm. Palmerio rescribendum visum est *tremat*, neque Cannegietero ad Avian. f. IX, 7 *premat* placebat, Struchtmeyerus *regat* praeferendum censebat. Sed locus sanus. K.

11. *Seu quum poscentes somnus*) *somnus* in sec. Leid. altero Dorv. Groning. et in prr. aliisque priscis edd. idque tuetur Livineius. Rectius tamen *somnum* ex aliis codd. praetulerunt viri docti, quod a Neapol. Borrich. et Scaligeri cod. firmatur. *Ocelli*, *somnum poscentes* iungenda sunt. Burm. Praefero lectionem *somnus declinat*, quae longe elegantior est, quam illa altera *somnum*. vid. notas. K.

17. *Quod mihi si tantum*) *Quid mihi* in sec. Leid. prr. et aliis priscis edd. sed *Quod* in caeteris. Heins. coniec. *O mihi si cantu*, vel *Quod si oris tantum*. Altero vs. *Vt possim* Voss. quart. *posses* pr. Leid. et Mentel. *possent* in sec. *Et possem* in meo priore.

20. *ut coelo Pelion esset iter*) *at coeli* Dresd. *coeli* in Leidd. Voss. Dorv. meis, reliquis. *coelis* coniecit Oudendorp. sed *coelo* recte pro *ad coelum*, vid. ad Val. Fl. I, 565, ubi pro *coeli* in aliis *coelo*. Guyetus tentaverat: *coeli pervium ut esset iter*, male, vid. Ovid. Fast. I, 307.

21. *Non veteres -- Xerxis et imperio*) *Nec veteres* in Excerptt. Modii seu Groning. Neapol. altero Colbert. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. et meo sec. quod probo, ut hic variationis causa *Nec* repetatur. *Xersis* in pr. Leid. Voss. sec. et quarto, duob. Dorv. et Neap. *Persis* in Mentel. pro vera scriptura *Persis*, ut in Heinsii, meo pr. et aliis. Sic saepe *Perses* et *Xerxes* in codd. commutata, vid. notas ad Lucan. II, 672; III, 286; ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 190 sq. *Et Xerxae*, vel *Persae* conj. Heinsius.

23. *Regnave -- altae*) *Regna aut prima* Neapol. *muros Carthaginis* afferunt Dousa et Boxhornius ad Sulpiciae Sat. vs. 19. Quid si *arces*? sed *animos* pro virtute bellica et mentis robore ac firmitate intelligere possumus. vid. Pa-

truum meum ad Virg. Aen. X, 357. *Cimbrorumque manus* pro copiis ingentibus, ex cod. Palatino Gebbardus. Male. *Cimbrorumque minae* in codd. Regiis et edd. prr.

28. *classica bella fugae*) *maxima regna* Voss. tert. *classica vela* corrigebat Heins. Adv. II, 1, pag. 201, et in Notis pag. 678, quod praeferrem. *vela* favent *fugae*, ut *vela fugacia* Ovid. Epp. XIII, 21. *classica pulsa* Ayrmannus. B.

30. *Et Ptolemaeeae -- Phari* etc.) Schrader. Emend. pag. 115 traiectis voculis legit: *Aut Ptolemaeeae -- Et canerem* etc. ne Aegyptus a Pharo disiungatur. SANTEN. in Addend.

31. *Aegyptum et Nilum, cum tractus in urbem*) *Cyprum* et *Nilum* in pr. Leid. tribus Voss. Groning. Borrich. quinto Vatic. sec. Colbert. Mentel. utroque Dorv. et meis. *Cyptum* in Neapol. *et nullum contactus* in pr. Leid. et Mentel. *contractus* pr. Voss. et Dorv. *attractus* Neapol. et Voss. sec. *qui tractus* in tertio. *captus ad* in quarto. *et nilum contractus in urbem* in meo pr. *in orbem* ed. Gryph. vitiose. Vera lectio *cum tractus in urbem*, quod exigit *debilis ibat*.

34. *Actiaque in Sacra currere*) *fervere* conj. Heinsius. Male. In nonnullis codd. corrupte *insana via*, ut in pr. Leid. Borrich. Heins. et meo pr. *sacrae viae* in Colbert. *rastra* male in Groning. *Actiaca in Sacra* male affert Orleans ad Tacit. pag. 191.

35. *Te mea Musa -- Semper contexeret*) *Et te Musa* in Dorv. pr. *Et mea* in sec. et duob. Colbert. *contexerit* in duob. Leidd. tribus Voss. Meutel. Dresd. Heins. Borrich. uno Dorv. et meis. *contexuit* Groning. et vs. seq. *Te sumta*. Mihi *semper* suspectum et languidum videtur, an forte legendum? *Te mea Musa illis insertum intexeret armis*.

37. 38. *Theseus infernis* etc.) Hi versus aut male hic aliunde intrusi, aut desiderantur nonnulla. Locum forte commodiorem invenire possent supra lib. I, 19 post vs. 6 hoc ordine: *Non adeo leviter* etc. *Vt meus oblito* etc. *Theseus infernis* etc. Exempla heroum illic memora-

bit, qui non tantum in vita amicitiae perennis tenorem, ut Patroclo Achilles, et post fata, spreto ipso Phlegethonte, Theseus Pirithoo, sed etiam coniugalis vinculi sanctimoniam et mutuis fidum pectus amoribus, ut Laodamiae Protesilaus, apud inferos exhibuerunt. Neque tamen hanc coniecturam certam affirmo. Miror vero Broukhusium *superis* hic de οὐρανίοις seu coelestibus locis intellexisse. Forte cogitabat illud Virg. Aen. VI, 781 de Romulo: *Et pater ipse suo Superum iam signat honore*: et in eadem sententia fuisse videtur Muretus, qui notat *Achillem ad Superos propter virtutem evectum esse*. Sed *superae orae*, quas homines incolunt, *infernis* passim opponuntur, ut ap. Ovid. Met. X, 11; Vellei. Pat. II, 48 al. *Isionidem* cod. Dresd.

40. *Intonet angusto pectore*) *Intonat* in pr. Leid. quod admitti potest, propter *conveniunt* vs. seq. nisi illic *conveniant* cum Heinsio legendum. *augusto* male in Voss. pr. Heins. et meo pr. licet id retinendum censuerit Ayrmannus. Sed *angusto* recte in caeteris omnibus.

41. *duro praecordia versu*) *praeconia* in Excerptt. Modii seu Groning. sed *praecordia* saepe ap. Propertium pro animo et ingenio, ut infra el. IV, 21. Burm. P. Scriver. Animadv. ad libr. Spectac. epigr. 31. *Dore* mavult. Broukus.

42. *condere nomen avos*) *nomen* agnoscunt omnes codd. edd. prr. ac reliquae vetustiores. Nullo iure Broukhus. coniecturam suam, *numen* contextui invexit, eamque probare annisus est exemplis Horatii (Carm. IV, 5, 33 sq. Epist. II, 1, 16) quae tamen ab h. l. sunt aliena. Nam ap. Horat. Epist. l. c. meliori iure *numen* recepit, et multis exemplis adstruxit Bentleius, ubi *numen* de vivente adhuc Augusto dicitur. vid. etiam Oudend. ad Lucan. VII, 459. Sed *condere nomen* usitatius quam *condere numen*. cf. Virg. Georg. III, 48.

43. *de tauris narrat*) *de bovis* in Voss. pr. et Heinsii cod. an forte pro *bubus?* Versu seq. *Et numerat* in Neapol. Mox *aves* male in meo pr.

45. *versamus proelia lecto*) *versantes* in duob. Leidd.

quat. Voss. Regg. Colbertt. Dresd. Mentel. Neapol. Borrich. Groning. Askew. binis Dorv. meis et edd. prr.

46. *Qua pote quisque in ea conterat arte d.*) *qua pote quis* Voss. pr. Pro *in ea* in duob. Leidd. pr. et tert. Voss. Regg. Colbertt. Dresd. sec. Dorv. et meo pr. *mea*. In aliis *conterit* vel *conteret*.

47. sq. *laus altera, si datur uno Posse frui* etc.) sic recte in pr. Vatic. Neapol. Scaligeri et Modii Excerptt. legitur, pro quo in Dresd. et aliis, *laus si datur altera*. Heins. et Ayrman. *Vna posse frui*. -- *vivo* in Borrich. pr. et sec. Vatic. Dresd. Mentel. et cod. Perreii, qui recte etiam praeferebat, *laus altera, si datur. vivo* etiam in vet. cod. Passeratii, vel *altera si datur uno*. qui posteriorem lectionem probat. et sic in Leidd. et Voss. tert. in marg. *laus si datur altera vivo* in Regg. Colbertt. et meo pr. cum edd. prr. in aliis edd. vetustis, ut in Aldd. Iunt. Colin. Gryphii: *laus si datur altera in uno*.

49. *Si memini*) ita in omnibus fere codd. et edd. priscis. *Sed* in Vatic. probante Liviucio et Broukhus. qui in ordinem recepit. *ille* in Voss. pr. et sec. *levis* in pr. Leid. Mentel. et meo utroque.

51. *Seu mihi sint -- pocula Phaedrae*) *sunt* Voss. sec. et quart. Dresd. Mentel. Neapol. Vatic. quint. et meo pr. in quo *pondera* vitiose pro *pocula*, et in Borrich. Quum neque apud Eurip. neque Senecam in Hippolyto, aliquid occurrat de philtro, quo Hippolytum in sui amorem pellicere tentaverit Phaedra, suspicor legendum esse *pocula Thesei*, ut per *novercam Thesei* intelligamus Medeam, Aegeo nuptam, cuius astu Theseus fere interiit: in illius enim exitium Medea aconiton paraverat, poculumque venenatum in prandio Aegeus ipse filio Theseo, quae proles ignara parenti erat, destinaverat: sed ex gladii forma agnito mox filio, calicem proiecit. vid. Plutarch. in Theseo pag. 5. E. et Eustath. in Scholiis ad Dionys. Perieg. vs. 1017; add. Ovid. Met. VII, 421 sqq. Marklandus notaverat, *pocula non nocitura* dici, pro non nocentia, seu quae non nocebant, ut infra el. III, 54 *nupta futura* est, quae nupta

non erat. mallem *non nocitura* quae nocere non potuerunt aut debuerunt. vid. de hoc futuri usu Propertiano Patruus meus ad Petron. c. 119, pag. 556.

53. *Seu -- pereundum*) *est* interserunt omnes codd. et edd. vetustae. Deletum procul dubio fuit, propter sequens *urat*, et praecedens *Seu mihi sint* Pro *gramine* in Voss. pr. et tert. et in marg. mei sec. *sanguine*, an forte *carmine*? pro incantatione magica.

54. *Colchis Iölciacis urat*) *Cholchiacis* in plerisque ante Scalig. edd. quod et in cod. Borrich. Groning. Dresd. meo utroque, aliis. *Cholciacis* in duob. Leidd. quat. Voss. bin. Dorv. Sed *Colchis Colchiacis* minus recte cumulantur. Verissime igitur Scaliger. *Iölciacis*, quia *Iölcos* venenorum ferax, idque merito probarunt Passerat. Heins. ad Ovid. Met. VII, 158; Fast. II, 575; in notis ad Prop. pag. 678; et Muncker. ad Antonin. Lib. in Addend. pag. 68.

58. *non amat artificem*) cod. Voss. quart. *non habet*, ut legendum videbatur Koppiersio Obss. Philol. c. 11, pag. 138, qui praeterea locum hunc in vetustis codd. mendosis lacerum extitisse suspicatur *Solus Amor morbi*... sed deinde suppletum a descriptoribus fuisse hariolatur. Sed *non amat* vera lectio est. vid. I, 2, 7; Horat. Carm. II, 3, 10, ubi cf. Lambin. III, 16, 10; Epod. VIII, 16; add. Bentl. ad Sat. I, 4, 87; et Epist. I, 14, 9.

60. *lumina Phillyrides*) *vulnera* perperam in Excerptt. Scalig. et Dorv. sec. Burm.

61. sq. *Et deus -- focis*) ad hos versus annotatur in libro Ferrarii: Alius sic ex cod. vet. *Fertur et exstinctum Cressis Epidaurius herbis Hippolytum patriis restituisse focis.* -- Santen. in Addend. Haec lectio Grammatici interpretamentum redolere videtur, qui sciret Hippolytum ab Aesculapio vitae restitutum fuisse, vid. Virg. Aen. VII, 768. K.

63. *Mysus et Haemonia iuvenis*) Heins. Adv. II, 1, et in notis ad Prop. pag. 678 *Haemonii iuvenis* i. e. Achillis. Mihi tamen *Mysus iuvenis* praeferendum potius videtur, quam ut *Mysus* seu Mysorum rex, sine alia voce addita simpliciter vocetur. Neque obstat *iuvenem* dici Telephum, licet

aetate Achillem antecederet. vid. ad vs. 83. Pro *Mysus* in cod. Dresd. aliis *Missus* vitiose, et pessime *Nysus* in ed. quae Graevii nomen praefert. Caeterum hunc Prop. locum fortassis respexit Ovid. Am. II, 9, 7. Hoc autem loco deficit fragmentum secundi cod. Vossiani.

65. sq. *Hoc si quis vitium poterit -- Tantaleae -- tradere) potuit* cod. Dresd. *Tantaleae* alios secutus edidit Broukhus. *Tantalea* legitur in duob. Leidd. pr. et quarto Voss. Dresd. Heins. uno Dorv. Borrich. Mentel. Groning. meo utroque. Mendum latet in voce *tradere*, pro quo *radere* Heinsio placuit Adv. II, 1, pag. 201; notis ad Prop. pag. 678, cui tamen Broukhusius non obsequitur, et *radere poma* pro *corradere*, veteribus usitatum, aut Tantalo convenire recte quidem negat, sed interpretatio, qua lectionem *Tantaleae manu* (i. e. manui) *tradere poma* tuetur, pro fame enecto Tantalo poma tradere poterit, non satisfacit. Mihi legendum videtur: *Tantalea poterit carpere poma manu. Carpere* de irrito Tantali labore poëtis frequens, vid. epigr. ex Petronio in Anthol. Lat. tom. I, pag. 591, ut *captare* Ovid. Am. II, 2, 43; Art. II, 605.

67. *urnis) ulnis* habet Pucchus. *ille idem impl.* cod. Dresd.

71. *vitam mea fata reposcent) me facta* in pr. Voss. quod favet coniecturae Heinsii et Marklandi, *vitam me fata reposcent*, quod et Liviueio placebat; eleganter enim *poscere* et *reposcere* cum duplici casu quarto iungitur, vid. Heins. ad Virg. Aen. II, 139, et Patruum meum ad Quinctil. V, 10.

73. *spes invidiosa iuventae) pars* in pr. et quinto Vatic. sec. Dorv. Groning. aliis: quod et in suis invenerat et probaverat Beroald. sed merito reiecit Broukhus. Vulgatam, ut iam monuit Passerat. firmat imitatio Ovidii Met. IV, 794: *Multorumque fuit spes invidiosa procorum.*

74. *Et vitae et morti gloria iusta meae) Vt vitae et mortis* affert Torrent. ad Horat. pag. 3. *mortis* in Dresd. Heins. et meo pr. *gloriae iuncta* Guyetus. *gloria tute meae* inepte in pr. Leid. nisi *tuta* voluerit librarius, sed *iusta* vera lectio.

75. *Si te forte meo ducet)* *ducit* in cod. Heins. meoque secundo. Altero vs. *Exedra* vitiose in quinto Vatic. *celatis* in meo sec. et Dresd.

ELEGIA II

1. *Liber -- lecto)* hinc incipit nova elegia in multis codd. et edd. vetustis, cum titulo *Puellae Cynthiae laudes*, vel *ad Cynthiam*, ut in meo cod. et Dresd. Burm. Broukhusius, Scaligeri traiectione probata, in sua editione duo priora disticha elegiae tertiae, huic praeposuit. Broukhusium secutus est Burmannus. Male ac perperam, ut facile doctissimus quisque concedet, qui hanc et sequentem elegiam a Scaligero misere turbatas et laceratas attente perlegerit. K. *meditabar vivere* in duob. Leidd. tribus Voss. Mentel. Dresd. Groning. Borrich. Regg. Colbertt. et edd. prr. aliisque. Sed recte Broukhus. illud alterius lectionis glossema esse animadvertit.

3. *Cur -- facies humana)* fuit quum coniicerem *facies divina*, quod legitur in cod. Perreii, ut *terris* eo melius opponatur, eodem modo, quo infra el. III, 30 seq.

4. *Iupiter ignoro)* ita in codd. Regg. Colbertt. Borrich. pr. et sec. Vatic. Neapol. Mentel. Excerptt. Modii et Scalig. Voss. Heins. Groning. Dorvill. meo utroque et edd. vetustis: in aliis tamen rectius *ignosco*, quod propugnant Passerat. et Livineius; idque pro *ignosco furtis* positum contendit Guellius ad Virg. Aen. X, 532; sed *ignoscere peccatum* etiam dixit Plaut. Amphitr. I, 1, 101. *nihil ignoveris* Cic. pro Muren. c. 31. *ignosco pristina furta tibi* legebat Heins. Advers. II, 5; vel forte *agnosco* scripserit auctor. Eldikius conj. *imploro*. Caeterum hunc Propertii locum cum inedito Leonidae epigr. contulit Valcken. epist. ad Roverum pag. 13. Burm. Anal. Brunck. tom. II, pag. 190, ep. 1: Ὁ Ζεὺς Αἰθιόπων πάλι τέρπεται εἰλαπίναισιν, Ἢ χρυσὸς Δανάης εἰσέπτυσεν εἰς θαλάμους· Θαῦμα γὰρ, εἰ Περίανδρον ἰδὼν οὐχ ἥρπασε γαίης Τὸν καλόν· ἢ φιλόπαις οὐκ ἔτι νῦν ὁ θεός. Temere autem Burmannum lectionem *ignoro*, tot codd. auctoritate confir-

matam, obliterare conatum esse recte monuit Huschke Analect. Crit. pag. 153, quem vide. Kuin.

6. *incedit vel Iove digna soror*) *inc. ceu Iove digna viro* Heinsius, ut ap. Ovid. Heroidd. XVI, 272: *O Iove digna viro, ni Iove nata fores.*

7. *Aut quum Munychias*) *Ut quum* in cod. Colotii, quomodo Livineius et Ayrmannus corrigebant. *Munychias* pro *Dulichias* in cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. et ita recte emendavit Heius. Adv. II, 5, et in notis ad Ovid. Met. II, 709; atque adstruit illo Ovidii loco, in quo Munychios agros *gratam Minervae humum* vocat, et Statii Theb. II, 252, ubi Munychia iuga Palladi non minus quam Larissam grata dicit; et ita emendandum notavit Markland. ad Statii Silvas pag. 344; add. Obss. Miscell. tom. I, pag. 292; et interpp. ad Frontin. Strateg. I, 5, 7. Mox pro *ad aras* corrupte in Voss. tertio *ad auras.*

8. *Gorgonis anguiferae pectus operta comis*) in ed. Scalig. male *pectine operta comas.* cod. Dresd. *angustae*, vitiose. *aperta* in Heins. et meo pr.

9. *Ischomache, Lapithae genus*) *Hisonitae* Leid. pr. *Hiscomachae laphytae* Dresd. *Hysomace* in Borrich. et meo pr. *Hisconite* in Mentel. *Isonache* in Voss. quarto. *Ischomene* in Excerptt. Scalig. *Histomace Laphithae* Askew. *Ischomacae laphitae* et *Centaurus* in prr. edd. *Ipodame* in marg. Voss, tertii, quod a glossatore provenit, indicari *Hippodamen* notante, ut vocatur Ovidio Met. XII, 224. eadem *Hippodamia* est, de qua Am. I, 4, 7; aliis *Deidamia* est. Sed nostro *Ischomache* ad imitationem Callimachi, ut notat Beroaldus, vellem locum addidisset. vid. Muncker. ad Hygin. fab. 33. *laphyte* Borrich. *laphitum* in sec. Vatic. *Lapithum* in vet. cod. Perreii et Scaligeri Excerptis, quod confirmat emendationem Heinsii, qui *Lapithum genus* legebat Advers. II, 5, pag. 239, et in notis ad Prop. pag. 679.

11. *Mercurio et sanctis fertur Boebeïdos*) *Mercurioque satis* in Excerptt. Scalig. et Modii vel omissa copula *Mercurio satis* in Neapol. Groning. altero Colbert. meo sec. et Voss. pr. ac tertio, in cuius marg. *Sais. Mercurio qualis*

in Colot. et pr. Vatic. quod ex vs. 9 repetitum. *Mercurio Sais* in Vicent. 1481; *Mercurioque sais* in Aldd. Colin. Rovil. Gryph. et aliis edd. quod retinendum putasse Auratum notaverat I. Dousa, et intelligendum esse de Minerva, quae ita dicta ab oppido *Saite*, vid. Maser. ad Val. Fl. III, 543, et Domit. Calderin. ad Stat. Silv. III, 2, 109. Sed *Sais* fuit nomen ipsius oppidi in Aegypto, in quo quidem colebatur Minerva, non sub nomine *Saidis*, sed *Neithae*, ut docuit Iablonski in Pantheo Aegyptiaco I, 3: errarunt igitur, qui hic *Saidis* nomen Minervae obtruserunt. Volscus et Beroaldus seq. vs. *primo* in suis codd. invenerunt, ideoque exponunt de Minerva, quae antea virgo, ad lacum Boebeida primum cum Mercurio consuevit. Sed quia id de Pallade a nullo veterum scriptore traditur, hoc tanquam ἀπροσδιόνυσον recte reiicitur a Mureto et Passeratio. De Proserpina vero, quae *Brimo* est, constat ex schol. Apoll. Rhod. lib. III. *Mercurio sanctis* codd. Regii, unus Colbert. pr. et sec. Leid. Mentel. quart. Voss. uterque Dorv. Askew. Dresd. et meus pr. et sic in Ven. 1475, et Reg. Lepid. 1481. -- *Bobeidos* cod. Dresd. et mei. *Bobeidas* Borrich. et edd. prr. *boebeidas* Vat. quint. alter Leid. Regii et pr. Colbert. sed recte *Boebeidos* in vet. cod. Perreii, Groning, aliis. *bebeidos* in edd. antiquis. Heins. in notis ad Prop. pag. 679 legendum coniicit: *Mercurio et patrias fertur Boebeis ad undas*, quod a veteri vel recepta scriptura nimium recedit. *Sanctis undis*, paludem hanc limosam, *limosaque litora Boebes*, ut dicit Ovid. Met. VII, 231. epitheto nimis certe honorifico et augusto, ut ornaverit Propertius, vix a me impetrare possum ut credam. Legendum opinor: *Mercurio Ossaeis* (vel *Ossaeae*) *fertur Boebeïdos undis*, ut *Ossaea Boebeïs* dicatur, quia ad Ossam montem erat haec palus Thessaliae, iuxta Laceriam, postea Larissam, Pheris vicina. vid. Palmer. ad Strabon. IX, pag. 666. Almelou. Firmat coniecturam Lucan. VII, 176: *Ire per Ossaeam rapidus Boebeïda sanguis*, ubi vid. interpp. add. Val. Fl. I, 449, ubi vid. interpp. Burm. Non diffiteor ingeniosam esse hanc Burmanni correctionem, neque tamen ea ipsa mihi vera videtur. cf. notas ad h. l. K.

12. *Brimo*) *primo* in codd. Regiis, Colbertt. Borrich. Vatic. quinto, Groning. Askew. Leidens. Voss. Dorv. meis, et in edd. priscis; sed verissime Turnebus et Scaliger *Brimo* reposuerunt. Illa enim Proserpina sive Diana est, aliis Ceres. vid. Leopardum Emend. XVI, 12; Meurs. ad Lycophr. vs. 1176; Barth. ad Statii Silv. pag. 221; et Markland. pag. 100.

13. *Cedite iam, divae*) *Credite et o divae* in pr. Leid. *Credite etiam* in Voss. pr. et quarto, utroque Dorv. et meo sec. cum prr. aliisque vetustis edd. *etiam* cod. Dresd. *Credite* in Mentel. *Cedite vos* in quinto Vatic. et Voss. tertio: sed recepta lectio non sollicitanda.

14. *tunicam*) *tunicas* vet. cod. Scalig. Dresd. Excerptt. Modii seu Groning. Voss. pr. tert. quart. uterque Dorv. et meus sec. quod ideo probabat Markland. quia tres fuerunt divae. Sed *tunicam* in codd. Regiis, uno Colbert. Mentel. Askew. Borrich. Dorv. et aliis, ut edd. prr. idque magis ex usu poëtarum videtur, qui singularem numerum passim praeferunt, ut quaeque dearum suam deposuerint tunicam, quia se nudas Paridi exhibuerunt. cf. Ovid. Heroidd. XVII, 116.

15. *vetustas*) *senectus* est in codd. plurimis, edd. prr. et caeteris antiquis, et tamen prioris vocis interpretatio videtur. Eadem varietas ap. Ovid. Met. XII, 182.

16. *Et sic -- agat*) sic recte ex libro Palatino et Commeliniano legit Gebhardus, optandi forma. Lectio vulgaris: *Et si Cumacae secula vatis aget.* Sed *agat* in pr. Leid. quarto Voss. Dorv. sec. uno Livineii, Mentel. Heins. et Askew. vulgata tamen lectio suavior visa est Dorvillio in Obss. Miscell. tom. I, pag. 292. *Cumanae* in Excerptt. Modii seu Groning. et cod. Livin. quae alterius vocis glossa est. *Cumaea* enim frequentius est in locis veterum, vid. Vlitius ad Gratii Cyneg. vs. 35. Pro *secula* in Askew. *tempora*, sed alterum in margine.

ELEGIA III

De se et ad se ipsum loquitur cod. Posth. ap. Livin. *Ad irrisorem suum* cod. Dresd.

2. *Qui nullam tibi dicebas*) sic ex coniectura edidit Broukh. ut correxerat etiam Heinsius. *nullum* in codd. Regg. Colbert. Mentel. Borrich. Groning. Dorv. meis, et aliis. *nullum dicebam* Mentel. *nihilum* Scaliger.

3. *Vix unum potes infelix*) numerus hic insuavis videbatur Broukhusio, ideoque legendum existimabat: *Vix potes, infelix, unum r. m.* quod confirmatum inveni a quinto Vatic. et sic in cod. Dresd. sed alterum tamen ad genium Propertianum magis facere opinor, cui saepe eiusmodi transpositionibus verborum vim intulerunt viri eruditi. Pro *requiescere* in marg. Excerpt. Scalig. *cognoscere* pro varia lectione.

5. seq. *Quaerebam, sicca si posset -- torvus aper*) *possit* in aliis codd. et edd. *posset* in melioribus, ut Dresd. aliis. *solus aper* Borrich. Heinsii, et meus pr. an forte *fulvus* vel *furvus aper*? ut ap. Ovid. A. A. II, 373, nisi et illic etiam praestet *torvus aper*. B. *torvus aper* Ovid. A. A. II, 190. *solus* e vitiosa scriptura *totus* pro *torvus* ortum videtur, nam *torvus* et *totus* saepe permutantur in codd. vid. Drakenb. ad Sil. VII, 412; vel aberrarunt librarii oculi in verba *Nec solitus*, quae praecesserunt. K.

7. *studiis vigilare severis*) *serenis* in pr. Leid. Vossiano, Mentel. Colbert. Heins. meo pr. et pro varia lectione in marg. sec. cod. quod fere probabat Broukhus. propter Lucretianum *noctes vigilare serenas*. Sed quaenam studia *severa* intelligat, docet ipse III, 21, 25 sqq. *asperiora studia* vocat Horat. Carm. III, 24, 53 contra *mitia studia* poëtis propria, vid. Markland. ad Stat. Silv. pag. 210, 211.

9. *Nec me tam facies*) *Non tantum facies* in Dorvilliano. *Me nec tam facies* Markland. Versu seq. *nec domina sint* Heins. *non domina sunt* codd. Leidd. Voss. Dorv. mei, et alii. Burm. Puccius emendaverat *domina ut sint*, et hoc Pocchus suppeditat. Santen. in Addend.

11. *Vt Maeotica nix* etc.) *Maeotia* Heinsius. *Vt nix Maeotica* Dresd. *Et Maeotica* in pr. Leid. et priscis edd. *Vt* in Borrich. Groning. Neapol. sec. et quinto Vatic. *Atque rosae* in Borrich. et meo pr. Deinde *natent* in pr. et quarto Voss. et Neapol. sed versu praeced. malim *certat*, ut in cod. Groning. nam sequitur *natant*, et mox *lucet*.

15. *Nec si qua Arabio* etc.) Heins. in notis pag. 680 legebat: *Nec si quando Arabae l. b. puellae*, et affert ex Sabini epist. III, 45: *Coae sedisse in veste puellae*, pro veste, quam puella Coa texuit. Pro *puella* V. D. in Misc. Obss. tom. I, pag. 134 conj. *papilla*. Frustra. Mox pro *Non sum* Markl. *non tam* conj. Burm. Puccius restituit: *Nec si quando Araba lucet b. puella*, eamdemque scripturam adnotat Pocchus. Santen. in Addend.

17. *Quantum quod — Iaccho*) *proposito* Dresd. *Tam quantum posito* in Vatic. quinto. *poto Iaccho* alii legunt, quod recte improbavit Gebhardus pag. 163, et *posito* tuetur loco Ovid. A. A. III, 350; add. Art. I, 231, ubi vid. Heins. Pro *formose* mallem *numerose*. Ovid. Am. II, 4, 29: *Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit*. Posset tamen *formose saltat* dictum esse, ut ap. Apulei. Met. VI, pag. 183 ed. Elmenh. *Venus suavi musicae suppari gressu formose saltavit*; et Lib. V, pag. 168: *Videt Cupidinem, formosum deum formose cubantem*. Caeterum compara cum h. l. Stat. Silv. III, 5, 64.

18. *Egit — choros*) Pro *evantes* in Voss. pr. et Mentel. *eribates*. in Heins. Borrich. et meo pr. *euphrates*. *evhantes* in Dorv. pro *Ariadna* in Borrich. *eribana*. *Adriana* in Leid. pr. pr. et tertio Voss. meo sec.

19. *quum tentat*) Legendum *quod tentat*; ut paulo ante *Quantum quod posito* etc. et sic Guyetus.

20. *Par -- lyrae*) Heinsius legebat: *Par Mytilenaeae ludere d. l.* idque adstruebat loco Claudian. Epithal. Honor. vs. 235: *Quod Mytilenaeo modulatur pectine Sappho*. Etenim *lyra Aganippea* pro Musarum lyra languidum nonnihil ei videbatur, quod tamen se probavit Broukhusio, qui notat Propertium Cynthiam suam non adeo cum Sapphone con-

ferre, sed, quod maius est, eam canere, quod non aversentur Musae, sed ipsam earum lyram aequare possit, ut I, 2, 27. Pari colore Stat. Silv. III, 5, 65: *Sive chelyn complexa ferit, seu voce paterna Discendum Musis sonat.* Heinsio tamen persuasnm fuisse, nomen poëtriae Graecae proprium hic latere, patet, quod *Telesillaeae*, vel *Praxilleae* etiam coniecerat in notis pag. 680; sed haec nimis recedunt a lectionis vulgatae vestigiis.

22. *Carminaque Erinnes non putat aequa suis*) *Carmina quae quivis non putat aequa suis*, sic legitur in cod. Borrich. Dresd. sec. Vatic. Neapol. Regiis, uno Colbert. meo utroque, Mentel. ed. Ven. 1475, et Vicent. 1481 (quod Barthius ad h. l. explicat: vel optimus quisque poëtarum carmina Cynthiae non putat aequa suis, non audet Cynthiae carmina cum suis comparare, quia sunt longe praestantiora quae Cynthia scribit; ut adeo *aequus* hic deteriori sensu ponatur, quomodo et vocula *is* tam augendi, quam minuendi sensum habet. Inepte. K.), inde Scaliger, quod in tanto viro mirari vix satis possum, exsculpsit: *Carminaque aequaevis non putat esse suis*, et hanc coniecturam adeo Broukhusius coutextui ingessit. Merito frigidam Scaligeri coniecturam censebant Dorvillius et Markland. In Voss. tertio *quae lirines*, et in marg. *liricis*, ut in quarto eiusdem, et Askew. *quae Lyrines* in pr. Dorv. *quae Lirinos* in sec. *Carminaque Liriuos* in eod. Harleiano Musaei Britannici. *quae Lyrnes* ex altero Colbert. et Grouing. profert Broukhusius. Inde restituendum: *Carmïnaque Erinnes non putat aequa suis;* certe in cod. Colotiano claris literis *Eriune* legebatur, et ex suo cod. Livincius etiam affert *Carmina que Lyrneš*, addens, id propius ad veram scripturam *Erynnes* ducere. Volscus edidit: *Carmina quae herynes*, in notis tamen suis, post refutatum Domitium, qui de *Lyrne* Orionis amica somniaverat, emendandum censebat: *Carminaque Erynnes non putat aequa suis.* Volsci vestigia e longinquo pressit Beroaldus, nam in ipsius edit. *Carmina quae Erynes n. p. a. s.* ut operarum vitio in notis Volsci excusum, pro *Carminaque Erynnes.* Recte igitur Muretus,

Aldus in utraque edit. Colinaeus, Gryphius, alii *Carminaque Erinnes* etc. ediderunt, quam lectionem verissimam, ab Hemsterhusio etiam probatam, in contextum reduxi. Heinsius divinaverat etiam *Carminaque aequa Anytes non putat esse suis*, male, praesertim quum *Erinnae* in antiquo cod. legi testetur. Et *Anytes* quidem poëtriae nomen minime ignotum, vid. de ea Holsten. ad Steph. Byz. pag. 317. opportunius tamen Sapphoni adiungitur Erinne, eius coaeva et amica. I. Gebhardus excogitaverat: *Carmina Sirenis* (vel *Sirenum*) *non putat aequa suis*. Satis insulsa coniectura. Caeterum legendum *cum antiquae* etc. non *quum*, ut est in Broukhusiana. Est enim idem loquendi modus, subiutell. *cum scriptis Corinnae*, ut infra: *Et sua cum miserae commiscuit ossa puellae* el. VIII, 23. Burm. De Erinnae carminibus vid. Brunck. Anal. ep. XLVII, tom. II, pag. 19; Eustath. ad Il. β'. pag. 247, 30: οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὁμήρου. Sappho etiam Musarum decima dicitur ap. Platon. epigr. XII. Brunck. Anal. tom. I, pag. 171: Ἐννέα τὰς Μούσας φασίν τινες· ὡς ὀλιγώρως. Ἠνίδε καὶ Σαπφὼ Λεσβόθεν ἡ δεκάτη. Kuin.

23. seq. *Num tibi -- sternuit omen Amor?*) *Nunc tibi* Voss. pr. alter Dorv. et meus. *Non tibi* pr. Leid. et tert. Voss. *Quam tibi* Guyetus. *Nam tibi* Ayrmannus, ut legendum censuit quoque Hemsterhus. nihil est mirum tantis te dotibus excellere, *nam tibi nascenti* etc. *nascendi* Wopkensius Obss. Misc. tom. X, pag. 48. Altero versu *Aureus* est ex emendatione Broukhusii: idque etiam Heinsius coniecerat. *Ardidus -- avis* cod. Dresd. *Aridus* in pr. Leid. Voss. Mentel. Harleiano, meo utroque, edd. prr. aliisque vetustis. (*Aridus* Barthius ad h. l. capit de *sicco Amore* i. e. ieiuno, qui nondum nectar et ambrosiam gustavit, ut αὐαλέος ponitur a Callim. h. Cer. vs. 6, et *siccus* ab Horat. Carm. IV, 5, 39; sternutamentis enim, ieiunis inprimis, vim aliquam ac felicitatem ominis tributam fuisse, sicuti et sono acutiori. Nimis dure et contorte. *Aridus* insolens est epitheton, et a corrupta scriptura profectum, etiam aliis in locis *aureus* et *aridus* permutata, vid. Burm. ad Anthol.

Lat. tom. II, pag. 696. Kvin.). *Arduus* in quart. Voss. Dorv. sec. Askew. Excerptt. Modii seu Groning. et sic affert Nestor in Vocabulario in *sterno* pag. 123. *Arridus* in vet. cod. Perreii, Colotiano, Neap. et sec. Vatic. altero Leid. tert. Voss. et pr. Dorv. *Candidus* in vet. cod. Passerat. et pr. Vatic. i. e. favens, propitius. *Fervidus* Beroald. Macrobius autem in libello de differentiis et societate Graeci Latinique verbi, indicante Broukhusio, affert *Candidus augustae*, unde Scaliger, Guyetus, Hemsterhusius *Candidus augustum*. Heinsius *Candidus argute*, et forte *Candidus* probum est. Dorvillio in Miscell. Obss. tom. I, pag. 136 in mentem venerat: *Naribus argutis sternuit omen Amor*; sed melius placet, quod argutum omen, propter Homeri locum, exponat de iis, quae in sternutando observabantur. (Scilicet praecipuum aliquod omen erat in sono vel submissiori vel acutiori, num nares magna vi exploderentur, an e contrario. *Argutum* de acuto sono capiendum, vid. Hom. Il. ρ, 541, ubi de sternutatione Telemachi μέγ' ἔπταρεν· ἀμφὶ δὲ δῶμα Σμερδαλέον κονάβησε. K.). Pro *sternuit* male *stertuit* in duob. Leidd. pr. et tert. Voss. Heins. meo utroque, nec aliter ap. Nestorem, et in Scaligeri ac Modii Excerptt. Mentel., sec. Palatino Gebhardi et quinto Vatic. *stertuit omnis amor* in Regiis, sec. Leid. et edd. prr. *strepuit* in Voss. quarto. Sed *sternuit* unice verum.

25. *Haec tibi contulerunt -- divi*) *contulerint* in codd. Regiis et Colbert. Borrich. Neapol. duob. Leidd. pr. et quarto. Voss. pr. Dorv. ac meo *contulerant* in Groning. et Dorv. sec. *cum tulerint* in Heins. et meo sec.

26. *Haec -- putes*) *Haec tibi ne matrem*, postposita priori distinctione, placebat Dorvillio. *Cynthia, ne matrem* Guyetus. Sed nescio quo modo arridet cod. Perreii, tert. et quarti Voss. et sec. Vatic. lectio: *Haec tibi ne matrem, stulta, dedisse putes*, unde Heins. *Fors tibi ne matrem, stulta, d. p.* illud vero *stulta* eleganter poëtae interserunt, lenis admonitionis et exprobrationis causa III, 20, 5 al. Burm. Waardenburgio in Obss. in Prop. pag. 16 repetita vocabula *Haec tibi* languorem habere videntur, quia ama-

tor, Cynthiae variis cum formae tum ingenii dotibus modo memoratis, admiratione affectus commotusque loquitur. Itaque legendum censet: *Haec tibi -- munera divi*, *Divi*, *ne matrem* etc. Ita *deus* et *dii* ob emphasin a poëtis repetita Horat. Epod. XIV, 6; Virg. Aen. II, 602. K.

27. *Non, non humani -- dona*) *Non nunc* in tert. Voss. sed *non* superscr. pro varia lectione. Elegantiam huius repetitionis illustrarunt Manut. ad Cic. epp. ad Attic. X, pag. 32; Fabricius in Terent. pag. 60. Colorem forte mutuatus est Propert. ex Virg. Aen. XII, 427. *partus sunt* in cod. Colbert. Heins. et Groning. Versu seq. *dona* vitiose pro *bona* in ed. Volsci. Caeterum hoc distichon forte ponendum ante vs. 23: *Num tibi nascenti* etc.

29. sq. *Gloria Romanis -- Iovi*) *nata* in hoc loquendi modo per pleonasmum poni notat Cuperus Obss. III, 10. Broukhus. vulgatam *rara* etiam posse defendi ait. Sed per vulgatas sola ed. Scaligeri intelligenda, nam in omnibus codd. edd. prr. et vetustioribus *nata* constanter legitur. *Romano loco* ex vet. cod. reposuit Scaliger, eumque secutus est Broukhus. ad hypallagen, hanc lectionem defendens, confugit Scaliger, *prima* accumbes Romano *loco*, pro *primum locum* inter puellas Romanas habebis, inter Graecas secunda eris post Helenen, nimis durum et contortum apparet. Struchtmeyerus Animadv. Crit. II, 1, pag. 92 Scaligero adstipulatur, et per hypallagen quoque explicat: *Romana accumbes primo puella loco*, vel legendum censet: *Romano accumbes prima puella toro*. Heinsius conj. *Romano -- choro* vel *Aonio -- choro*, quod probare non possum. *Romana accumbens prima p. Iovi* legitur in codd. Leidd. Voss. Mentel. Grouing. Borrich. Regiis, Colbertt. binis Dorv. Dresd. ac meis, neque aliter in edd. prr. caeterisque antiquis. *Romana accumbens pr. p. Iovi* in ed. Mureti Aldina. Itaque legamus: *Romano accumbes pr. p. Iovi*, ut legitur in Beroaldina. Si quis vero *Romano* ex glossa marginali, vel ex praec. vs. huc irrepsisse suspicetur, posset etiam reponi: *Accumbes Latio prima puella Iovi*. vid. III, 4, 6. Non inelegans tamen repetitio *Gloria*

Romanis -- Romano, sed vel hinc manifestum est, inconcinne versu seq. *mecum Romana cubilia* repeti, ut ediderunt Scaligerus et Broukhus. sed revocandam fuisse eorumdem codd. et edd. vetustissimarum lectionem: *Nec semper nobiscum humana c. v.*

32. *Post Helenam -- redit*) Broukhus. legendum opinatur: *haec Graiis forma*. Sed *terris* in genere pro terrarum orbe potest exponi, ut el. II, 3, et saepe *terrae* ac *gentes* opponuntur Romano imperio, ut IV, 4, 12. vid. Dorvill. Obss. Misc. tom. I, pag. 291; Patrui mei notas ad Ovid. Pont. III, 3, 61; ad Virg. Georg. I, 25; Lucan. I, 542; et Calpurn. IV, 8. Pro *redit* Guyetus *venit*. Sed forte melius: *Post Hel. t. forma secunda redi*, delcta voce *haec*, praesertim quia sequitur *Hac ego* et *Pulchrius hac*; ut ad Cynthiam sermo sit.

33. *Hac -- iuventus*) sic in Vatic. sec. Mentel. Dresd. Voss. pr. et sic Guyetus. In Regiis, sec. Leid. et prr. edd. *Ah ego nunc miser*. In Colbertino *Ast ego nunc mirer*. *Hanc ego non* Voss. tert. Dorv. sec. et meus primus, in quo *miror*. *Ac ego* in sec. *Hanc* in Voss. quarto. *nostra voluptas* in Mentel. et pr. Leid. Legendum: *Non ego nunc mirer*: vel potius, *Hac ego nunc mirer*. Burm. Puccius correxit: *Hanc ego, nunc mirer*, quod etiam Pocchus agnoscit, et confirmat ipse Propert. I, 13, 23: *Nec sic coelestem flagrans amor Herculis Heben*. vid. Forcellin. Lexic. Latin. Santen. *in Addend.* Mitscherlich. Obss. in Catull. pag. 118 legit: *Hic ego nunc mirer* i. e. *Hic*, hac rerum conditione, quum tu talis sis, nempe gloria et decus Romanarum puellarum, num mirer amplius, si etc. K.

34. *Pulchrius -- tibi*) *fuerit* in Excerptt. Modii seu Groning. *ah* pro *hac* in Regiis, sec. Leid. et prr. edd.

35. *Olim -- puella fuit*) *quod tanti* in duob. Leidd. Dresd. Voss. pr. et tert. utroque Dorv. meis et edd. prr. *qui* Guyetus pro *cur*. In Groningano *cur*, probante Broukhusio, vid. Horat. Od. I, 33, 1. sq. Epist. I, 8, 9; Cic. ad Attic. III, 13; Ovid. Fast. I, 165. Sed cum Heinsio legendum: *quid tanti*, Virg. Ecl. I, 37. vid. Heins. ad Claudian. Epithal. Pallad. vs. 56, et Patrui mei notas ad Pe-

tron. c. 69 extr. *tanti in Pergama* Voss. tert. et duo Livineii. *tanti Pergama belli* cod. Colbert. Borrich. Neapol. duob. Dorv. *tanti ad bella fuissent* in quarto Voss. Imitatus videtur h. l. Ovid. Am. II, 12, 17; et forte noster ob oculos habuit Virg. Aen. X, 90.

37. *Nunc -- fuisti*) *fuistis* Heinsius. Non dubito ad h. l. respexisse Ovid. A. A. III, 253. *Aut Helene: quam non stulte, Menelae, reposcis; Tu quoque non stulte, Troïe raptor, habes.*

39. *pro qua vel obiret Achilles*) *Atrides* legebat Livineius, contra omnium librorum consensum, recte igitur improbat Heins. in notis pag. 681, quia pro Helena obiit Achilles, non vero Agamemnon aut Menelaus. *facie* in pr. Leid. et Mentel.

40. *Vel Priamo -- probanda foret*) sic Heins. emendavit, et legitur in cod. Perreii et Neapol. Olim legebatur *Vel Priamus* np. obiret. *foret* in Excerptt. Modii, aliisque codd. ut conj. Heinsius. Aperte h. l. imitatus est Sabinus ep. III, 75: *Non vereor belli ne non sit causa probanda, Est illi facies digna movere duces*, ubi vid. Heins.

41. *Si quis -- vetustas*) *Si quis fama volet* in Excerptt. Modii seu Groning. Heinsius in notis pag. 681: *Si quem fama vocet*, vel *fama iuvet*, aut *Si cui fama subit.* Idem quoque *Si quis vult forma*, quod et Markland. libri sui orae adscripserat.

42. *Hic -- in arte meam*) *in arce* cod. Perreii, et Vatic. sec. Qui antiquata captarunt, *inante*, voce ex duabus praepositionibus conflata, intruserunt, ut Gifanius Indice Lucretiano, Livineius in notis pag. 76, qui *ponat inante* pro *anteponat* capit, sic et Gebhard. Crepund. II, 5; Ian. Gulielmus Veris. II, 4; et Gruterus ad Cic. Catil. I, 3, pag. 612; sed cultiori Latio id inusitatum recte repudiavit Gronov. Obss. I, 15, pag. 128. Recte emendatum hic est *ponat in arte*, ut legitur in Colot. quinto Vatic. Dresd. Heins. tribus Voss. utroque Dorv. et meo pr. *ponet in arte* in meo sec. *arte* exigunt *tabulae vetustae*. In quarto Voss. *exemplar*, quod Gifanio placebat, teste Scioppio Verisim. IV, 12. Heins. vero legebat: *Hic dominam exemplum po-*

nat in arte meam. *Exemplum famae* vel *formae* elegante ap. poëtas usu, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 122 seq.

43. *sive illam ostendet Eois*) *ostendit* in sec. Leid. Dorv. pr. a manu pr. et priscis edd. *exponat* ex membranis Commelini probat Gebhardus, quia *exponere* de pictoribus opera sua omnium conspectui exhibentibus eleganter dicitur. Sed *ponat* et *exponat* minus concinne iuncta, et minori mutatione *ostentet* malim, quod eodem sensu pictoribus convenit. *ostendat* in Groning. *ostendet* in Borrich. Dresd. quinto Vatic. Heins. Mentel. et uno Voss. Notari etiam meretur, eodem in disticho *Eois*, et *Eoos* prima brevi et producta bis occurrere.

45. *His saltem -- finibus* etc.) Totum hoc distichon, quod in omnibus codd. et edd. antiquioribus hic legitur, Scaligerus in sua edit. posuit post vs. 48 el. I: *Posse frui* etc. et sic legitur in ed. Broukbusii (atque Burm.) *Acrius ut moriar*, *venerit alter amor* hic verborum ordo in codd. Regg. Colbertt. Leidd. Voss. Dorv. Dresd. et meis. Burm. Pro *saltem* Puccius legendum coniecit *precor*, quod agnoscit quoque Pocchus, in fine autem longi versus pro *si* Puccius emendaverat *ne*, atque ita legere iubet Pocchus et Ferrarius. Santen. *in addend.*

47. *Ac veluti -- aratro*) *At veluti* pr. Leid. et Colbert. *Vt* Mentel. *detractat aratra* in duob. Leidd. tribus Voss. duob. Dorv. Groning. meo sec. et edd. prr. ut ap. Ovid. Am. I, 2, 14: *Detractant pressi dum iuga prima boves*. add. Pont. III, 7, 15. *aratro* tamen in vet. cod. Scalig. Borrich. et Heinsii, qui id probat in notis pag. 681. Patruus meus ad Lucan. II, 646 *detractat* non cum *aratro* coniungit, sed *primo aratro* absolute positum notat, quum aratro taurus primum iungitur. *detractant* vero pro *detrectant* in melioribus codd. et hanc ipsissimam vetustatis scripturam esse, notavit Broukhus. ad h. l. quem etiam vide ad Tibull. I, 7, 44; et add. Patrui mei not. ad Ovid. Met. V, 246; VIII, 607; ac Schrader. Animadvv. ad Musaeum c. 1.

48. *Mox -- iugo*) *Post venit* in omnibus fere codd. et

edd. antiquis, quod nescio cur in *Mox* mutarint alii, et praetulerit Broukhus. (*mox*, inquit, aptius est, id enim notat tractum temporis, interdum etiam satis longum, ut ap. Flor. III, 19). *Mox molli adsueto venit ad arma* in Voss. quarto. *Post venit a sueto* in meo sec. An forte scripsit auctor? *Post redit a sueto mollis in arva iugo*, eo sensu, taurus, qui antea collum iugo subtraxerat, postea tamen ei adsuefactus, post arationem mollis ad arvum redit, et pascua repetit. *Mitis* pro *mollis* conj. Francius.

49. *Sic primo -- feroces*) Markland. libro suo adscripserat, pro *trepidant* forte corrigendum *turbant*, ut ap. Virg. Aen. VI, 800, vel *strepitant*. Sed nihil mutandum. Altero vs. pro *post haec* Eldikius legebat: *Dehinc domiti fortes aequa et iniqua ferunt*. Burm. De voce *dehinc* in unam syllabam contracta vid. Bentl. ad Horat. Epod. XVI, 65. Santen. *in Addend.*

51. *Turpia -- Melampus*) *vates et vincla* in Mentel. pr. Leid. meoque. *Nylampus* in codem Leid. et pr. Dorvill. *Nilappus* Borrich. *Nylimpus* Mentel.

53. sq. *Quem non lucra -- futura domo*) *Quae* cod. Dresd. *Phero* et *Amyctaonia* in eodem. Pro *domo Amythaonia* Markland. malebat *Amythaoniae*, ut Ovid. Heroidd. XVI, 368: *Ignoras, cui sis nupta futura viro*; et sic *domo* pro *domui* dicatur. An forte *Amythaonio nupta futura toro?* ut ap. Ovid. Heroidd. XIX, 100. -- *et impar Dicar Abydeno Thressa puella toro*. Saepe enim *torus* et *lectus* pro marito.

ELEGIA IV

3. *Et saepe -- ungues*) Pro *corrumpas* Heins. in notis pag. 681 legit *corrodas*, vulgatam tamen servo, quam omnes codd. et edd. vett. tuentur.

4. *Et crepitum -- pede*) *strepitum* in Voss. pr. et tert. et altero meo cod. sed in cuius marg. *crepitum*, ut in reliquis codd. et edd. *crepitus* tamen hic *irae* melius convenire

videtur, et de sonitu graviore capiendum, ut Virg. Aen. XII, 923; Prop. III, 10, 4. Pro *dubio* Livinei. conj. *duro*, iracundo pede. *subito* Guyetus. *Et strepitum adducto* i. e. contracto Heins. in notis pag. 682, qui de *adducto pede* vidend. ad Ovid. Pont. II, 9, 32.

6. *Ibat et expenso -- gradu)* *expanso* conj. Passerat. praeferens tamen codd. lectionem *extenso*, ut in quarto Voss. et sec. Dorv. quod etiam Heinsio placuit ad Val. Fl. VI, 540, et in notis pag. 682, vel *offenso*. Broukhus. ad marg. ed. Coliuaei legendum et distinguendum adscripserat: -- *unguenta capillis Ibat, et extensos planta morata gradus*, sed in notis editis, servata distinctione, *expenso gradu* vindicat i. e. lento et composito, vid. Petron. c. 126; ibique interpp. Idem Broukh. notabat, *Nequiquam* recte apud Festum hanc particulam scribi, vid. Pier. ad Virg. Aen. II, 101; Gifanium in Lucretianis et Dausqueius in Orthographia. Caet. *expenso* etiam hic ex cod. suo non improbasse videtur Dorvill. in Obss. Misc. tom. I, pag. 429.

7. sq. *Non — secta manu)* Hoc distichon Scaligerus collocavit post vs. 70 el. I: *Brachia et a medio* etc. probante Guyeto, sed in omnibus codd. h. l. positum legitur. Pro *nocturna* in cod. Voss. meoque sec. et Dresd. *nocitura*. male. *Citheis* vitiose in codd. Altero vs. *Non per Medeae* in Voss. Heins. Borrich. Groning. Mentel. Askew. Regiis et Colbertt. ut in prr. easque secutis edd. in qua tamen lectione verum *Perimedes* nomen latet, quod optime hic restitutum a Beroaldo et Passerat. et confirmatur loco Theocrit. II, 16, ne *Medeae* bis fiat mentio. Male enim per *Cytaeida* Circen vel Hecaten intelligebat Volscus. *Perimedeae manus* in Excerptt. Scalig. et cod. Colotii. Deinde *gramina cocta* in Menteliano, Borrich. Groning. aliis et edd. antiquis, ut etiam in ed. prima dederat Broukhus. sed *secta* in sec. *trita* conj. Heins. Forsan tamen hic melius legeretur *lecta*, ut I, 12, 10. Virg. Ecl. VIII, 95. *Non Perimedea pocula cocta manu* legendum monuit Iul. Caesar Pius Bononiensis ad Patris sui Ioh. Bapt. Pii Supplementa Val. Fl. Lib. IX, fol. CXX, et CLXXI, ed. a. 1519. certe *poculorum* pas-

sim in re magica mentio fit apud poëtas, vid. Broukh. ad Tibull. III, 5, 9; sed sine codd. auctoritate nihil hic mutandum opinor.

10. *caeca via est) certa* in Colotiano, pr. Vatic. Excerptt. Scalig. et cod. Dresd. in quo tamen superscr. *coeca*. Sensum *certa* postulare adscripserat Markland. quia, licet causae et ictus non aperte se manifestarent, *certa* tamen erat *via*, unde venirent. Broukhus. vulgatam non sollicitandam opinabatur, et *caecam* exponebat obscuram, ut Canterus: et *caeca* passim de occultis, dubiis et incertis, vid. Delrium ad Senec. Troad. vs. 171; Heins. ad Sil. VI, 7; ad Ovid. Met. III, 490.

13. *Ambulat, et subito -- amici) subitum* Heinsius, (probante Boltio in Silva Crit. pag. 74) *miramur* id. Heinsius. *vivum funus* conj. Markland. utraque blanditur coniectura, modo codd. consensum praeberent. Heinsii tamen coniecturam praeferrem, quia *subitum* legitur in cod. Perreii, Colot. et sec. Vatic. *miramur* in Excerptt. Modii seu cod. Groning. in marg. autem cod. Colbert. *monstratur*, unde quis coniicere posset *subitum monstratur funus amicis*. Sed *funus subitum* vel *vivum* de homine amoris morbo contabescente intelligendum erit, ut hominem, cui vix vita constat, ἔμψυχον τάφον vocat Lucian. Dial. Mort. VI, 2, pag. 347, ubi vid. notas. Altero vs. *Hic est incautum* in Borrich.

15. seq. *Num cui -- vati) Nam quo* in Dorv. pr. i. e. *quoi*, ut clare legitur in Groning. Altero versu *somnia vexat anus* conj. Heinsius, male; multa enim in verbo *versare* elegantia, quando pro sollicite inquirere, perscrutari, et considerare ponitur, ut expouit Serv. ad Virg. Aen. V, 408; cf. Barth. ad Stat. Theb. IV, 626. *praevia* corrupte in nonnull. codd. et *fallacia* male in Commeliniano.

17. *amet ille puellas) ipse* in duob. Leidd. pr. Voss. Excerptt. Modii, Dresd. meo sec. et prr. edd. aliisque. Sed *ille* in uno Regio et Colbert. Borrich. Neapol. quinto Vatic. Groning. *puellam* in Heins. Borrich. et meo pr. quod rectius videtur propter vs. ult. *Altera vix ipso* etc.

19. *Tranquillo -- cymba*) *Tranquillo tum discedens* corrupte in quarto Voss. *descendit* in duob. Leidd. Borrich. Regiis, et altero Colbert. meo pr. et pro varia lectione in tertio Voss. *descendit flumina* in Excerptt. Modii seu Groning. *descendis*, in quinto Vatic. Mox pro *tam* Puccius emendavit *iam*.

21. *Alter saepe -- verbo*) *Altera* in quarto Voss. et meo pr. pro varia lectione, ut volebat Heinsius. Sed recte *Alter* in codd. reliquis et edd. priscis. Vltimo vs. *sparso* vel *misso sanguine* conj. Heinsius. *mitis erit* in Groning. quod probabat Markl. et pro mitigata ac pacata capiebat. *Mollis* in reliquis, quod etiam praetulit Brouklius. cui lectioni adstruendae facere possunt quae notavit Patruus meus ad Val. Fl. VII, 127.

ELEGIA V

1. *Hoc verum est -- Roma*) *Num verum est* Heinsius. Male. *Ferri te* Voss. quart. et quint. Vatic. quod praefero. *te fieri* vitiose in sec. Leid. et edd. prr. Pro *nequitia* Gebhard. ex libro Commelini adfert *laetitia*, passim quidem hae voces confunduntur, et *laetitia* saepe apud nostrum aliosque poëtas pro amoris gaudio ac voluptate occurrit, vid. I, 11, 24. hic tamen *nequitia*, vox nostro frequentissima, locum suum tueri debet, vid. I, 6, 26, 15, 38 al. cf. notas ad Petron. c. 87; Torrent. ad Horat. Carm. III, 4, 79.

3. *Haec merui -- poenas*) *Heu* Dorv. sec. *Hoc merui* in pr. Leid. meoque, ed. Ald. 1515, Mureti 1558, et Rovilliana; quod repetitionis causa praefero. Deinde *dabis mi*, *perfida* in tert. Voss. a manu pr. et sec. Dorv.

4. *Et nobis Aquilo, Cynthia, ventus erit*) Locus obscurus, et ab interpretibus vario modo tentatus. Ex primis interpretibus Volscus somniabat: *Aquilo auferet mea verba, et ego in fide non stetero.* Beroaldus exposuit, poëtam indicare: *olim sibi ventos secundos propitiosque fu-*

turos et serenam tempestatem. Scaligero placebat: *et nobis erit suda tempestas. proverbium. nam Aquilo sudificus.* Passeratius: *Vt fides tua, instar venti Aquilonis, levis et inconstans est, sic et nostra fides erit. Nos, o Cynthia, ventos nihil aliud quam ventos putabimus, et verba tua, mera esse verba.* Quod omnium minime sibi displicere ait Broukhus. sic tamen, ut simul fateatur, aquam sibi haerere. Ant. Perreius orae edit. Aldinae adscripserat: *Et nos aliquando secundo utemur flatu.* Aestuarunt praeterea in hoc versu explicando Turnebus Advers. XVII, 11; Rob. Titius Locor. Controv. IX, 1; et Latin. Latinius Opp. P. II, pag. 72. Fuerunt etiam, qui excogitarunt, Propertium Cynthiae abitum trans mare minari, ut ipsa fecerat I, 8; et quidem in Graeciam et Asiam, quia ventus Aquilo navigantibus in meridiem secundus erat, sic rivalem Propertii a Cynthiae lecto vela dedisse exprobrat III, 20, 2 (Laudant etiam Ovid. Met. I, 328: -- *nimbisque aquilone remotis, Et coelo terras ostendit, et aethera terris.* Horat. Epistt. II, 2, 201 *Non agimur tumidis velis aquilone secundo.* Hunc fere in modum Barthius etiam in sua edit. explicat: etiam nobis Aquilo ventus secundus erit, ut te fugere, aliamque amare possim. *Et* vel *etiam* respicere notat exemplum prioris amatoris Cynthiae, qui Africam vento Aquilone petierat, vid. III, 20, 4. *ventum* vero absolute positum capit pro vento secundo, ut in illo Virg. Aen. I, 466: *sunt lacrymae rerum*, ubi *res* pro *rebus tristibus.* Vel etiam ita locum intelligi posse dicit: *aquilo* ventus aliis impetuosus, *etiam nobis erit ventus* secundus, ut multis aliis fuit. cf. Nepos Vit. Miltiad. c. 2. Kuin.). Vel hoc modo intellexerunt, mea carmina et verba Aquiloni irrita dabo ferenda, ut tu ventis promissa tua tradidisti. Hadrianus Relandus editioni suae Broukhusianae adscripserat, legendum sibi videri, sine ulla distinctione: *Et nobis Aquilo Cynthia ventus erit.* (*eris*, ni fallor, praestitisset) hoc sensu: *ob inconstantiam suam erit et habebitur nobis Cynthia eodem numero ac Aquilo, quo nihil mobilius, cf. huius eleg. vs. 11 et 28; vel, relinquam te, ut Virg. Aen.* VII, 360, *quos*

primo Aquilone relinquat. Oudendorp. conj. *Nec votis Aquilo, Cynthia, ventus erit.* Withofius denique suo codici sequentia annotaverat: » forte legendum, *Et verbis Aquilo* etc. i. e. mea verba laudesque in te congestas ventus diripiet Aquilo, ut I, 10, 24, 16, 34; vel alludit ad fabulam Orithyiae a Borea vel Aquiloue raptae, ut hoc velit, Et nobis, vel in usum nostrum, erit Aquilo, veutus ille raptor puellarum, cuius ope aliam e multis fallacibus feliciorem auferam. Aut forte e loco Horat. I, 25 de Thracio vento his verbis lux quaedam dari potest, ut sit sensus: Et nobis Aquilo inserviet, ut, dum per plateas vagaris nocte, ille bacchando amatores domi contineat, teque ita in mei gratiam puniat. « quae viris doctis placitura vix auguror. Vulpius duas explicationes profert, ut nempe dicat poëta, mentis suae nebulas, quia nubes depellere solet Aquilo, hoc vento dissipatum iri, ut iam Cynthiae vitia lynceis oculis pervidere possit, eamque pro meritis fastidire: vel, quia frigus inducit Aquilo, puellae suae frigus in amore minari. Ioh. Herman. Bennerus in Diss. *de Aquilone Propertii, quem Cynthiae minatur*, Gissae 1734, 4 post collectas aliorum interpretationes, fingit Propertium a Cynthia exclusum, et ante asperas fores Aquilonibus obiectum, idem infortunium Cynthiae minitari. (Scilicet sensum hunc in modum constituit: ulciscar has iniurias, et factis contraria facta rependam. Namque te vicissim exclusam durus et immotus intuebor, ut, quae tu iam nunc facis, ea maximo cum dolore tuo rursum experiare. Ita quod tibi adversus me praestitit aquilo, idem contra te mihi praestabit. Quod tibi fuit boreas in exclusos clientes (ventus nimirum asper et frigidus, et tuae velut arrogantiae serviens), idem et mihi futurus est; nam et in gratiam nostri te rursum vexabit, neque sui oblitus, gnaviter in te bacchabitur. Laudat Horat. Carm. I, 25, 9: *invicem - Flebis in solo levis angiportu Thracio bacchante magis sub interlunia vento.* et Prop. III, 25, 33: *Exclusa inque vicem fastus patiare superbos, Et quae fecisti facta queraris anus.* Ovid. Art. Am. III, 69 seq. *Tempus erit, quum tu, quae nunc excludis amantes,*

Frigida deserta nocte iacebis anus. -- KUIN.). Ventus *Aquilo* librariorum supinitate et oscitantia huc intrusus, viris doctis plures turbas facessivit. Quis vero credat, Propertium, Aquilone implorato, trans mare se in Asiam vel aliorsum vela daturum minari, qui in hunc immansuetissimum ventum invehitur III, 7, 71: *At tu, saeve Aquilo, nunquam mea vela videbis.* Puto olim exaratum fuisse, *Et nobis aliquo*, et inde descriptores alios *Aquilo* formasse, oculis in vs. 11 *Aquilonibus undae* coniectis, adeoque hic etiam *Aquilonem* loco non suo eos inseruisse, ad id praesertim inlectos, quia *ventus* addebatur. Propertium itaque ipsum scripsisse opinor: *Et nobis alio, Cynthia, ventus erit:* vel, ut Cynthiae suae propter eius nequitiam minetur, se perfida amica deserta abiturum in alias terras, ut hoc discessu ingratae puellae amor ex animo suo evanescat, ut III, 21, 9 seq. vel potius, se *alio* vela dare,' i. e. alio igne constituisse incalescere, seu *dominam mutare.* cf. infra el. XXII, 39; add. infra el. XV, 35. *Quam possim nostros alio transferre calores.* III, 20, 6. *Forsitan ille alio pectus amore terit.* Exposui hanc coniecturam iam olim in Obss. Miscell. Vol. VI, tom. II, pag. 465 sqq. et in notis ad Lotich. pag. 414 seq. BURM. Iacobsius in epist. ad Astium pag. 25 legendum censet: *Nobis Archilochi, Cynthia, virtus erit.* Archilochi nomen, inquit, propter sequens *Cy* mutilatum, primum in *Archilo*, sive *Arcilo*, deinde in *Aquilo* abiit, sciolo nimirum vocem nihili emendare conante. Duplicem poenam perfidae puellae Prop. minatur, alteram quidem poëtae conditioni accommodatissimam, quum se Cynthiam virulentis carminibus traducturum esse ait. *Archilochum* memorat, quem *sponsae laqueum famoso carmine nexuisse* constat, ut est ap. Horat. Ep. I, 19, 31; add. Epod. VI, 11 sqq. et A. P. 79. *virus* autem Archilochi iambis, veneni plenis, tribuitur, ut in epigr. ἀδεσπ. DIII; in Anal. V, P. tom. III, pag. 257; Iulian. Aegypt. ep. LIX πικρόχολον στόμα Archilocho tribuit. Comparat praeterea Iacobsius cum hoc loco epigramma XX Philodemi Anal. tom. II, pag. 88, qui plane ut Prop. puellae minatus erat, se eam et

relicturum, et carminibus proscissurum esse. Astius in Obss. pag. 23 legendum suspicatur: *Nec votis Aquilo, Cynthia, iniquus erit* i. e. nec haec mea vota irrita fore puto; solemni poëtis imagine expressum: ventus haec mea vota non dissipabit; hoc denique eleganter poëta extulit: ventus iis non inimicus erit: Aquilo pro quovis vento positus est. Equidem e lectione vulgari commodum sensum elici posse arbitror, eumque in notis ad h. l. exposui. KUIN.

7. 8. *et te Vellicet. heu -- amata diu*) *vendicet* in codd. Regg. duob. Leidd. pr. Voss. Excerptt. Scalig. Mentel. Borrich. meo sec. cum prr. edd. *Vindicet* cod. Perreii, sec. Vatic. tert. Voss. et meus pr. idque probat Heins. in notis pag. 682, quod si admittatur, legi posset: *at me Vindicet*, me ulciscatur. vid. Cort. ad Sallust. Iug. 31, et notas ad Phaedr. V, 2, 1. *vellicet* tamen proba lectio. Pro *heu sero* in aliis edd. *heu mi sero*. Gebhardus ex Palatinis membranis affert *en sero*. In uno Colbert. *en sero fl. amara diu*. *amara* etiam in meo cod. sed nihil mutandum.

9. *Nunc est ira recens*) *ruens* e Palatino Gebhardus, quod merito improbat Broukhus. et Schrader. Emend. pag. 118. Altero vs. *Si dolor abfuerit corde* conj. Heinsius. *cede* Guyeto placebat.

12. *Nec dubio -- vertitur atra Noto*) *dubie* Dresd. *verritur* Passerat. ut conj. etiam Heins. Advers. III, 4, pag. 431, vel *tergitur*. Gebhard. ex cod. Palat. *acta Noto*, et sic legisse videtur Turnebus Advers. XVII, 11, quod reiicit Broukhus. Claudian. Bel. Get. vs. 378: -- *vel qualis in atram Sollicitus nubem moesto Iove cogitur aether*.

13. *verbo mutantur amantes*) *notantur* vitiose in tert. Voss. *mutamur* coniec. Oudendorpius. Sequentem vs. imitatur Ovid. Rem. Am. 90.

15. *sed prima nocte dolebis*) *vel prima* Heins. *morte* in altero Colbert. BURM. Mitscherlich. Obss. in Catull. pag. 118 emendat: *Nae tu -- vel prima* etc. K.

17. 18. *At tu -- Parce tuis animis*) *At te* Heinsius, subint. precor. *Aut tu* in Dorv. sec. et *dona* pro *iura*. *sacra* Heinsius. *armis* coniecerat Markland. proverbii enim

species est, *suis sibi armis nocere*, quale illud Ovid. Am. II, 9, 4: *in castris vulneror ipse meis*. Sed *animos* hic posuit pro fastu et iracundia, hinc *animos irasque* saepe coniungunt, ut Stat. Theb. XI, 525. vid. notas Patrui mei ad Ovid. Met. I, 166; et ad Lucan. VIII, 28.

21. *Nec tibi -- vestem) periurae* in Dresd. tribus Voss. pr. Vatic. et meo sec. ut Guyetus e cod. Reg. *Nec ter periuro* in cod. Palat. quod per ὀψὲ *terperiuro* sapit Gebhardo. *pectore* in Voss. quarto, quod probat Schrader. Emend. pag. 121. *vestes* in Excerptt. Modii, uno Livineii, duob. Leidd. tribus Voss. binis Dorv. meo utroque et prr. edd. sed *vestem* ex Groning. firmavit Broukhus. (probavit et Vulpius, ad vitanda ὁμοιόπτωτα tria, *vestes*, *fores*, *crines*) idque ut magis poëticum aliis in locis etiam praeferre solent viri docti. vid. interpp. ad Ovid. Met. I, 528; Fast. I, 409. Altero vs. *per clausas* cod. Dresd. *praeduras* in marg. Excerptt. Scalig. *Nec me* in meo sec.

23. *Nec tibi -- crines) commexos* in Mentel. et pr. Leid. *contextos crines* ex suo cod. probat Heins. quod et in vet. cod. Perreii et sec. Vatic. *frangere crines* in Voss. tert. et *carpere* pro varia lectione, ut in Groning. Dresd. et Askew. *solvere* in Palatino. Sed *carpere crines* hic aptius irae est, ut ap. Val. Fl. VIII, 9.

27. *Scribam -- non unquam tua deleat aetas) ita* legitur in sec. Leid. tribus Voss. Dresd. utroque Dorv. et meis, cum edd. prr. Cod. Mentelii: *tua quod non unquam deleverit aetas*; unde *aboleverit* Heiusius, vel *quod nulla unquam deleverit aetas*. etiam *sua* coniecerat. Burm. Broukhusio lectio cod. Franz. alt. *tua quod nunquam deleverit aetas* paulo erectior visa, et in contextum recepta est, et ita Burm. quoque edidit. Recte vero V. D. in Obss. Misc. tom. II, pag. 101 monuit, nihil temere mutandum esse, quum *non unquam* nostro familiare sit, ut I, 6, 21 al. K.

28. *Cynthia -- forma levis) verba levis* in cod. Perreii, Mentel. Groning. Askew. duob. Leidd. Voss. tribus, pr. Dorv. et meo sec. *forma levis* in meo pr. (Borrich. cod. Mureti, aliis, vid. Lipsium Ant. Lect. I, 20) et sic

in codd. Passerat. Palmer. et Guyetus invenerunt. Scaliger aliquando coniecerat: *Cynthia formipotens*, *Cynthia verbilevis*, sed quod Lucilio vel Pacuvio dignius, quam Propertio; conj. etiam *verba lues* (i. e. tua verba et periuria lues). Neutrum placet. *formam* pro formosa capiendum notat Hemsterhus. ad Lucian. Dialog. pag. 13. *serva levis* in cod. Harleiano. Sed *verba levis* Graeco more, pro in verbis levis et variabilis, ut exponit Pontanus ad Senec. Herc. Oet. vs. 1599, pag. 375, ubi etiam vid. Delrium pag. 350. Burm. Nihil mutandum, elegans voc. *formae* repetitio. K.

29. *quamvis -- famae)* ita in Mentel. pr. Leid. Voss. tribus, pr. Dorv. meo utroque, et prr. aliisque cdd. et sic in Askew. Regg. et uno Colbert. in altero *contendas*. Codicum itaque consensu *contemnas* praetuli, non *contemnis*, ut edidit Broukhus. quia *quamvis contemnis* sonum ingratiorem efficit, et sic Marklandus ad oram libri sui; licet non ignorem I, 18, 13: *Quamvis multa tibi dolor hic meus aspera debet*, et aliis in locis. *munera famae* male in Excerptt. Modii, seu Groning. Versu seq. *Hoc tibi pallori, Cynthia, carmen erit* Guyetus, audacter et male; respicit enim solum vers. praeced. *Cynthia forma potens*, *Cynthia forma levis*.

ELEGIA VI

2. *Ad cuius -- fores)* *pedes* in Leid. pr. Voss. pr. et tert. Borrich. Heins. Mentel. Excerptt. Scalig. et meo utroque, quod Heinsio placuisse videtur, quia id loco Ovid. III, 84 firmabat: *Et iacet ante tuos Graecia moesta pedes*; sed illic de Graecia supplice agitur (*pedes* ex illo ipso Ovidii loco Grammaticus margini codicis sui adscripsisse videtur, quod deinde a librariis in textum receptum est. K.), neque id defendi potest ex obvia locutione: *ad pedes iacere*, *pedes et genua amplecti* et similia; illa enim supplicibus, aut mancipiis servilibus potius conveniunt. *fores*, ut in re-

liquis codd. et edd. prr. legitur, hic maiorem Laidos superbiam indicant, quae procos et amatores, etiam non proletarios neque plebeios, ex omni Graecia, tanquam turbam clientium, ad fores suas iacere cogebat, antequam aegre admittereutur. Firmatur etiam haec lectio ex epigr. Platonis (ep. VII Anal. Brunck. tom. I, pag. 170) ubi ipsa Lais loquitur: Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐραστῶν ἑσμὸν ἐπὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων.

3. *Turba -- Tanta*) Cod. Dresd. vitiose, *Turba memorandae fueraut -- undis Turba, in qua* etc. *fuerat Nicteidos* in cod. Heins. et meo pr. Antiopen forte cogitabat librarius, sed intempestive, in animo habens locum I, 4, 5. pro *Tanta* in cod. pr. Leid. Vossiano, Mentel. Heins. meo utroque *Turba*. Guyetus conj. *Tanta Menandreae -- olim Turba, in qua* etc. Pro *lusit* Gebhard. ex libro Commeliniano affert *risit*. Scioppianum *ussit* damnavit etiam Heins. in epist. ad Graev. ineditis et notis ad Prop. pag. 683. *lusit* vera lectio.

5. *Nec quae -- Thebas*) *Non quae* Voss. tert. *delectas* Voss. pr. et quart. Neapol. pr. Dorv. Askew. meus sec. *delatas* ed. Gryph. 1551, *disiectas* Schrader. Emend. c. VI, pag. 121 ex vestigiis codd. in quibus *delectas*, quae tamen scriptura magis adiuvat *delectas*, una tantum litera ademta, quam *disiectas*. Idem Schraderus videtur *voluit* malle ex cod. Bononiensi Vulpii, quam *potuit*. Mox *Phyrne* vel *Phirne* in Mentel. Bortich. Groning. meo utroque, et aliis plerisque codd. ac vetustis edd. sed *Phryne* recte in cod. Perreii, Dresd. et Colotiano.

8. *Oscula ne desint -- iure ferant*) sic recte edidit Bronkhus. quod merito ex libro Commelini Gebhardus praeferebat (et sic quoque in cod. Dresd. legitur), nam male in multis codd. *nec desunt*, ut in duob. Leidd. tribus Voss. Groning. Askew. utroque Dorv. et meis, prr. aliisque edd. *rara* vitiose pro *iura* legitur in codd. nonnull. unde *cara* vel *carpta* conj. Heins. sed sanissima lectio est *iure* sc. propinquitatis, ut ap. Ovid. Am. I, 4, 64: *Quod mihi das furtim, iure coacta dabis* i. e. iure matrimonii.

9. *Me iuvenum -- numina laedunt*) *Te iuvenum* male in meo pr. *pictae facies* in Vossianis, utroque Dorv. Groning. altero Colbert. et meo sec. *Me pictae fac. iuvenum* in quinto Vatic. *nomina* in Borrich. Groning. Askew. binis Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, quod et in prr. caeterisque vetustioribus edd. reperi. *numina* in aliis, quod ex vet. cod. afferunt Passserat. et Gebhardus, idque praeferebat I. Dousa in Centur. Plautin. c. VIII ad Plaut. Asin. IV, 1, 18, improbante Heinsio in notis Prop. pag. 683; sed exempla, quibus *nomina* tuetur, hic parum ad rem faciunt. Per *facies pictas* intellige imagines formosorum iuvenum, et *nomina* iis addita ac subscripta deorum, aliorumve e fabulis antiquis formosorum. Plin. H. N. XXXV, 10: *Fuit et Arellius Romae celeber paulo ante divum Augustum, nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicuius feminae amore flagrans, et ob id deas pingens, sed dilectarum imagine.* add. Patrui mei notas ad Sueton. Calig. VI, pag. 338. Dorvillius vero ad Charit. pag. 338 potius intelligendum esse existimabat de statuis et imaginibus ipsorum deorum, quae in domibus multae erant, vel interpretandum esse de Propertio timente deos, ne Cynthiam abriperent. Burm. Vera lectio *numina*; centies autem librarii *nomina* et *numina* confuderunt. vid. Catull. LXIV, 134; Sil. It. XVI, 654, ubi vid. Ruperti, et Oudend. ad Lucan. I, 405. K.

10. *Me tener in cunis*) *Te tenet in cunis* in Heinsiano et meo pr. B. Pro *cunis* forte legendum *ulnis*. K.

11. *Me laedit, si multa tibi etc.* *Te laedit* et mox *Te soror* in meo cod. pr. Gebbard. ex cod. Palat. affert: *Me laedet, simulata tibi dabit* (vel *dedit*) *oscula mater*, et ex libro Commelini, *Me laedet simulata Venus dabit oscula.* Vtrumque falsum. (Affinitatis praetextu, et nominibus fratris, filii, sororis, furtivos celabant amores, vid. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 430, 641. K.) et ideo *multa oscula matris* suspecta erant, quia, si semel iterumque vera mater oscula daret, nihil erat, quo laederetur, ideoque fictitiam matrem, *multa oscula* dantem, so-

rorem, amicam, et *in tunica virum* timet, ne sub muliebri specie aliquid viri lateret. *dabit* praecedente *laedet* in Regiis, uno Colbert. duob. Leidd. tribus Voss. *laedes* Askew. alter Colbert. meus sec.

12. *Me soror -- simul*) *et cum quae* Dousa Fil. *quae amica* pro aliqua; quod male probavit Broukhus. et secutus est Vulpius. *cum qua* scil. sorore, simul dormit amica, ut ap. Ovid. A. A. I, 601: *Et bene dic dominae, bene cum quo dormiat illa*, ubi vid. notas. Sic cum Heinsio praestaret, *et si quae dormit amica simul*, vel, *et tibi quae dormit* etc. Inepte Gebbard. Crepund. III, 20: *cum qua dormit amita*, in qua voce secundam producit sine exemplo: sic tamen in suo cod. reperit Passerat. Corrupte etiam *cum qua dormis* in Borrich. Regg. uno Colbert. Askew. duob. Leidd. Dresd. quarto Voss. altero Dorv. meo pr. et edd. prr. quae codd. pertinacia fraudi fuit viris doctis, ut Volsco et Beroaldo, ut lectionem metro adversam admitterent.

13. *Omnia -- timori*) *laedent* Borrich. Dresd. Mentel. et edd. priscae. *laedunt* Voss. quart. Heins. et Excerptt. Modii seu Groning. Heinsius legebat: *Omnia me laedunt timidum: tu ignosce timori*. cod. Dresd. *furori*.

19. *Cur exempla petam Graium? Quin exempla* in meo pr. *Cum* vel *Cumque* in aliis. *extrema* in Mentel. et Groning. qui cod. idem ac Posthianus, ex quo eamdem lectionem profert Palmerius Spicileg. pag. 796, tom. IV. Facis Criticae, et inde elicuerat *Cur externa petam*. Sed receptae lectioni acquiescere praestat. *gravius* pro *Graium* in Menteliano. *petas* in Dresd.

20. *Nutritus -- lupae*) *duro* in duob. Leidd. tribus Voss. meo utroque, Dresd. Dorv. et edd. priscis, et sic in pr. edit. Bronkh. sed *durae* in quinto Vatic. Excerptt. Modii, caeterisque, probante Heinsio. *dure* in Groning. *dirae* praeferebat Francius, i. e. inhumanae. Burm. Praestat *duro*, similiter Sil. It. X, 469 *citato* (np. equi) *dorso*, ubi vid. Ruperti. K.

22. *quidlibet audet Amor*) *quilibet* in cod. Dresd. *quidlibet* in Regg. Colbertt. caeterisque codd. et edd. prr. *quodlibet* in aliis, et ed. Scalig. ut passim haec turbantur.

24. *Et quaecumque -- limen amat*) *feri* Neapol. Dresd. Voss. pr., Dorv. et meus sec. *faeri* pr. Leid. *fori* Heinsii et meus pr. *vici* in altero Leid. et codd. Regg. *veni* Mentel. Heins. coniiciebat *senis* vel *serae*. Sed sana est lectio recepta. Burm. Iacobsius in Specim. Emendatt. in auctt. vett. Gothae 1786 legit: *foci femina lumen amat*, quum intelligi nequeat, quomodo vox notissima *viri* in codd. sic corrumpi a librariis potuerit. Sed negligentes librarii saepius literas *v* et *f* permutarunt, vid. Drakenb. ad Liv. XXI, 11, 4, unde nihil mutandum. Kuin.

25. *Templa -- statuisse puellis*) *posuisse* in quinto Vatic. et tert. Voss. pro varia lectione, quae verba et alibi permutantur. Burm. Post hoc distichon inserendi mihi videntur vs. 35, 36: *Sed non immerito* etc. K.

26. *Si -- licet*) *cuius* in Heins. et meo pr. *quovis* in uno Voss. pr. Dorv. et meo sec. *cuilibet* in Heins. et Mentelii cod. pr. Leid. Voss. et meo. *quolibet* in altero Leid. *esse decet* in pr. Vatic. Passeratius: *Si quaevis nuptae quidlibet esse licet*, quod refutavit Gebhardus, et legit: *Si cuivis nuptae, quod libet, esse licet*, separata voce *quod libet*, non iuncta *quodlibet*, ut Heins. ad Ovid. Epist. VII, 168. Vulgata quidem sic exponi posset: *si nuptae licet esse quidlibet cuivis* i. e. si nuptae licet se quibusvis prostituere. Elegans est Broukhusii coniectura: *Si cuivis nurui quidlibet esse licet*, ut *cuivis nurui* sit, tam patriciae quam plebeiae, quo titulo duo Pudicitiae fuerunt Romae templa. Sed praefero coniecturam Toupii in Emend. ad Suidam pag. 23: *Si cuivis nuptae, quo libet, ire licet*, quia aptissime hoc opponitur *domisedae*, seu quae *viri limen amat*, quod praecedit vs. 16.

28. *Et posuit -- domo*) *iussa* in Palatino Gebhardi, pr. Voss. Leid. Heins. et meo utroque. An forte *turpia signa?* sed *visa* se tuentur ex II, 32, 1 seq.

29. *Illa puellarum -- ocellos*) *amores* Voss. tert. et

unus Colbert. sed in cuius marg. *ocellos* est. *corrumpit* in Heins. et Groning. Altero versu *non sinit* in Voss. tert. et quinto Vatic.

31. *Ah gemat -- arte*) Malim *At gemat*, ut indignantis imprecatio sit. Heins. legebat: *Ah gemat aeternum, ficta qui protulit arte*. Pro *ista* in Neapol. *iste*. Male Livineius *gemat in terris* coniungit, distinguendum est, ut edidi, *Ah gemat, in terris* etc. Altero vs. pro *Iurgia* forte praestaret *Proelia* i. e. coitus formas et modos, ut el. I, 45; sed praeferenda videtur Ruhnkenii coniectura *Orgia sub tacita* etc. ut *Orgia* vocet varios concubitus modos, qui reticeri debent, non per pictores in lucem proferri. Quo sensu saepius *Orgia Veneris*, seu μυστήρια, vid. Dorv. ad Charit. pag. 402; qua emendatione admissa, pro *ista arte* cum Heinsio *ficta* mallem.

33. *Non -- figuris templa*) Guyetus, male. An hic forte *vitiabunt* legi posset e codd. in quibus mox loco non suo librarii dederunt *vitiavit aranea fanum*.

34. *Tum paries -- pictus erat*) *Tum* in Excerptt. Scalig. Neapol. pr. et quinto Vatic. cod. Fruterii, quod ex Groningano et duob. Colbertt. praetulit Broukhus. pro *Cum*, ut in aliis. Pro *crimine* in sec. Dorv. *carmine*: in Heins. et meo pr. *lumine*. vitiose. Heins. in notis pag. 684 legit: *nullo crimine opertus erat*. Nihil mutandum docent loca a Broukhus. prolata Terent. Eun. III, 5, 35 sqq. Ovid. Trist. II, 521 sqq. Sueton. Tiber. 43, 44. De istis picturis turpia amorum schemata exhibentibus vid. Spanhem. de V. et Praest. Num. tom. II, pag. 522 seq.

35. *Sed non immerito -- fanum*) *Pro velavit* in tert. et quarto Voss. *variavit*, quod ex praeced. disticho male repetitum. *vitiavit* in Groning. sec. Dorv. et cod. Livin. male. recte *velavit* Heins. probat, et inde *aranearum vestes* dici notat. Sed de vero loci sensu magis sollicitos nos reddit *fani* et *deorum desertorum* mentio. Forte post invectivam in obscoenas istas tabulas vs. 27 -- 33, quasi e diverticulo hic redit ad *templa Pudicitiae*, olim Romae exstructa, quae vs. 25 memorarat, adeoque haec explicanda

opinor ex Liv. X, 23, ubi postquam de utroque Pudicitiae sacello egisset, sequentia subiungit: §. 10 *vulgata deinde religio a pollutis, nec matronis solum, sed omnis ordinis feminis postremo in oblivionem venit.* Vide igitur, an hic scripserit Prop. *Sed nunc emeritum velavit aranea fanum* (quae emendatio et nobis magnopere placet. K.), sic *emeritas genas*, annosas et cariosas, IV, 5, 16; *emeriti anni* de milite veterano Ovid. Trist. IV, 8, 21. vid. Heins. ad Ovid. Met. XV, 186, vel hoc modo: *Sed nunc praeteritum velavit a. f.* i. neglectum. Nam *praeterire* elegans hac in re verbum, vid. Ovid. Met. VIII, 278. Si quis vulgatam praeferat, *non immerito* dicit fanum aut sacellum Pudicitiae situ obductum fuisse, deorum desertorum ira, quia propter ingravescentem libidinem, turpesque amores, templa illa Pudicitiae inutilia et vacua erant facta. Versu seq. *male desertos* Heins.

27. *Quos -- ponam*) *Quos igitur custodes, quae tibi limina ponam.* Legendum ex verissima Heinsii emendatione: *Quos ig. tibi c. ad limina ponam.*

39. *Nam -- prodest*) *Prodet* corrupte in Vossiano.

40. *Vxor me nunquam*) *Hos uxor* in duob. Leidd. tert. Voss. Mentel. et edd. prr. *Vxor nos* Dresd. *Vxor me* in Aldd. caeterisque. *Nos uxor* in Excerptt. Scalig. Voss. pr. et quarto, Askew. duob. Dorv. Heins. et meo pr. *me ducet amica* recte pro capiet, alliciet, vel imponet mihi, interpretatur Heins. ad Ovid. Met. VIII, 123, et ni fallor melius, eodemque significatu, quo infra el. XVII, 1. Forte etiam hic legi posset: *Vxor me nunquam, nunquam subducet amica*, i. e. nunquam me tibi auferet, a te avertet.

ELEGIA VII

Ad Cynthiam in uno cod. meo, ut in Borrich. aliis et priscis edd. vel *de Cynthia*, ut in altero meo inscribitur, et aliis.

1. *Gavisa es certe sublatam, Cynthia, legem*) ita secutus Koppiersium in Obss. Philol. pag. 139 edidi et distinxi, pro *Gavisa est certe sublatam Cynthia legem.* Alii legere malunt: *Gavisa est per te*, quod ex cod. Palat. profert Gebhardus, ut ad Augustum referatur. Sed quia tota elegia Cynthiam suam alloquitur, *per te* hic loco non valde commodo stabit; ut hoc primo vs. Augustum alloqueretur, in reliquis Cynthiam, praesertim quia *flemus uterque*, *Ni nos divideret*, sequitur. Et sic Schraderus Emend. c. VI, pag. 123 *sublata lege* in cod. Livineii, et Excerptt. Modii, seu Groningano.

2. *flemus uterque diu*) *stemus* in Excerptt. Modii, Borrich. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et edd. prr.

3. *Ni nos -- amantes*) *Quae nos* in cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. *Quis nos* in pr. Voss. uno Palatino, Commelin. et meo sec. *Si nos* in priore. *Ne nos* in aliis; sed *Ni nos* in Regiis, Colbertt. Borrich. Groning. et edd. prr. ut pro *ne* dixerunt vett. *deducere* male in pr. Leid. Mentel. et Dorv. primo. Burm. *diducere* est distrahere, dividere, in partes scindere, et violentam actionem significat, vid. interpp. ad Iustin. XV, 4; Sil. Ital. XV, 187; Lucan. II, 294; III, 584. Frequenter autem haec verba, ut omnino *de* et *di* in compositis, a librariis commutata sunt. vid. Drakenb. ad Sil. l. c. Burm. ad Ovid. Met. IV, 372; Manut. ad Cic. ep. ad Div. XIII, 6; Casaub. ad Suet. Caes. 1 et 5; Obss. Miscell. tom. V, pag. 298, et quos laudavit Drakenb. ad Liv. XXI, 55, 5. Kuin.

5. *At magnus Caesar. sed -- armis*) *An magnus Caesar?* cod. Dresd. et ex Palatino Gebhardus, i. e. ne Iupiter quidem nos divideret. An igitur Caesar, quantumvis magnus? in medio versus *si magnus Caesar*, pro *sed*, in cod. meo pr. unde facili correctione rescrib. potest, *sit magnus Caesar in armis*, ut respondeat praecedenti obiectioni, *At magnus Caesar*, et sic Markland. ad Statii Silv. pag. 305; et iam Gruterus Suspic. ineditar. XXII, 13. hoc certe praefero coniecturae V. D. in Obss. Misc. Vol. I,

pag. 430. *At magnus Caesar: at magnus Caesar in armis:* ultima in *Caesar*, prima versus parte, propter caesuram producta, sequente licet vocali. Ayrmannus vero distinguebat: -- *Caesar in armis Devictae gentis. nil in amore valent.* satis absurde. Pro *Devictae* in Heinsii et meo pr. *Seductae*, an voluit librarius *Subiectae?* Burm. Huschke in ep. Crit. *Sed magnus Caesar in armis, Devictae gentis nil in amore valet.* K.

7. *Nam citius -- discedere collo*) *discindere* in Excerptt. Modii seu Groning. sed reclamantibus caeteris codd. edd. priscis et imitatione Ovidii Pont. II, 8, 65: *Nam caput e nostra citius cervice recedet, Et patiar fossis lumen abire genis; Quam caream raptis, o publica numina, vobis.* add. Epp. XVI, 153.

8. *Quam -- perdere amore faces*) *in ore* Mentel. Borrich. alter Regius, duo Leidd. tert. et quart. Voss. uterque Dorv. meus pr. et edd. prr. Aldd. Iuntina, aliae. *more* cod. Passerat. Dresd. Neapol. pr. et quint. Vatic. Askew. sed *amore* cod. Perreii, Groning. Colbertt. unus Reg. alii. *prodere* Dresd. tert. et quart. Voss. quod volebant Livineius et Passeratius; ut innuat se potius mortem subiturum, quam ut, ducta propter legem Iuliam uxore, Cynthiae amorem *perdere* vel *prodere* vellet. *prodere* probabat Heins. Advers. II, 5, pag. 239, et in notis ad Prop. pag. 684. In reliquis *perdere*, quod recte Bronkhusius praetulit. Burm. Astius legit: *Quam possem nuptae laedere amore faces*, i. e. laedere te, amatam puellam, alterius amore. Equidem *perdere* praefero, quum hanc lectionem plures codd. tueantur, et statim sequatur *prodita*, quod minime movendum. Librariis, qui omnino saepius haec verba permutarunt, vid. Cic. ad Div. I, 9, 63; Ovid. Trist. III, 5, 23; Drakenb. ad Liv. XXI, 19, 9; Obss. Misc. tom. I, pag. 431; tom. IV, pag. 319; Bentl. ad Horat. epp. I, 16, 67; Burm. ad Virg. Ecl. III, 59; Heins. ad Ovid. Fast. IV, 715 h. l. similitudo verborum *perdere* et *prodere* vs. 8 et 10 fraudi fuit. Kuin.

9. *Aut ego -- maritus*) *Anne* Dousa in libri sui

marg. et Heins. atque ita edidit Broukhus. quod firmari potest ex illis, quae notavit Bentl. ad Horat. Carm. I, 12, 35. *Aut ego* tamen est in omnibus fere codd. Mentel. Borrich. Dresd. Groning. Askew. Excerptt. Scalig. Heins. Leidd. Voss. utroque Dorv. et meis et edd. prr. quod probabat Ayrmanuus. *transierim* in Excerptt. Modii seu Groning. quod placebat Heinsio. *clara* pro *clausa* in Mentel. et pr. Leid. *transirem* vero hic eo significatu dicit, quo Ovid. Rem. Am. 785: *Di faciant, dominae possis transire relictae Limina, proposito sufficiantque pedes*; quamquam hic etiam intelligi posset de pompa nuptiali, qua uxorem ducens Propertius, Cynthiae ianuam transiret.

10. *Respiciens -- luminibus*) pro *udis luminibus* maiori emphasi substitui hic posset *tumidis*, quo sensu legitur ap. Sueton. Tib. 7, ubi vid. Casaub. et Torrent. pro *prodita* in nonnull. codd. et edd. vetustis *perdita*, unde *oblita* corrigebat Heins. in Advers. et in not. pag. 239; sed *clausa* et *obdita* uno disticho minus bene iunguntur, ideo *prodita* i. e. deserta a me, legendum.

11. seq. *Ah mea tum — Tibia* etc.) *Ah mea tum qualis caneret tibi, Cynthia, somnos Tibia* in Scalig. et Modii Excerptt. Mentel. Dresd. Borrich. Neap. Leid. Voss. Regg. uno Colbert. utroque Dorv. meis et edd. prr. *qualis caneret tibi, Cynthia, cantus Tibia* in Aldd. Iunt. Colinaei, Gryphii, Rovill. et aliis edd. *mihi Cynthia* in uno Regio. *tibia* bis repetita in Neap. altero Colbert. quinto Vatic. pr. Leid. codd. Vossii, Dorvill. aliis, nisi quod *Cynthia* in sec. Leid. in nullo tamen cod. aut ed. vetusta *faceret* legitur, ut emendabat Heinsius. *caneret tibi, Cynthia, somnos Tibia* recte exposuit Scaliger de tibia nuptiali, qua nova nupta domum deducebatur noctu, et haec ironice capienda, pro tibia mea somnos tibi adimeret, quum tibiam Propertii tui, uxorem ducentis, audires. *faceret* ex sola Heinsii coniectura (vid. Advers. II, 5, pag. 239; not. in Prop. pag. 685) in contextu dedit Broukhus. et recte notavit hic Dorvill. Heinsium et in h. l. et in vs. 15 aliquantum liberius Criticen exercuisse, eique non optimo exemplo assensum ubique esse

Broukhusium. Hemsterbusius quoque probat lectionem: *caneret tibi*, *Cynthia*, *somnos*, *Tibia funesta* etc. et *caneret* praegnanti potestate capit, canendo faceret et conciliaret. Santenius ex Ovidii imitatione Epp. XII, 140 legendum coniiciebat: *Tibia funerea tristior illa tuba*. Burm. Huschkius in ep. ad. Santen. legebat: *caneret tibi Lydia somnos Tibia*, *funesta* etc. *Lydia tibia* i. e. quae modulum Lydium imitaretur, cuius inventor fuisse traditur Olympus Phryx, vid. interpp. ad Eurip. Iph. Aul. 573. Lydia autem harmonia inprimis acuta, et lamentationibus accommodata. Astius Obss. pag. 25 seq. recte legit: *quales caneret tibi tibia cantus*; quam lectionem confirmat Ovidii imitatio Epp. l. c. *Tibiaque effundit socialia carmina vobis*, *At mihi funerea flebiliora tuba*. Lectionem *somnos* a sciolo quodam invectam esse putat, qui e vs. 9 coniiceret, sermonem hic esse de more, quo amatores sub noctem ante amicarum domos transibant, miseriasque suas deflebant; quem sensum etiam Broukhusius his versibus male subiecit. Altero vs. legit *ipsa tuba*, sine idonea, ut opinor, ratione. Kuin.

13. *Vnde -- triumphis*) Novam hic elegiam, quatuor distichis constantem, plurimi incohant codd. ut ex Puccii cod. notaverat Perreius, et sic Mentel. Dresd. Neapol. Borrich. Regii, Colbertt. Leidd. Vossiani, meus uterque, et Dorv. nec aliter in prr. aliisque edd. antiquis. Sed recte cohaerent cum praecedentibus. *patriae* in Vossiano. *unde* hic capiendum pro, quorsum, vel ex quo fonte. Pro *patriis* Ruhnkenius *Parthis triumphis* emendandum putabat, ut indicet poëta, nullos sibi natos esse, qui Parthicum Augusti triumphum prosequantur; in quo inest tacita Augusti adulatio. V. D. teste Dorvillio in Obss. Miscell. tom. I, pag. 431, hic corrigendum arbitrabatur: *Vnde mihi* nostris *natos debere* triumphis? *Nullus de* patrio *sanguine miles erit:* praeferrem potius coniecturam Heiusii *Latiis triumphis*, licet minus necessariam censeat Schraderus Animadv. ad Musac. c. 12, pag. 230. certe *Latium* saepe in *patrium* a librariis permutatum, vid. Anthol. Lat. tom. II, pag. 389, quamquam recepta lectio etiam commode servari possit.

15. *Quodsi Romanae comitarent castra puellae*). Sic recte emendavit Scaligerus. *Quod si vera meae* in cod. Mentel. Leidd. Voss. Borrich. Groning. Dorvill. meis caeterisque, et ita in suo cod. Propertii invenit etiam Ciofan. ad Ovid. Met. XIV, 259. *Et si vera meae comitarent* in Leid. sec. Dresd. Askew. Regiis, uno Colbert. in altero *Quid si vera meae*. In aliis *comitaret*, *comitarem*, vel *comitarer*, sed *comitarent* in plerisque. *sera* conj. Oudendorp. Sed restitutionem Scaligeri Propertius ipse firmat IV, 3, 45: *Romanis utinam patuissent castra puellis*. Scaligero recte assensus est Passerat. Gebhardus et Livineius, etiam Hemsterhusius. Male Bronkhus. amplexus est, et in ipso textu dedit Heinsii Advers. II, 5, pag. 239; in notis pag. 685; et ad Ovid. A. A. II, 636 coniecturam: *Quod mea si tenerae comitarent castra puellae*. *Castra* autem pro expeditionibus dicuntur, vid. Oudend. ad Lucan. I, 374. Altero versu *Sat magnum* Heinsius, ut *altum spirare*, et similia. Vs. 17 Ayrmannus pro *meruit* legit: *mereat*, sed locus sanus.

20. *Hic erit -- amor*) e *patrio* Voss. quart. *patriae* Voss. pr. et meus sec. Quia in antecedentibus amorem gloriae militari, castrisque longe praeposuit, multum erigi posse huius loci sententiam arbitror, si legamus: *Hic erit et Partho sanguine pluris amor*, ut sensus sit, hic amor mihi pluris erit, quam si de Parthis occisis triumpharem. vid. infra el. XIV, 21 sqq III, 10, 3 sqq.

ELEGIA VIII

Ad amicum inscribitur in codd. Colbertt. Borrich. Groning. meo utroque, Dresd. et reliquis. *ad Cynthiam* in Regiis, aliisque.

1. *Eripitur -- puella*) *Arripitur* in Excerptt. Modii, seu Groning. i. e. *abripitur*, sed *eripitur* hic maiorem vim indicat, ut Tibull. III, 2, 1; Barthium Animadv. ad Stat. Silv. II, 1. *tam pridem* emendantem recte refutavit Bronkhus. quod libri nihil mutant, et pro *iam diu* exponit,

Dorvill. notaverat, *iam pridem* in aliis locis sumi pro in praesenti modo, *iam iam*, ut ap. Virg. Ecl. II, 43. *Iam pridem -- orat*, quod pro *etiam nunc orat* dictum capiebat. Eo autem sensu *iam pridem* coniungendum cum *Eripitur*, sed si cum *cara* connectamus, pro iam longo abhinc tempore amata, dictum erit. Altero vs. pro *vetas* in Voss. quarto *negas*.

4. *Ipsum me -- hostis eris)* *levior* vitiose, et reluctante metro, in Leid. sec. et Dorv. pr. *segnior* in pr. et tert. Voss. et meo sec. *lenior* recte se habet, sed legendum videtur *lenior hostis eris*, ut passim apud poëtas mortem potius subire praeferunt amantes, quam amicas abstrahi, vid. Ovid. Epistt. XVI, 153. Burm. Et hanc Burmanni emendationem verissimam in textum recepi. Nam e vulgari lectione parum congrua sententia procedit. Vulpius eam interpretatur: appete meum ipsius iugulum, minus te persequar. Addit: Nam et umbrae mortuorum credebantur eos insectari, a quibus occisi, et quocumque modo male habiti fuerant. Dura et coacta explicatio. Mitscherlich. Lectt. in Catull. et Prop. pag. 161 legit: *lenior hostia ero* i. e. minus tibi reluctabor, minus tibi infestus ero, si me ipsum iugules, quam si Cynthiam mihi eripias. Boltius vero in Silva Critica pag. 74 adstipulatur quoque Burmanno, *hostis eris* legenti. Caeterum similis locus infra el. XXXIV, 13 sqq. Kuin.

5. *Possum -- lacerto)* *Possim* malim cum Heinsio.

8. *haec in amore rota est)* *caeca* vel *aequa in amore rota est.* conj. Heinsius. Sed nihil muto. *haec* minime sollicitandum, et eamdem vim hic habet, ac supra I, 13, 9. Post hunc versum in nonnullis edd. ut Rovill. et quae Graevii nomen venditat, lacunae signum appositum est, sequente disticho: *Magni saepe Duces* etc.

10. *Et Thebae -- fuit)* *steterant* in Borrich. Groning. binis Leidd. Voss. tertio, utroque Dorv. meis, aliisque codd. ut in prr. edd. Aldinis, caeterisque antiquis. *Et Thebae steterunt, altaque Troia ruit* legebat Heins. ad Ovid. Rem. Am. 66: vulgata tamen hic tueri se potest, ut respexerit

Prop. ad notum illud Virg. Aen. II, 325: *fuimus Troes, fuit Ilium, et ingens gloria Teucrorum.*

11. *Munera -- feci*) Francius legendum censebat: *Munera quanta dedi, quae non ego carmina feci?* Altero versu *dicit* cod. Dresd.

13. *Ergo tam multos etc.*) *Ergo ego tam multos* Heinsius et Francius. Novam hic elegiam facit Guyetus, legitque: *O ego tam multos* etc. *iam multos* in Meutel. Voss. pr. utroque Dorv. meis codd. et prr. aliisque vetustis edd. Altero vs. *quin tulerim* cod. Neapol.

15. *Ecquandone tibi*) *Et quandone* in duob. Leidd. pr. Dorv. Dresd. et meo utroque. *Et quando ire* in edd. prr. Aldd. Colin. Gryph. aliisque. *Et quoniam ire* in Voss. pr. vera lectio est *Ecquandone*, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 495. par ratio est in *Et quis* et *Et quod*, ut scribunt libri meliores, non *ecquid*, et *ecquod.*

17. *Sic igitur -- Properti? Sed morere*) elegans imitatio ex illis Didonis ad mortem se instigantis ap. Virg. Aen. IV, 660: -- *moriemur inultae? Sed moriamur, ait. sic sic iuvat ire sub umbras. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus: et nostrae secum ferat omina mortis.* Eleganter autem proprium nomen suum interponunt, quando cum animo loquuntur, ut h. l. *prima m. a. Properti?* ut IV, 1, 73; VII, 49 al. idque vel secunda vel tertia persona, vid. Dorvill. ad Chariton. pag. 90. *Sed morte* pro *Sed morere* corrupte in Groning.

21. *Quid non Antigonae -- Corruit*) *Quid non? Antigone* distinguitur in Borrich. Dresd. et meo pr. *Antigone* etiam in altero Neapol. Askew. et Colbertt. i. e. *Antigones*, ut iu Voss. tert. *Antigonae* in quinto Vatic. Dresd. Borrich. Groning. *nonne Antigones* Heinsius, ex more Propertii I, 17, 15 al. *Boëtius hemon* in meo utroque, Neapol. Regg. et Colbertt. et priscis edd. Pro *Corruit* Francius in libri sui marg. *Contudit* coniecit, me non probante.

23. *Et sua -- puellae*) *tam miserae* in quarto Voss. et Excerptt. Modii seu Groning. *tunc miserae* in sec. Dorv. sed male. *commiserae* in quinto Vatic. Infeliciter Francius

conj. *Et sua cum misera permiscuit ossa puella*, quatuor vocibus in eumdem sonum male desinentibus. Est enim hic eadem loquendi forma *sua ossa puellae permiscuit*, ut supra el. III, 21, ut in Inscr. antiqua ap. Gruter. DCCXV, 10: *Ossa mea in aram mixta cum filiae* (nempe *ossibus*) *una requiescunt. Permiscuit* in sec. Leid. tribus Voss. duob. Dorv. meis, Dresd. Askew. caeteris codd. et omnibus fere edd. antiquis, quod cum Broukhusio mutare unius Colbertini auctoritate, in quo *commiscuit*, necesse non existimavi. Altero vs. *Quis sine* coniec. Heinsius, ossibus nempe.

25. *Sed non effugies*) *efficies* in Regg. Colbertt. Dresd. altero Leid. tribus Voss. pr. Dorv. meo utroque, et antiqq. edd. in reliquis omnibus *effugies*, quod probarunt Lips. Ant. Lect. I, 20, et Passerat. et recte edidit Broukhus. Scaligerum secutus. *Non effugies* simpliciter positum est, pro mihi te elabi non patiar, ut ap. Virg. Ecl. III, 49: *Nunquam hodie effugies*, vid. Heins. ad Ovid. A. A. II, 28, 531; vel *effugies* scil. mortem, ut infra el. IX, 52.

26. *Hoc — cruor*) *ferro* pro *telo*, quod in ed. Scalig. est, recte adstruit Broukhus. idque ab omnibus codd. firmatur. vid. et Cic. in Pison. c. 7 extr. *eodem* hic in bisyllabon contrahitur. Male Francius coniecerat: *Hoc eodem stillet telo utriusque cruor.*

27. *Quamvis — futura*) *quamvis haec mihi mors est inhonesta* in pr. Dorv. adversante metro. Altero vs. *tu moriare* in Voss. pr.

30. *Cessare — arma sua*) *Cessare in thecis* ex sola Guyeti, temerarii Critici, coniectura edidit Broukhus. Admitterem, si vocem hanc poëtis, elegiacis praesertim, usitatam, vel uno loco adducto, ostendisset, de quo valde dubito. Vetus codd. et edd. antiquarum scriptura fuit *Cessare in tectis*, quod in sec. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. Dresd. et meis legitur. *Caesare in tectis* corrupte in pr. Leid. Praeferendam existimavi lectionem, quam ex vet. cod. Passeratius et ex libro Commelini protulit Gebhardus: *Cessare in Teucros.*

33. *Viderat — Achivos*) Haec est lectio ex cod. Palmerii, Fruterii et Passeratii deducta, cui acquievit Broukhus. notatque in partem iuvare codicem suum primum et Borrich.

in quibus *Viderat ille Phrygas*; sic et in Excerptt. Scalig. *fugas* in Dorvilliano, Neapol. Dresd. et quinto Vatic. et pro varia lectione in Voss. tert. in quo a manu pr. *Phrygas*, ut in meo pr. *fuga* in quarto Voss. et duob. Leidd. *fuga fractos* Fruterius, quod et probabat Wasseubergius, et comparabat cum Virg. Aen. XII, 1: *Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt.* -- *fractos* etiam in cod. Passerat. et Dresd. *fuga stratos* legebat Passerat. *tractos* in duob. Leidd. tribus Voss. utroque meo et Dorv. *tractosque* in Voss. tertio. Heinsius legebat: *Viderat ille Phrygas stratis in litore Achivis*, vel, *Viderat ille fuga sparsos*, vel denique, *Viderat Iliaco fractos in litore Achivos*. Hemsterhusius: *Viderat ille Phrygas*, *fractis*, *in litore*, *Achivis*. Placeret prae caeteris secunda Heinsii coniectura *fuga sparsos*, nisi mox *sparsas caede* sequeretur. vel, *Viderat ille fugas stratos in litore Achivos*. Altero vs. forte respicit Virg. Aen. IV, 567: *Iam mare turbari trabibus, saevasque videbis Collucere faces, iam fervere litora flammis*. Heinsius: *Dorica transtra*. Sed *castra* pro navalibus, statione. BVRM. Lectio *fractos* non sollicitanda erat, vid. notas. *fractus* et *tractus* etiam aliis in locis permutantur, vid. Drakenb. ad Sil. It. III, 55. Lectio *Phrygas* Grammatico originem suam debere videtur. *Dorica castra* eodem sensu dixit etiam Virg. Aen. II, 27. KVIN.

34. *Porrectum*) Est imitatio Virg. Aen. IX, 589: -- *et multa porrectum extendit arena*. Male *proiectum* in Voss. tert.

35. *Omnia — passus*) In Excerptt. Modii hic versus ultra modum carminis productus sic legitur: *Omnia formosa pro Briseide passus Achilles*. Saltem librarius iste, versum immutans, vel si *Achilles* margini pro glossa fuerit appositum, idque in contextum receperit, scripsisset: *Omnia pro pulchra Briseide passus Achilles*, vel *pro serva Briseide*, quia *captiva* sequitur.

37. *At postquam · sera*) Pro *sera* in Voss. quarto, Excerptt. Scalig. et bin. Dorv. *seva*. Sed *sacra* in Voss. pr. et tert. meoque secundo.

39. *Inferior — vel matre, vel armis*) *multum* in Dorv.

quod non penitus reiiciendum, quia saepe *multum* comparativis additur pro *multo*, vid. Vorst. ad Sulpic. Sev. I, 7, pag. 23. *marte* in pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. et meo pr. *vel in arte* Leid. sec. et meus. *matre* in cod. Perreii, Colotiano, pr. et sec. Vatic. et libro Passerat. quod probat Heins. et optime asseruit Broukhusius ut dicat, se neque matris origine, deae quippe, neque belli gloria cum Achille comparandum esse. BVRM. *Marte* improbat Barthius, quum sic bis idem dicatur. Equidem conieceram *sorte* i. e. conditione, genere, ut ap. Ovid. Met. II, 56: *sors tua mortalis.* Poterat Grammaticus *sorte* explicare voc. *matre*, et sic haec lectio a librariis in textum recipi, ab aliis *marte* scribi. Frequenter omnino voce. *sors* et *mors*, *mars* et *mors* a librariis inter se permutata sunt, vid. Drakenb. ad Sil. X, 474; Oudend. ad Lucan. IV, 147. Sed iam in lectione recepta *matre* acquiesco. vid. notas. KVIN.

40. *Mirum si de me* etc.) Legi etiam posset, si codd. addicerent, *Mirum ni de me*. Nam utrumque in usu apud vett. vidd. Bentl. ad Horat. Sat. II, 1, 55, et interpp. ad Ovid. Met. VII, 12. BVRM. Valde arridet coniectura V. D. in Bibl. Amstel. Crit. Vol. II, P. II, pag. 15 pro *iure* legentis *Tulle*, ad quem hanc elegiam scriptam esse vs. 2 docet. K.

ELEGIA IX

1. *Iste -- fors et in hora*) *fors an* in Voss. quarto. Sed *fors et* recte legitur in Mentel. Borrich. Groning. utroque Leid. pr. et tert. Voss. binis Dorv. et priscis edd. et hoc recte adstruit Broukhus. in curis secundis. Nam in prima eius ed. *forsit*, quod in altero Vatic. ut Canterus et Scaliger. vid. Heins. ad Val. Fl. I, 478; Virg. Aen. XI, 50; Markland. ad Stat. Silv. pag. 321. Altero vs. pro *eiecto* in codd. Regg. Groning. Leid. sec. et Dorv. *erepto*. *electo* in Heins. Borrich. Dresd. Neapol pr. Dorv. et altero Colbert.

3. *Penelope -- annos*) *potuit* in sec. Dorv. *bis senos* male in Voss. tert. Groning. et cod. Livineii. *salva*, quod

in omnibus fere codd. et edd. antiquis, Dorvillio, aliisque non immerito displicebat, licet Volscus et Livineius exponant integram, incorruptam. *casta* Guyeto arridebat. *sancta* Arntzenio ad Aurel. Vict. de viris illustr. c. 46. (quum *sanctus* et *castus* saepius commutentur, ut ap. Lactant. II, 7: *sancta* i. e. casta, vid. interpp. ad Phaedr. III, 10, 30; Serv. ad Virg. Aen. II, 158; Broukh. ad Tibullum I, 5, 14; Duker. ad Flor. II, 6, 40. K.) *sola* recte in libri sui marg. conj. Francius, et Markland. eamdem lectionem variantem notaverat etiam Lat. Latinius, monente Schradero, Emend. pag. 124, quae sese probavit etiam Koppiersio Obss. c. 11, pag. 139. Sic *sola* Virg. Ecl. X, 48; Prop. III, 3, 20; VI, 23.

4. *Vivere -- procis*) *Multis unica digna procis* conj. Markland. Male. *femina* enim passim ap. nostrum de ipsis heroinis, supra el. VI, 23. (add. Ovid. Trist. II, 375; II, 13, 47; Hom. Il. σ, 345) Francius emendabat *multis femina culta procis*. Burm. Iacobsius Emendatt.: in auct. vett. pag. 94 suspicabatur legendum esse: *multis femina cincta procis*, ut ap. Ovid. Met. XII, 216: *caterva matrum cincta virgo*. K.

5. *Coniugium -- Minerva*) poterat *falsa dividere* in sec. Dorv.

8. *facta remansit anus*) Ianus Gruterus Suspicion. Ineditar. XXII, 13 legendum coniiciebat: *sancta remansit anus*, ut velit poëta eam se ita continuisse ab omni virorum contactu, ut solent res sanctae. Sed illum refellit imitatio Ovidii Heroidd. I, 115: *Certe ego quae fueram, te discedente, puella, Protinus ut redeas, facta videbor anus*. Burm. Waardenburgius Obss. in Prop. monet, illo Ovidii loco diversum esse verborum sensum et structuram, nec ei placet *remansit* nude positum, sed praedicatum desiderat, quale legitur ap. Ovid. Her. V, 133: *At manet Oenone fallenti casta marito*. Legit ergo et h. l. *casta remansit anus*. Ingeniose, neque tamen contra auctoritatem codd. quicquam mutaverim. K.

9. *Briseis*) *Chryseis* olim ab aliis lectum fuisse patet

ex Volsco. Versu seq. *moriens* pro *moerens* in uno Colbert. et cod. Dresd.

11. *Appositum -- vadis*) versus hic nothus videbatur Scaligero, sed ab omnibus tamen codd. agnoscitur, et recte eum tuetur Gebhardus. Pro *fluviis vadis*, quod olim codd. prr. et alias antiquas edd. obsederat, nonnulli *fulvis*, sed pluribus suffragiis alii *flavis* praetulerunt, ut clare legitur in Dorvill. sec. sic Heins. ad Ovid. Am. III, 7, 7, et in notis Prop. pag. 686, ubi scribit Guyetum legisse: *Apposito flavis in Simoënte vadis.* Etiam Markland. *flavis* in suo cod. correxerat, et sic affert Barth. ad Stat. Theb. IX, 375. Neque etiam non blanditur coniectura Oudendorpii, qui ex vet. lect. *fluviis* emendabat *Phrygiis vadis*, et forte in animo habuit Virg. Aen. I, 628: *Alma Venus genuit Phrygii Simoëntis ad undas.* Gebaverus tamen in Dissert. Anthologic. II *fulvis vadis* legendum contendit, cuius sententiam nimium forte laudarunt Lipsienses in Actis a. 1733, pag. 382. vid. Schrader. Animadv. ad Musae. c. XV, pag. 269. Pro *appositum* in cod. Perreii, Neapol. Vatic. sec. uno Colb. Heins. meoque pr. *propositum*.

13. *Foedavitque -- Achillei*) *Siccavitque comis* in Colot. pr. Vatic. et cod. Passerat. *Siccavitque* etiam habet Ferrarii liber, et amplexus est Gebhardus, atque ex suo cod. Barthius ad Stat. Theb. IX, 375; quod hic praeferendum, quia lugentis Briseidis habitus iam praecessit, et de Achillis comis foedatis capi non potest. (*Foedavit* vera lectio, *siccavit* glossema, vid. notas. K.) Pro *Achillei* in omnibus fere codd. legitur *Achillis*. *Achilli* in cod. Dresd. aliis. Sed genitivum Graecum *Achillei* vel *Achilli*, ut *Vlixei* et *Vlixi*, dudum praetulerunt viri docti. Vid. Victorius ad Cic. epp. ad Attic. IX, 1; Graev. ad Div. XIII, 2; Cortius ad Sallust. Fragm. pag. 934; Bentl. ad Horat. Carm. III, 16, 41, *ut tanti* legebat Ayrmannus. *et tantum* in aliis legi testatur Volscus. Altero vs. *Grandiaque* Guyetus, sine ulla necessitate. Imitatus est h. l. Ovid. Met. XII, 615. *Iam cinis est, et de tam magno restat Achille Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.*

15. *Quum tibi nec Peleus aderat)* *Quo* in Vossiano i. e. *Quom*. *Quando ibi* conj. Heinsius, quod et Guyeto placebat, Dousae et Schradero Emend. pag. 123, et firmatur a Colotii Excerptt. ac cod. Passeratii. In reliquis *Quum tibi*.

16. *Scyria -- toro)* *viro* in omnibus fere codd. sed *toro* in Colbertt. et ex vet. cod. recte restituit Scaliger, et probavit etiam Heins. ad Ovid. A. A. I, 682. *Syria* corrupte in Regiis, sec. Leid. Voss. pr. aliis. *Schyria* in meo pr.

17. *Tunc igitur veris -- natis)* *castis natis* in Leidd. pr. et tert. Voss. meo utroque et Dorvill. quinto Vatic. Mentel. et pro varia lect. in Excerptt. Scalig. nec aliter in priscis edd. sed glossam puto, et alterum ex Colbertino et Groning. recte vindicavit Broukhus. favetque cod. Neapol. in quo *viris*. *Gratia* male in pr. Dorv. et mox *infelix* in Voss. tertio.

21. *multo duxisti pocula risu)* non contemnenda lectio cod. Perreii, *duxistis*, ut Cynthiam, reliquosque convivas, quibuscum genio indulserat, comprehendat. Est enim elegans numeri huius pluralis usus, licet ad unum instituatur sermo. *risu* recte defendit Broukhus. consentientibus plerisque codd. et edd. antiquis, licet *luxu* in aliis edd. et *lusu* praetulerint Guyetus et Heins. et ex codd. antiquis Passerat. *risu* enim seq. vs. exigit, et firmatur loco simillimo III, 25, 1.

23. *Hic -- reliquit)* *Sic etiam petitur* Borrich. *prior* legebat Marklandus.

25. *Quae mihi vota tuam* etc.*)* *At mihi* Guyet. et Heins. *Haec tibi* in uno Colbert. *Nec mihi* in codd. Regg. Leid. sec. altero Dorvill. Dresd. meo pr. et edd. priscis. (Lectio vulgaris: *Haec mihi*, sed vel orationis cohaerentia postulare videtur, ut legatur: *Quae*, vid. I, 20, 15. K.) Forte corrigendum: *En mihi -- salutem!* ut cum exprobratione dicat: En hunc sollicitudinis, quum pro te aegrotante vota diis susciperem, fructum ingratum et amarum fero, ut nunc, quod me capere oportet, alter intercipiat. Eleganter enim *en* tali indignationi inservit. Virg. Ecl. I, 73;

Aen. IV, 534. vid. etiam Patrui mei notas ad Calpurn. III, 26.

26. *Quum -- poterentur aquae*) *peterentur* in Groning. duob. Leidd. tribus Voss. Dorvill. et meis, edd. prr. et vetustioribus. *poterentur* in cod. Perreii et Neapol. quod Passeratio, Heinsio et Broukhusio probatum. *Poterer* aeque ac *potirer* veteribus usitatum, Ovid. Met. XIV, 641. vid. notas ad Suet. Caes. 64 extr. Forte tamen hic legendum: *Quum caput hoc Stygia iam premeretur aqua*; ut ap. Horat. Od. I, 4, 16. *Iam te premet nox, fabulaeque manes*: vel, quod malim, *Stygia iam veheretur aqua*.

28. *Hic -- fuit*) Sensum desidero, licet explicent, quis tibi periclitanti praeter me adfuit, lectoque assedit. Emendandum opinor: *Hic ubi tum, pro Di, quisve fui*, eo sensu, quo supra I, 5, 18: *Nec poteris, qui sis, aut ubi, nosse miser.* Et hoc optime convenit amatori, ex invidia erga rivalem, et propter morbum puellae periculosissimum sensus omnis experti, suique nescio. Ad rivalem referebat Livineius, de quo paulo ante *Hic etiam petitur.* Markland. coniecerat: *Tunc ubi tunc, pro Di, perfidus iste fuit*, ut rivali odium apud Cynthiam conciliet, qui abfuerit, dum illa tam graviter aegrotaret: sed haec a vulgatae vestigiis nimium recedunt. *Haec tibi tum* cod. Perreii, Colot. sec. Vatic. *Sic ubi tum* Borrich. *Hic mihi ubi tum* Voss. pr. *Hic ubi proh Dii* meus pr. et Heins. Burm. Astius Obss. pag. 27 legit: *Haec ubi nunc, pro Di, perfida, an hoc merui?* i. e. Haec vota, pro salute tua suscepta, ubi nunc sunt? ah, venti ea dissiparunt! tu eorum es immemor, paeneque ex memoria illa fluxerunt tua! Sed et haec lectio ab antiqua scriptura nimis recedit. Neque adstipulor Astio statuenti, initium et finem huius versus a librariis corruptum ac suppletum esse, veramque lectionem obliteratam fuisse. Locus sanus, modo legatur *Quae* pro *Haec* vs. 25. K.

30. *Aut -- in Oceano*) *Aut medio staret* Heins. Advers. II, 5, pag. 241, et in notis pag. 687. *naret* Guyetus, (et sic Boltius in Silva Crit. pag. 75. K.) quod et ipse conieceral

Heinsius ad Ovid. Met. VIII, 104; sed postea damnavit; et cuius aures non laedat *naret navis?* Dousa et alii *staret* interpretantur pro, ventis adversis detineretur; sed hic malim de anchora intelligere, in qua *stare* dicuntur naves, Flor. II, 2, *CLX*: *navium classis in anchoris stetit.* Virg. Aen. III, 277: *Anchora de prora iacitur, stant litore puppes.*

31. *Sed -- fraudes) facile et verba et componere fraudes* Heinsius. Pro *fraudes* legebatur *fletus* in uno Gebhardi. BURM. Colorem duxit ex Eurip. Med. 409: -- πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν Γυναῖκες ἐς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώταται, Κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται. K.

33. *Non -- Syrtes) incertae* in Palat. pr. quod praefero. Sallust. Iug. 80, ubi Syrtes describit: *ita facies locorum cum ventis simul mutatur.* Sic *dubiae Syrtes* Lucan. IX, 861: *mutatur flamine Syrtis* in Excerptt. Modii.

38. *Tela -- magis) figite* hoc et seq. versu repetitum, ab Hieronymo Avantio Veronensi, in edd. Aldd. invectum fuit, et inde etiam in Colinaei Parisinam a. 1529; Gryphii Lugdunensem 1551; Rovillianam 1559, et alias migravit. Sed recte *promite* in omnibus codd. ut *promere tela* ap. Ovid. Met. I, 468. Per *pueros* intelligit Passerat. Cupidines. Male. Intellrr. servi. *Tela quidem* Palat. sec. Commel. et Dresd.

39. *Figite -- vitam) solvite curam* Heins. ex cod. Scalig. Male. *Solvere vitam*, *solvi* pro *mori*, et *soluti* pro *defunctis* obvia sunt.

41. *Sidera sunt — pruina) sint testes* forte legendum. BURM. Versus hos 41 — 52 alieno loco positos, vel singulare carmen constituere censet Wakkerus in Amoen. Literar. c. XII, pag. 76. separatam elegiam, e quatuor tantum distichis constantem, fuisse vix opinor, sed non incommode adiici posse ad finem el. XVII huius libri. SANTEN. in *Ad lend.*

43. *Te -- unquam) magis est acceptius* Voss. tert. et superscr. *nihil est*, ut in Dorv. sec. a manu pr. in meo secundo *nobis est acceptius*, abundante *est*, et in marg.

magis est. quomodo in Heinsii cod. Altero vs. *sic inimica* in Neapol.

46. *Non licet esse tuo)* ita ex Heinsii restitutione ad Ovid. Heroid. XIV, 64 edidit Broukhus. licet in omnibus codd. et edd. antiqq. *tuum* legatur. *tecum* vitiose in Dorv. pr. BURM. Commode tamen *tuum* potest defendi. Saepius enim *licet* sequente accusat. et infinitivo ponitur, vid. VV. DD. Obss. Misc. tom. V, pag. 13, et ad Caes. B. G. III, 1. omnibus autem illis in locis supprimi dativum nominis, cuius accusativus plerumque expressus sit, eumque supplendum esse, docuit Dukerus ad Liv. XLI, 36, 6; Cic. Ligar. 6. *liceat esse miseros*, pro liceat nobis nos esse miseros. K.

47. *si forte pios eduximus annos)* *si forte pios, Di, duximus annos* castigabat Heinsius Advers. II, 5, pag. 241; in notis ad Prop. pag. 687. id certe longe melius quam *eluximus*, quod coniecerat Francius. *tuos* pro *pios* Dresd. Altero vs. *medio fiat agone* Guyetus. *fiet* in meo pr. et Voss. tert. a manu sec. BURM.

49—52. Haec duo disticha et primum El. sequentis cum hac nostra copulantur in edd. prr. In Aldinis, aliis, et variis codd. nova elegia incipit verbis *Sed tempus lustrare*, quod admittendum recte opinatur Burmannus, cui duo illa disticha *Non ob regna* etc. usque ad *morte subire tua* commode collocari posse videntur post vs. 28 el. VIII (*Mors inhonesta quidem, sed moriere tamen*) qui in Scaligeri, Broukhus. et Burm. edit. est vs. 90 el. II. in his ipsis edd. auctore Scaligero, seq. el. male incipit verbis: *Non ob regna* etc. In cod. Vatic. Postb. Palat. Dresd. haec nostra elegia a seq. el. non distinguitur. KUIN.

52. *Mortem -- tua)* *Fortem ego non fugio* in meo cod. pr. *fugio* etiam in cod. Heins. et Borrich. *Sed mihi si* praeced. versu in quinto Vatic. Heinsius Adv. II, 5, pag. 242, et in notis pag. 687 emendabat: *Mortem ego non fugiam morte subire tuam*, ut vicariam intelligat mortem, qualem pro marito subiit Evadne. Non dissimile illud Virg. Aen. VI, 121: *Si fratrem Pollux alterna morte re-*

demit. Idem quoque coniecerat: ***Mortem ego non fugiam morte subire mea***, quo referebat illud Horat. Epod. I, 3: ***Paratus omne Caesaris periculum Subire, Maecenas, tuo.***

ELEGIA X

1. *Iam -- choreis*) *Sit tempus* Heinsio placebat. *Est tempus* in m o sec. nisi quod *Sed* in marg. ut in cod. Perreii, Scalig. et Modii Excerptt. caeterisque codd. et edd. prr. Qui vero novam ab hoc versu elegiam inchoant, eum titulo *Ad Augustum*, ut etiam in codd. variis habetur, *Iam tempus* ediderunt, ut Aldus in utraque ed. Colinaeus, Gryphius, Rovill. alii.

2. *Et campum -- equo*) Broukhusius *Haemonium equum* refert ad Achillem, equorum praestantissimorum dominum, et bellatorem eximium, ut innuat poëta, se constituisse ad exemplum Iliados Homericae grave epos condere. Sed haec nimis longe petita refutavit Dorvillius in Obss. Miscell. tom. I, pag. 432 sqq. qui *Haemonium equum* vel pro praestantissimo cum Beroaldo exponit, vel potius *Haemonium equum* huc a librariis invectum esse censet ex el. VIII, 38; ideoque probat *Aonio equo*, ut dicat Prop. se relictis carminibus amatoriis bella graviore sono dicturum, quod mihi etiam praeferendum videtur. Ita enim corrigendum monuit Heinsius in notis ad Prop. pag. 688; Adv. II, 5, pag. 242 vel *Maeonio equo*, adeoque legendum putavit *Campum Maeonio iam dare tempus equo*, ut ad Homeri poësin epicam respexerit. Sed licet *Maeonius* dicatur Homerus, non tamen ideo *Maeonium equum* eum respectu ad eius poësin dici posse existimaverim. Posset etiam legi *Heroo*, vel pro *Aonio* substitui *Ausonio*, quia ad laudes Augusti canendas se parat: *Et Romana sui dicere castra ducis.*

3. *Iam libet -- turmas*) Nova hic elegia incipit in edd. prr. cum inscriptione *ad Musam.*

4. *Et Romana -- ducis*) Ad hunc versum notaverat Marklandus: » satis familiariter, si ita scripsit Propertius

de Augusto, quem alibi, ut III. 4, 1, *deum Caesarem*, IV, 11, 60, *deum* vocat; unde suspicor hic quoque legendum: *Et Romana dei dicere castra ducis.* « Sed illud *meus* non tam familiaritatis indicium habet, quam iudicii, cuius virtuti maxime faveo et applaudo. B. vid. notas. vs. 5 *deficient* cod. Dresd. K.

7. *Aetas — tumultus*) *veteres* in Groning. absurde. Altero vs. *quoniam scripta* in Voss. quarto.

9. *Nunc -- vultu*) *succedere* in Mentel. Dresd. Borrich. Regg. altero Colbert. prr. aliisque edd. *cultu* male in Groning. *volo* eleganter de iis, qui alacri animo ad aliquid suscipiendum se aptant, et gestiunt. vid. Anacr. I. 1; Barth. Advers. VI, 8; et ad Stat. Silv. I, 5, 9. Mox *Namque aliam* in uno Colbert. Borrich. Mentel. pr. Leid. Voss. et meo sec. in primo *Iamque*.

11. seq. *Surge, anime, ex humili. iam carmina sumite vires. Pierides, magni* etc.) ita distinguendum, et viam monstrantibus codd. vestigiis in ipso textu edendum censui. Broukhusius, Scaligeri aliasque edd. secutus, dedit: *Surge, anima, ex humili iam carmine. sumite vires Pierides: magni* etc. *carmina* enim in Leid. sec. Regiis, Dresd. et altero Vatic. ut in Palatinis codd. et melioribus edd. haberi notat Gebhard. certe sic in meo cod. pr. Harleiano, et edd. pr. in nostro secundo distinguitur ut in ed. Broukhusii. Markland. tamen ad Statii Silv. pag. 229 *humili iam carmine* coniungit *Carmina sumite vires*, ut *vires in carmina dare* Ovid. Fast. I, 17. *anime* praestat pro *anima* cum Heinsio, Marklando et Broukhus. in curis secundis. Quod autem hic *surgere ex humili animum* iubet poëta, id *altius animos erigere* vocat Florus IV, 9, 3. Altero vs. *nunc erat* ex Groningano, Broukhus. Sed *nunc erit* in caeteris codd. et binis Leidd. tribus Voss. Askew. utroque Dorv. meo sec. et prr. edd. Burm. *Erat*, quod Broukhus. edidit, minime respondet vicinis; requirebatur enim *est*; Propertius autem, ni fallor, dederat: *nunc eat oris opus*, ut III, 1, 8. Santen. *in Addend.*

13. *Iam negat* etc.) *equitem* in codd. Regg. Borrich. Groning. aliis, et edd. antiqq. praeter Scaligerianam. Pro

tueri Heinsius *vereri.* Pro *tenuisse* in Voss. tert. a manu pr. Mentel. Leidensi, meoque pr. *timuisse. metuisse* in Voss. pr. et meo altero in marg. Passeratius etiam *sustinuisse* legendum coniiciebat. Heinsius: *se sepelisse*, *necuisse*, *temerasse*, vel *Crassis se renuisse* coniecerat. Caet. cf. hunc locum cum Ovid. A. A I, 177 -- 180, et 209 -- 212.

15. *India quin -- Arabiae*) *India quis* vitiose in Scalig. Excerptt. Dresd. duob. Leidd. tribus Voss. Heins. Borrich. Neapol. Regiis, Colbertt. Askew. meis, Dorvill. et edd. prr. *Indiens o* in Vatic. sec. *intractae* in pr. Dorv. *Aramiae* conj. Heins. sed *Arabia* et *India*, licet valde dissitae, non raro a poëtis iunguntur, ut Horat. Od. II, 12, 23, aliisque locis. Caet. *Arrabiae*, quum prima producitur, duplici *r* scribendum, contendit Nestor in Vocabul. pag. 9 b, et pag. 156 b.

17. *Et si qua -- subtrahit oris*) An forte legendum *submovet?* ut ap. Virg. Aen. VII, 225, quem hic imitatus videtur, ut illic notavit Valens Guellius. B. Nihil mutandum. vid. notas. K.

18. *Sentiet -- capta manus*) *sentiat* in Mentel. Excerptt. Modii, Borrich. Dresd. Groning. Heins. Askew. binis Dorv. meis, et edd. prr. pro *capta*, quod in iisdem codd. habetur, in Aldd. Gryphii, Rovill. aliis est *victa*. Gruterus Suspic. XVII, c. 5 quum in codd. nonnull. pro *postmodo* invenisset *post mihi* (ut in Excerptt. Modii habetur) legendum existimabat *post ibi*, sed *postmodo* (pro *postea*, quod carminis lex non admittit) Tibullo etiam, et praesertim Ovidio, aliisque usitatissimum est.

19. *Haec ego castra sequar*) sed supra el. VII, 14 nunquam se castra sequi velle, nullumque e suo sanguine militem forte, Propertius dixerat. Puto ergo legendum esse: *Haec ego castra loquar vates*: *tua* etc. vel hac potius distinctione: *Haec ego castra loquar*: *vates* etc. Certe in Dorvill. pr. et meo sec. distinguitur: *Haec ego castra sequar. vates* etc. *loqui* pro canere, scribere, vid. Patrui mei notas ad Phaedr. V, 5, 39; *sequar* tamen hic pro persequar, narrabo, positum existimabat Ruhnkenius,

ut ap. Senec. Troadd. 236: -- *inclytas laudes iuvat Et clara magni facta genitoris sequi.* Pro *servent* Heins. conj. *properent*, quod non displicet, quia fausta ominantibus frequens formula est, ut fata, sive Aurora ant Lucifer, diem illum quam primum, et citatis equis afferant, vid. Heins. ad Ovid. Trist. IV, 2, 73, et nos ad Lotich. I, 2 extr. add. Bergler. ad Aristoph. Pac. 345.

21. seq. *Vt caput — corona pedes)* *Et caput* in Borrich. et meo pr. 1. Dousa in marg. ed. Rovill. conieceral: *cui non est tangere signis*, *Ponitur huic* etc. *his* Scaliger, Heins. et Broukh. in ora ed. Colin. et sic Francius ad ed. Scalig. *hac* in Dresd. Regiis, Leid. sec. Dorvill. et Neapol. *haec* in pr. Vatic. et Voss. sed bene Passeratius *hic*, ut in Voss. tertio a manu pr. et caeteris, refert ad antecedens *ubi.* Neque Dousae coniecturam *cui non est* probo, nam *non est* Graecorum more dixit, οὐκ ἐστὶ, pro non licet, ut III, 14, 30. vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 155. Sensus est: quando non licet caput maioris signi, i. e. simulacri vel statuae alicuius dei tangere, illic corona ante eius pedes ponitur. Nam qui deorum simulacra venerabantur, eorum caput et pedes tangebant, vid. Iuvenal. XIV, 219. Forte hunc locum imitatus est Ovid. Am. II, 13, 23: *Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris*, *Ipse feram ante tuos munera vota pedes.*

23. seq. *Sic nos nunc inopes* etc.) Locus corruptissimus. *non inopes* in uno Colbert. Heins. pr. Dorv. meoque. *laudes* Voss. tert. *carmen* vitiosum procul dubio, et sequuntur *carmina.* Passerat. ex cod. Memmiano, *laudis conscendere culmen*, probante Heinsio. Sic etiam legebat Ianus Dousa Fil. Fruterius, Gruterus lib. XVII Suspic. ineditar. c. 10, et Ayrmannus. *in arcem* excogitaverat Palmerius. Marklando olim in mentem venerat *conscendere currum.* Broukhusius tentaverat: *laudis contendere cursu.* Eldikius suis ad me literis legebat: *Sic nos nunc inopes lautis ostendere cultum*, ut *lauta sacra*, seu taurus, *pauperibus* e thure sacrificiis opponantur. Oudendorpius legebat: *tauris conscindere collum*, vid. nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 37

optime; frequens enim in divitum sacrificiis tauri, maioris victimae, mentio, ut Dianae pro incolumitate Principis taurum hostiam vovet Philippus Anthol. Gr. Lib. IV, Tit. 10, ep. 1. aptissima ergo oppositione dicit Prop. suarum facultatum non esse *taurum*, locupletibus dignum sacrificium, sed *thura*, quae *pauperibus sacris* conveniunt, pro felicitate Augusti, diis se offerre, ut haec passim opponuntur. Ad sensum egregie facit locus Tibulli IV, 1, 14 sqq. Clerequius in Prodromo I Obss. ad Lucan. pag. 7 scripsisse poetam putabat: *lauto contendere cultu*. Gul. Vlamingius, quia in cod. suo *villia tura* scriptum repererat, inde *villica*, i. e. rustica, legendum coniecerat, sed *vilia thura* minime sollicitanda sunt. Burm. Astius Obss. in Prop. pag. 30 legebat: *Sic nos, nunc inopes lauris tibi cingere crines*, i. e. nondum mea Musa eo pervenit, ut heroico carmine facta tua celebrare, meritamque tibi gloriam et laudem tribuere possem. Imago est ei de triumpho desumta, ubi victor laurea corona ornari solebat, Horat. Carm. IV, 3, 6: *Pauperibus sacris vilia thura damus*, explicat: praedicatio factorum tuorum nonnisi exigua tenuisque esse potest. Sed in Obss. in Pindari Olympiaca (vid. Beck. Commentar. Societ. Philol. Lips. tom. I, P. II, pag. 11) adstipulatur Astius Marklando, *conscendere currum* legenti; quum *currus*, ut Gr. ὄχημα, ἅρμα, pro navi usurpetur, et carmina ire, incedere, currere dici possint ex eo, quod poëtae haud raro navigatoribus sese conferant, canendique artem navi. Pind. Olymp. XIII, 69; Pyth. II, 113; Nem. VI, 55; Lucret. VI init. addere potuisset Prop. III, 3, 22 sqq. cl. IX, 35 seq. Mitscherlich Obss. in Catull. pag. 117 tuetur lectionem *conscendere culmen*, laudato loco Prop. IV, 10, 3: *Magnum iter adscendo, sed dat mihi gloria vires, Non iuvat ex facili lecta corona iugo.* Mihi lectio vulgaris *conscendere carmen* genuina videtur. Sunt enim haec ex fonte graeco deducta, ut scite observavit Huschkius in Analect. pag. 159, qui hanc in rem laudavit fragmentum Alexandri Aetoli, ap. Athenaeum XV, pag. 699 C. Εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν ξεῖνος, Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών, Ἴωνας, inquit,

εἰς ἄκρον ἴτος, sive εἰς ἄκρον ἰτέον, ut dicendum potius fuit, verti ad verbum fere potest, *conscendere carmen*. Hoc profecto aeque dicere potuit Propertius, atque *percutere lyrae carmen*, et similia. Haec ille. Sic fere et Bürgerus in s. Liede von der Einzigen, cecinit: *Wall o Lied des Ruhmes Bahn!* et respexit Propertius his verbis ea, quae vs. 11 dixerat: *Surge anime ex humili iam carmine*; ut ibi legendum et distinguendum esse vel hic locus docet. Kuin.

25. seq. *Nondum — Sed modo Permessi* etc.) *Necdum* in Colot. *mea flumina* male in Voss. Pro *norunt* forte reponendum *rorant*, sive intelligamus sensu activo *carmina mea rorant fontes*, seu ingenti haustu irrigata sunt, ut *manare mella*, *rorare favos* et similia, vel *Ascraei irrorant mea carmina fontes* legendum, ut fontes Aganippidos nondum sua carmina penitus madefecisse et irrigasse, sed Amorem se tantum e Permessi flumine lavisse fingat; quae elegantior erit oppositio. *Permesi flumina* in meo pr. *Parmensi* Dorv. pr. *Parnassi* unus Colbert. *termessi* Dresd. *Me modo permessi* legebat Francius. *Et modo Permessi* affert Nestor in Vocabular. pag. 97 b. B. Similis imago Theocrit. I, 150 de poculo: Ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς. K.

ELEGIA XI

1. *Scribant — licebit*) *Scribebant alii* Mentel. duob. Leidd. Voss. pr. et meo. *ne sis ignota* in Mentel. pr. Leid. aliis, quod placebat Heinsio.

2. *Laudet — humo*) *Laudet* in cod. Perreii, Colot. sec. et quint. Vatic. Dresd. cod. Scalig. et Groning. cui lectioni favent codd. in quibus *Audet*, vacua relicta priore litera, ut in Borrich. Heins. et meo pr. *Ludet* in editt. nonnull. *Ludit* vult Dousa Fil.

3. *secum uno munera lecto*) *tecum* in duob. Leidd. tribus Voss. utroque meo, Dorvillianis et edd. priscis.

6. *Nec — fuit*) *iacet* in tertio Voss. *cuius hacc* cod.

Dresd. vitiose. Bronkhusius legendum censebat: *Nec, cinis hic, dicet docta* etc.

ELEGIA XII

1. *Quicumque -- Amorem) primus qui pinxit* in codd. Regg. altero Colbert. Groningano, cod. Livineii, Leid. sec. et prr. edd. quod probavi olim in Anthol. Lat. tom. I, pag. 183; *puerum* tamen nunc non mutandum opinor, quia sequitur vs. 13: *manet et puerilis imago*, et *primum* mox recurrit. Altero vs. auribus consulendum, levi mutatione corrigendo, *Nonne putes miras* etc.

3. *Hic — amantes) Is primum* Colbert. sec. uterque Dorv. et meus sec. ed. Aldi 1515, Gryph. et Rovill. sed *Hic primum* in Borrich. Vatic. pr. Heins. meo pr. et Veneta 1475, aliisque prr. edd. Ald. 1502, et Colinaei; unde servata lectione recepta *puerum qui pinxit Amorem*, hic scribi praestaret: *Hic primus vidit* (citra necessitatem). *sive lumine* in Excerptt. Scaligeri. Altero vs. cum Heinsio praestat, *Et levibus causis magna p. b.* vel *multa*, ut in Dorv. sec.

5. *Fecit — deum) humana sorte* legebat Heinsius, ut exprimat Gr. ἀνθρωπαδῆ, quod tamen melius expressum iri iudicabat Eldikius, si legeretur: *Fecit et humano hic ore volare deum*. Burm. Nodell in not. critic. c. II; Aviani fabulis adi. pag. 68 sqq. *Fecit et haud vano corde volare deum*. Astius Obss. in Prop. pag. 33: nisi, inquit, malueris *humano corde* explicare, non divino, levi itaque et inconstanti animo, quemadmodum *res humanae* dicuntur *fluxae et caducae*; equidem legendum esse duxerim: *Fecit et immani corde volare deum*. Sic Catull. Epithal. Pel. 94: *Heu! misere exagitans immiti corde furores*. vid. Theocrit. III, 15; Virg. Ecl. VIII, 43 sqq. Crudelis est Amor in amore conciliando moxque iterum solvendo; *alterna iactamur in unda*, in qua nos fluctus modo submergunt, modo attollunt. Potest tamen vulgaris lectio retineri, propter similem locum

Xenoph. Sympos. VIII, 1: *ψυχῇ δὲ ἀνθρώπου ἱσχμένος ἔρωτος*, et *humano corde* explicari, incerto, vago, ita ut hic versus non nisi prioris amplificatio sit; *ventosae* enim *alae* i. e. incertae, leves, caeco impetu volantes, (ut *ventosus* Horat. Epist. I, 19, 37; I, 8, 12; Ovid. Am. II, 9, 49 sqq.) aeque ac *humanum cor*, Amoris describunt levitatem et inconstantiam. K.

8. *Nostraque -- locis*) *nonnullis* perperam in Mentel. uno Leid. Voss. Heins. pr. Dorv. et meo utroque. *non uno loco* cod. Livin. BVRM. Quum voce *aura* omnino insigniantur omnes res, quae nobis gratae sunt, metaphora ab aura secunda desumta, et pro favore saepissime usurpetur, ut Horat. Carm. I, 5, 11; Ovid. Am. II, 9, 33: Astius Obss. in Prop. pag. 35 *aura* h. l. simpliciter positum existimat pro, *amor*, ut *αὔρη* Eurip. Suppl. 1030. Non probo. vid. notas. K.

10. *Et pharetra -- iacet*) Pro *iacet* in Vatic. quinto, et Voss. tert. *sonat*, ut in Ald. sec. et Rovilliana: quod (male, est enim glossema. K.) probabat Heinsius, ut sit imitatio Virg. Aen. IX, 660: *pharetramque fuga sensere sonantem*, sed in caeteris codd. et edd. priscis *iacet*. Idem Heins. conj. *quatit*, quod si admitteretur, emendandum foret: *Et pharetram ex humero Gnosida utroque quatit*. Sed seqq. *Ante ferit quoniam* etc. docent, *quatit* et *sonat* ab h. l. aliena esse, et si quid mutandum esset, *tacet* potius supponi debere. Insidiantem enim, et inopinatum ictum *hamatis sagittis* suis meditantem describit Amorem.

11. *Ante — hostem*) *tuti non cernimus* Voss. quart. cod. Livineii, et Groning. *cum cernimus* in uno Colb. *qua cernimus* Borrich. Heinsian. *hostes* in Excerptt. Modii. pro *tuti* Heins. conj. *incauti* vel *cauti*. Forte hic scripserat auctor, *tectum quam cern. hostem*, vel *tacitum*. Ovid. Am. I, 2, 6: *Nam puto sentirem, si quo tentarer amore, An subit, et tacita callidus arte nocet?* ubi vid. Heins. *tecti* conj. Francius. Altero vs. *sanus erit* in Voss. pr., et meo sec. sed in cuius marg. *abit*.

14. *Sed certe -- suas*) *poenas* male in Mentel. et pr.

Leid. *Hic certe* vel *Nunc certe* Heinsius. *Per te sed pennas* Eldikius in Specim. Suspic. c. VII, pag. 44; sed vulgatam servemus: non enim ad Cynthiam, vel pictorem sermo convertitur, sed inde affirmat poëta, Cupidinem certe pennas suas perdidisse, quia e pectore suo nunquam avolabat.

15. *Evolat — nusquam)* *Evolat e nostro quoniam de pectore*, male, in Borrich. Groning. binis Leidd. tribus Voss. meo utroque, Dorvill. aliis, et edd. priscis; et huc tendit scriptura cod. Askew. *enro.* idque Livineius dictum notat more Graecorum, duas praepositiones synonymas pro una ponentium. Passeratius *Evolat e nostro de pectore* etiam defendit, vel Evolat *en* legit; quod non displicet. Saepe quidem praepositio verbis ex eadem compositis additur, ut *in suam induxit sententiam*, non vero *in suam induxit ad sententiam*, *e sua exegit domo*, non vero *e sua exegit a domo*, et similia; ideo *evolat e nostro de pectore* absonum et barbarum est; licet defensores habeat Palmerium et Gebhardum, quos recte reiecit Broukhus. et Mureto ac Lipsio Var. Lect. II, 4 *heu* vel *hei* legentibus adstipulatur. *Avolat* conj. Francius, *evolat* autem recte se habet, ut ap. Ovid. A. A. II, 19 de Cupidine legitur, ubi Patruus meus notat, *evolare* proprium esse de iis, qui evadere tentant.

17. *Quid — habitare medullis)* *Quid tibi* Heinsius. *Quid tibi iucundi* conj. Markland. sed quia in alteram lectionem consentiunt codd. *iucundum* retinebat, more Graeco, τί σοι τερπνόν· *iucundum est* in Borrich. Voss. pr. et tert. utroque Dorvill. et meo sec. et sic Neapol. a manu sec. *et* a manu pr. Burm. *habitare*, amor enim hominibus παροικεῖ, συνοικεῖ. Xenoph. Sympos. VIII, 24: ὅ τι γὰρ οἶνος συνεπαίρει, καὶ ὁ ἀεὶ σύνοικος ἐμοὶ ἔρως κεντρίζει εἰς τὸν ἀντίπαλον ἔρωτα αὐτῷ παῤῥησιάζεσθαι vid. Huschke in Anal. pag. 37. K.

18. *Si — tua)* *Si puer est* in Regiis, Colbertt. Mentel. Heins. pr. et tert. Voss. uno Dorv. ut in edd. prr. aliis. *Si par est* Vatic. pr. *Si puer es* in meo pr. Ald. secunda et Gryph. sed *es* seq. vocali corripitur. Recte *si' pudor est* ex aliis codd. praetulerunt viri docti, quod in Ald. prima, Iunt. Colin. Rovill. legitur. Forte etiam legi posset *Ni pu-*

dor est, ut I, 9, 33. Deinde *traice puella tuo* in Regiis, Vatic. quinto, duob. Leidd. pr. et tert. Voss. uno Dorv. et meo sec. et edd. prr. nisi quod *loco* in Voss. tert. et Colb. a manu sec. ut et in pr. Leid. sec. Dorv. et meo pr. *traice puella loco* Dresd. *Si pudor est*, vel *Si puer*, *hinc* in vet. cod. Passeratii, vel *I puer hinc* ex aliis profert, quod non displicet. Perreius adscripserat, in Puccii cod. legi: *Si pudor est*, *alio traiice bella tua*, et *tela loco* in alio cod. invenerat. *bella loco* in Colot. et duob. Vaticc. *bella toro* in aliis. *puella tua* Neapol. et Mentel. inde Lipsius fabricavit *traice duella*, ut *traice* in bisyllabon contrahatur. Sed nec *duella*, nec *bella* hic admittenda sunt, neque id placuit Dorvillio Obss. Misc. Vol. III, pag. 434. *alio traiice tela tua*, ut legitur in Borrich. et ex Groning. edidit Broukhus. recte se habent. *traiice tela puer* in Voss. quarto, ut citra necessitatem legit quoque Pierius ad Virg. Aen. X, 870.

19. *Intactos -- veneno*) *potius* in Vatic. quinto, Voss. pr. et tertio, Commeliniano Gebhardi, Dorv. pr. et meo sec. perperam.

20. *vapulat umbra mea*) *mei* ex sua coniectura in contextu edidit Broukhus. et sic Vulp. male. Est enim imitatio Plauti in Persa: *Nam umbra mea iam intus vapulat*, ut notavit Ianus Dousa Explic. Plautin. IV, 10.

21. *perdideris*) *perdiderit* male in Regg. Leid. sec. et edd. prr. *prodideris* substituit Puccius. *quis est* Borrich. et meus pr. *curet* pro *cantet* in Voss. quarto.

22. *Haec mea Musa*) *Nec* Leid. sec. Dresd. Groning. Regii. *Ne* in Dorv. sec. et aliis, unde Gebhardus legebat, *Nae m. M.* affirmantis modo.

23. *Quae caput* etc.) *Qui* cod. Perreii, Dresd. Mentel. Excerptt. Scalig. Regg. Colbertt. bin. Leidd. pr. et tert. Voss. duo Dorv. meus sec. Borrich. sec. et quint. Vatic. edd. prr. *Cui* legebat Heins. tibi nempe. Pro *lumina nigra* Voss. tert. Vatic. quint. *brachia longa*. vid. II, 2, 5. Mox *Et canat* cod. Perrei, Mentel. Borrich. Leid. pr. pr. Voss. et meus uterque. Burm. Pro *Quae* Puccius corrigit *Quum*, Pocchus autem habet variantes lectiones *Qui*, et

in sequenti pentametro *canat*, vel etiam *quum*. SANTEN. in Addend.

24. *ut soleant -- pedes*) *saltant* in Dorv. pr. *soleam* Leid. sec. Heins. in notis Prop. pag. 689 tentabat: *Et cantat solitos molliter ire pedes*. Sed praeferenda videtur altera eius coniectura in Advers. II, 5, pag. 252: *Et canit in solea m. ire p.* ut infra el. 29, 49. pro vulgata facere potest illud Ovid. Am. II, 4, 23: *Molliter incedit: motu capit. altera dura est*; *At poterit tacto mollior esse viro*. Francius male coniecerat: *Cantat, et ut soleant*.

ELEGIA XIII

1. *Non tot — sagittis*) *armantur Etrusca sagittis* in Mentel. Regg. Colbertt. Scaligeri et Modii Excerptt. Borrich. sec. Vatic. pr. Leid. et Voss. utroque Dorv. et meo sec. *armantur hetrusca* in Leid. sec Voss. tert. et quarto, et edd. prr. et ita e suis codd. affert Nestor in Vocabul. pag. 160. *armatur Etrusca* in Groning. quarto Voss. Askew. utroque Dorv. Perreius adscripserat, Ioh. Iov. Pontanum legisse: *armatur Itura sagittis*, et sic in nonnull. codd. haberi notat Passerat. probante Guyeto et Heinsio in notis pag. 689. certe in Vatic. sec. sic legitur, et latet in scriptura Excerptt. Modii, in quibus *tura*. *Ituraei* enim vel *Ithyraei* (vid. de hac diversa scriptura Patruum meum ad Virg. Georg. II, 448) a sagittandi arte veteribus valde laudantur. vid. Lucan. VII, 230; ibique Oudendorp. et vs. 514. Alteram huius loci emendationem *armantur Susa sagittis* Antonio Volsco recte acceptum retulit Broukhus. eamque palmariam appellat. Male enim Scaliger, qui Volsci commentario nusquam usus est, primum hujus coniecturae auctorem facit Beroaldum. *Susa* tuetur etiam Schottus Obss. c. 7, et confirmat eam Lucan. II, 49. *Achimeniis* in pr. Leid. Voss. Dorv. meo utroque, Neapol. et Borrich. *armant se Bactra* conj. Oudendorp. Gebhardus e libro Commelini legebat *hamantur*. Male.

3. *Hic me tam -- Musas)* *tum graciles* et altero vs. *hic habitare* cod. Passeratii. *secum habitare* coniecit amicus Gebhardi. *iam graciles* Ayrmaunus. *meruit contingere* in tert. Voss. *iussit hic habitare* legebat Francius. Burm. Iacobsius Animadvv. in Eurip. pag. 173 pro *tam graciles* corrigebat *Castalides*, et *hic* pro *sic*. Sed in ep. ad Astium praefixa huius Obss. in Prop. hanc coniecturam ipse reiecit. Recte. Solet enim Propertius hoc modo particulam *tam* adiectivis iungere, ut III, 11, 20, 15, 11, 18, 13 al. Probavit etiam lectionem *tam graciles* Santenius in Obss. ad loca nonnulla vett. poëtar. (vid. Beck. Commentar. Societ. Philol. Lips. Vol. I, P. II, pag. 161) cui *graciles Musae* dictio est poëta summo dignissima, desumta a dicendi genere, quod rhetoribus est ἰσχνόν. Laudat Auctor. Culic. 1 *Lusimus -- gracili modulante Thalia.* Quinctil. XII, 10, 24 *Lysiaca gracilitas.* Simili virtute *tenuis* Cic. Orat. c. 24, 81; Stat. Silv. V, 3, 158. Kuin.

6. *Aut possim Ismaria)* Levi mutatione scribendum: *Et possim.* Nam utrumque et quercus et feras carmine ducere, ut et flumina, non ad duos diversos, sed ad solum Orphea spectat.

7. *Sed — versu)* *stupescat*, prima syllaba repugnante, in codd. Regiis, Mentel. Heins. Borrich. Vatic. quinto, duob. Leidd. meo pr. et cdd. prr. *tepefiat* Passeratius et N. Heinsius. Sed nihil innovandum videtur.

8. *Tunc ego — Lino)* *Tum sim ego* pr. Leid. et Mentel. *doctior* pro *notior*, male Voss. quart. a manu pr. sed superscr. *notior* i. e. celebrior. Pro *arte* in aliis *ante*, quod frustra Palmerio placebat, qui *ante-Lino* per ὑπὲρ capiebat. *apte* in Dorv. pr. vitiose.

9. *Non ego sum — honestae)* *sim formae* hic quoque in codd. ut vs. praeced. *honestae* nobili, bonis oriundae ut ap. Suet. Aug. 46; Ovid. A. A. I, 769; et hinc *honesta*, quaecumque elegantiora, et a vulgo remota sunt. vid. ad Ovid. Rem. Am. 393, et Patrui mei notas ad Petron. c. 55, pag. 266.

10. *Nec — avos)* *iactet* Mentel. pr. Leid. tert. Voss. meusque pr.

11. *Me iuvat -- puellae*) *Nos iuvat* Voss. tert. *Nam* meus pr. *iuvet* Regg. Groning. Leid. sec. Voss. pr. et quart. meus sec. edd. prr. et vetustiores.

12. *Auribus -- probasse mea*) *pueri* Excerptt. Scalig. et Dorvill. sec. *pueris* Neapol. Dresd. Mentel. Regii, alter Colbert. duo Leidd. Askew. quart. Voss. pr. Dorvill. et edd. prr. quod pro *puerilibus* capiebat Oudendorp. Sed *pueris* derivatum esse ex antiqua codd. scriptura *pureis* pro *puris* recte notavit Scaliger. *tersis* conj. Heinsius. *purae* autem, *doctae*, et *rarae aures* in his locutionibus exactum artis peritorum iudicium notant. vid. Barth. ad Claudian. Cons. Mallii in praef. vs. 9, pag. 63, et Patrui mei notas ad Phaedr. III, 18, 3. *dicta probasse* in Voss. Heinsiano, et meo pr. idque ex suo cod. et Gebhardi Commeliniano adstruit Broukhusius; sed *scripta* praefero pro carminibus. vid. supra el. III, 21.

13. *Haec ubi contigerint* etc.) Legendum opinor: *Haec mihi contingant!* vel cum Santenio: *Hoc ubi contigerit.* I. Dousa conj. *domina vindice*, sed *iudice* propter codd. omnium consensum non moveo. *iam domina iudice tutus eo* tentaverat Heinsius. *iam domina* etiam Francius.

15. *Quae si forte -- verterit aures*) *Quod si* in Regiis, Colbert. sec., Groning. Borrich. Excerptt. Modii et in mei sec. marg. prr. et caeteris antiquis edd. *Quae* in cod. Perreii, Colotiano, altero Vatic. Mentel. Dresd. Voss. Heins. et meo pr. *verteris* in Modiano seu Groning. Altero versu *Possim ego* Heinsius. *Possum* malim, quia est affirmantis. *Nunc ego* Voss. quart.

17. *Quandocumque -- nox claudet ocellos*) *mors* in omnibus codd. et edd. hactenus legebatur; sed *nox* edidit Broukhus. ex emendatione Heinsii ad Ovid. Met. III, 503, quum paulo post sequatur *mors* vs. 22. Broukhusium sequitur ed. Goetting. *nox* etiam codici suo adscripserat Markland. ut sit imitatio Virgilii Aen. X, 746: in *aeternam clauduntur lumina noctem*. add. Horat. Carm. I, 28, 15, ubi vid. Torrent. et Cuningham. Animad. in Horat. Bentlei. pag. 331 (certe *nox* et *mors* saepius in codd. permutan-

tur, vid. Sil. It. XIII,, 129, ubi vid. Drakenb. Virg. Aen. X. 746; Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 597; ad Quinctil. Decl. I, pag. 13 sqq. Hemsterhusius tamen *mors* retinendum censet, quod tanto suavius esse dicit, quia mors apud poëtas non raro personam gerit, vid. Eurip. Alcest. schol. ad Hom. Il. ζ', 153, et Hesych. Recte, et quum omnes codd. hanc lectionem tueantur, vellem eam ipse in textum revocasset. Kuin.). Recte Broukhusius animadvertit, reliqua huius elegiae cum superioribus male cohaerere. Sed quod eius rei causam hanc addat: *nam qua ratione de tribus libris loquitur, secundo dimidio nondum confecto?* assentiri non possum. Respicit nempe vs. 25: *Sat mea sat fama est, si tres sint pompa libelli.* Eamdem difficultatem movet Scaliger de tribus Propertii Carminum libris, nondum media parte absolverat, etiam intelligens, ut et Passerat. capiebat. Sed possent haec cum Vulpio de Callimachi, Mimnermi, Philetae libellis exponi (vid. ad Prop. Vit. Chronol. a. u. 731). Mihi autem videntur haec et reliqua huius Eleg. transferri posse in Lib. III, et commode connecti cum fine Eleg. XVI illius libri. Sic *tres libelli* bene intelligi possent de tribus Propertii elegiarum libris, manu ipsius attritis. Forte etiam illa el. XVI, lib. III, si haec ei adsumantur, non male desinere posset in vs. 42 huius el. *Non nihil ad verum conscia terra sapit.*

19. *Ne mea -- pompa)* Pro vulgari *Nec* scribendum *Ne*; nam ab hoc vs. incipit praescribere, quae in funeris sui exsequiis observanda mandat. *tum longa* sec. Dorv. *nunc* Heinsii cod. et meus pr. *Tunc mea nec*, et mox, *Tunc mihi nec fulcro* Francius. Totum vero hoc distichon desideratur in uno cod. Colbert.

21. *Nec mihi -- eburno)* *Nec mihi tunc* in duob. Leidens. tert. et quarto Voss. pr. Dorv. et meo sec. *meo tunc* in pr. pro *fulcro* in tert. Voss. *feretro*, sic et in Excerptt. Scalig. qui illud probabat, *quia*, ut ait, *lecti mortuorum non habebant fulcra.* Sed quia tori mortuales et convivales iidem erant, et eiusdem formae, fulcra certe habuerunt. De toro mortuali vid. Heins. ad Petron. c. 78.

22. *Nec -- mors mea nixa toro)* *mors mea visa* in Mentel. Dresd. pr. Leid. uno Colbert. Heins. et meo pr. h. e. *nisa*, ut saepe in codd. sed minus antiquis, pro *nixa*. Heinsius in notis pag. 689 legebat: *Nec sint Attalico corpora nixa toro:* et ita Ayrmannus. Male. *mors mea* est cadaver meum, ex usu Propertiano. Burm. vid. notas ad h. l. Sic θάνατος significat *cadaver* ap. Crinagoram epigr. XXXV. Anal. Brunkii tom. II, pag. 150, eodemque sensu ponitur μόρος. vid. Huschke Anal. pag. 297. K.

23. *Desit — adsint)* Valde inconcinne eodem in vs. *desit* et *adsint* cumulantur. In sec. Leid. Dorvill. et meo pr. *Ne sit odoriferis*, unde *Nec sit* corrigi potest, vel in fine vs. legendum cum Heinsio: *at sint Plebeii* etc. quod praeplacet. *obsequiae* in Excerptt. Modii seu Groning. et duob. Livineii, quod Palmerio placuit, sed a Passerat. et Broukhus. recte exploditur.

25. *Sat mea -- pompa libelli)* *Sat mea sit magna si* in Regiis, Colbertt. Mentel. Excerptt. Scalig. Borrich. Neapol. Groning. Heins. Askew. duob. Leidens. tribus Voss. utroque Dorv. meis et edd. prr. Sed lectionem a Gebhardo et Broukhusio probatam ac receptam confirmant cod. Perreii, Colotianus, pr. et sec. Vatic. Heinsius ed. Ald. adscripserat, legendum esse: *Sat sint magna mei, si tres sint, pompa libelli:* in notis vero Prop. pag. 689 conj. *Magna satis duo tresve mei sint pompa libelli.* Burm. Puccius in marg. exemplaris legendum coniiciebat: *Sat sit magna mei* etc. Santen. in Addend.

27. *Tu vero -- sequare)* *sequeris* in Borrich. Groning. Regiis, Mentel. et edd. prr. *sequaris* in cod. Livineii, Voss. quarto, utroque Dorv. et meo pr. ut in Palatinis et Commel. invenit Gebhardus. Mox *lassa clamare*, invita metri lege, in Voss. quarto. -- Compara Tibull. III, 2, 9 sqq.

29. *Osculaque -- labellis)* *pones* in iisdem codd. et edd. in quibus paulo ante *sequeris*; quod praeferendum videtur, quia utrumque spectat ad Cynthiam, de cuius affectu et pietate non dubitare se indicat, si eo modo legatur, reliqua mandata sunt, quae observanda praecipit.

32. *Accipiat -- testa meos)* *cineres* Francius. Male. In Excerptt. Modii seu Groning. *cineres me fecerit* vs. 31; sed hac in re *cinerem* semper praeferunt poetae. Vid. interpp. ad Ovid. Epp. I, 24. *Cinerem* et *manes* Virgilius, aliique saepe iungunt.

33. *Et sit -- busto)* *stet in exiguo* Heinsius. Sed ingratior auribus sonus est: *Et stet*. Mox *Quae tegat extincto funeris umbra domum*, pro *locum* conj. Heinsius.

35. *horrida pulvis)* *arida pulvis* legebat Menagius ad I. Casae Poëm. Ital. pag. 26; et sic Guyetus, improbante Heinsio in notis pag. 689. *horrida* certe mei tuentur codd. et Passeratii cum edd. prr. *pulvis* hic fem. gen. ut *cinis atra* et similia. Vid. I, 22, 6. Mox *hac quondam* in pr. Leid. *hac condam* Mentel. forte, *Vnius ah quondam* etc. in marg. secundi cod. *Vnius hic etiam*.

37. *Nec minus -- sepulcri)* *Non minus hoc tristi* in Groning. Legendum omnino: *Non minus* hinc *nostri n. f. s. hinc* vel ex amoribus, vel carminibus meis. *Non minus* Voss. tert. pr. Dorv. et meus uterque *notescat* Dorv. sec. Heins. et meus pr. sed vulgata est ap. Nestorem in Vocabul. in *notesco* pag. 166 b, ubi etiam *Nec minus haec*. Sed *notescet* id. qd. *nota erit*. Male Passerat. conj. *nota esset*. Pro *Phthii* vitiose *Pythii* in uno Colbert. pr. Leid. Dresd. Askew. et pr. Dorv. *psithii* Borrich. *Phithii* in Regg. sec. Leid. pr. et tert. Voss. et Dorv. sec. *Scythici* in Heins. et meo pr.

39. 40. *Tu quoque, si quando -- cara, veni memores)* *ad sacra* in marg. Voss. quarti, quod de inferiis, Propertii manibus offerendis, esset intelligendum. Sed *ad fata* ponit, pro, ad sepulcra. -- *memento Hoc iter ad lapides cana veni memores* ita in Mentel. Regiis, Colbertt. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, caeterisque omnibus fere codd. et in prr. ac vetustioribus edd. Primus Scaliger ita emendavit, ut edidit Broukhusius: -- *memento Hoc itere ad lapides cana venire meos.* — *Hoc itere* ex antiquo usu ab *iter*, *iteris*, nam secundus casus *itineris* est a recto veteri *itiner* pro *iter*. Vid. Nonius Marcell. pag. 482 ed. Merc. et pag. 485; Iuretus ad Symmach.

pag. 178. Sed quia loca vett. quae Nonius affert, ex Accio, Turpilio, Naevio, deducta sunt, antiquato illo casu *itere* usum fuisse Prop. vel alium Augustei aevi poëtam, dubito. Munckerus ad Hygin. fab. XXXVIII praefert *Hoc iter ad lap. cana venire meos*. Sed quodnam *Hoc iter* innuit? nec placet repetitum *venire* post praecedens *venies*, neque *cana*. Lego: -- *memento Molliter ad lapides, cara, redire meos*, ut Cynthiam alloquatur, ad quam supra vs. 27—30 sermo instituitur, et mox vs. seq. *cara, vita*, similia frequenter ap. nostrum interseruntur, *cara* etiam Heinsio placebat, qui tentabat: *Hoc iter. ac lapides, cara, subire meos*, vel, *memento Huc ferri, ac lapides* etc. *redire*, quia Propertii exsequias, dum efferretur, ad rogum fuerat comitata, vid. vs. 27. Nunc vero eam admonet, ut frequenter suum sepulcrum invisere amoris et inferiarum causa meminerit. Frequenter enim adire solebant sepulcra eorum, quos in vita caros habuerant. vid. Salmas. ad Capitolin. M. Aurel. Antonin. c. 3, pag. 298. *Molliter* vero, sine strepitu, ut exigebat sepulcri religio, vid. I, 3, 12, 17, 22 sqq. *Comiter ad lapides* conj. Ayrmannus. Pro *lapides* malebat *manes* Eldikius. Burm. Pro *cana* cum Heinsio et Burm. lego *cara*, quum etiam notio, quae inest τῷ *cana*, iam expressa sit verbis *si quando venies*. Quomodo locus capiendus sit, in notis docui. Scaligeri emendatione admissa, quam Bronkhusius recepit, verba hunc in modum explicanda essent: tu quoque si quando cana venies ad fata i. e. si quando longaeva vitae finem adesse senties: *hoc itere* i. e. per hoc iter ad meum sepulcrum venire vs. 41 cogita. *Memento venire*, fac venias. Astius corrigit: *memento* (*Heu sero!*) *ad lapides cara redire meos*. Iacobsins: *Ociter ad lapides, cara, venire meos*. Waardenburgius: *Hoc ritu ad lapides, cara, venire meos*; hoc sensu: si quando, Cynthia, ad fatalem vitae exitum perveneris, tu quoque eodem hoc funeris ritu, quem ego mihi simplicissimum a te modo expetebam, tumulo meo accedere memento. Kuin.

41. *Interea cave, sis nos* etc.) *adspernere* legebat Heins. in notis pag. 690, et marg. ed. Ald. adscripserat,

seq. vs. legendum esse: *Non nihil ah Venerum conscia terra capit.* I. Dousa in ora ed. Rovill. *ad vivum.* Ayrmannus vero: *Non nihil et rerum c. t. sapit.* Certe *sapit* non sollicitandum, sic IV, 6, 83 *sentire* dicitur Ovid. Trist. III, 3, 83.

43. *Atque -- cunis) curis* Mentel. Leidens. pr. et Neapol. a manu pr. Altero vs. Heins. conj. *Iussisset saevis de* etc. *Luxisset* in meo pr.

45. *Nam quo tam dubiae* etc.) *quonam dubiae* Heinsius, sed *nam quonam* aures laedunt. *serventur* in uno Colbert. Puccius restituit *servatur.* Pocchus etiam ait leg. *servatur*, et sic in reliquis codd. Dein *Nestoris est iussus* in meo sec. *Est Nestor visus* vel *Nestor et est visus* Francius. *Nestor et est factus post tria secla cinis* conj. Dorvill. *post tua secla* male in Mentel. Cf. cum his Antipatri Epigr. Lib. I, Anthol. Gr. Tit. XXXIV, ep. 3.

47. *Si tam -- senectae Gallicus Iliacis) Qui* vel *Quis si tam longae minuisset* in Mentel. Excerptt. Modii et Scaligeri (in quibus etiam est *monuisset* pro varia lect.) Regiis, Colbert. Askew. Groning. Borrich. in marg. (sed *meminisset* a manu pr.) sec. Leid. Voss. tert. utroque Dorv. et edd. prr. *Si tam longaevae minuisset* in Aldd. Iunt. Colinaei, Griph. et Rovill. *Cui tam* in Vatic. quinto a manu sec. *Quis* in sec., Colot. Dresd. et Borrich. Pro *meminisset* vel *minuisset* (quod posterius etiam in ed. Plantiniana Raphelengii) *iurasset* in uno Colb. a manu pr. et in marg. cod. mei sec. *nevisset* Heins. in notis pag. 690. *Qui si* in Voss. quarto, et altero vs. *Chloricus* in marg. unde facillima et forte vera emendatione refingi posset *Doricus*, nam *d* et *cl* passim confunduntur. *Gallus in Iliacis* Borrich. et meus pr. Broukhusius Scaligerum secutus edidit: *Quis tam longaevae meminisset — Gallicus Iliacis m. in aggeribus?* ut *Quis* positum sit pro *Quibus*, et *meminisset* pro, commemorasset Nestor senectae suae longaevae calamitates. hoc sensu: quibus Nestor commemorare debuisset aerumnas senectae suae nimium vivacis, si ipsi contigisset feliciter ante Antilochum mori? certe querelam de sera morte potuisset compendii fa-

cere. Sed an *meminisse* pro commemorare, ullo alio exemplo probari potest? et *Gallicus miles* Nestor diceretur, quia tendebat iuxta Phrygiae fluvium Gallum; ut passim apud historicos, exercitus ac legiones denominantur a provinciis, in quibus militabant, *Iudaicus*, *Illyricus* etc. Dorvillius in Obss. Misc. tom. III, pag. 435: *Quis tam longaevae minuisset -- Gallicus* etc. *Quis* accipit pro *aliquis*; aliquis Phrygius miles decurtasset longam Nestoris vitam, non ille etc. ut *Gallicus*, quum Gallus Phrygiae sit fluvius, positum sit pro *Phryx*, vel *Phrygius*, sicuti *Ismenius* ab *Ismeno* fl. pro *Thebanus*: *Strymonius* a *Strymone* pro *Thracius* etc. Sic fere hic locus acceptus a Beroaldo, Passeratio, (qui *Gallicum* etiam pro barbaro quolibet et mercenario capi posse putabat) et I. Dousa Filio. Perreius notaverat *Gallicum* militem forte dici a Gallo fluvio, vel a vicina Gallo-Graecia. Scaliger *Gallicum* militem pro temerario et stolide forti exponit. *Bellicus* placebat Behotio Apophoret. Lib. I, c. 4. *Graïcus* Heinsio in notis pag. 690; sed Advers. II, 5, pag. 243 corrigit: *Cui si longaevae minuisset — Troius Iliacis* etc. Aymannus: *minuisset f. s. Iam vetus Iliacis.* Markland. ad Statii Sylv. pag. 173: *Qui si tam longae minuisset -- Saucius Iliacis* i. e. si vitam finisset Nestor eo tempore, quo vulneratus erat, pugnans ad Troiam, non vidisset funus Antilochi. Merito audacem hanc coniecturam vocat Dorvillius. Toupius in Emend. ad Suidam P. III, pag. 220 excogitavit *Garrulus Iliacis.* Eldikius tentabat: *Qui nisi tam longaevae implesset -- Classicus Iliacis -- corpus humari*: vel potius, *Callidus Iliacis.* Per *aggeres Iliacos* autem intelligebat murum et propugnacula, quae in Troiae obsidione construxerant Graeci ex Nestoris consilio. vid. Hom. Il. 4, 325 sqq. Santenius tentabat: *Cui si tam longae minuisset fata sen. Troicus Iliacis* etc. ut *longaevae* ex glossa natum sit; idque confirmabat loco Prop. I, 19, 17: *Quamvis te longae remorentur fata senectae.* Mihi ex cod. Voss. quarti vestigiis legendum videtur: *Qui si tam longae minuisset -- Doricus Iliacis.* hoc sensu: si Nestor, inter Graecos militans, seu *Doricus miles*, minuisset senectam longaevam,

Vel, si ita mavis: *Cui si tam longae minuisset -- Dardanus Iliacis*, i. e. si Nestori Troianus miles vitam ademisset, ante obitum filii Antilochi, felicior fuisset, neque mortem tam seram sibi venire doluisset. cf. Iuvenal. Sat. X, 246 -- 255; Virg. Aen. XI, 159 sqq. Frequens illud defunctis apud vett. tribuitur solatium, ut ante suorum clades et patriae ruinas mortem sibi obtingere vel optent vel gaudeant. Vid. nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 252 seq. et in Addendis pag. 693. BVRM. Astius in Obss. pag. 38 legendum censebat: *Qui si tam longae finisset f. s. Doricus Iliacis* etc. *Doricus* miles i. e. Graecus, ut *Dorica castra* Ovid. Heroidd. XVI, 370 al. Et haec ipsa quidem Burmanni coniectura, *Doricus*, ex altero cod. Voss. desumta, in quo *Chloricus* extat, nobis quoque vehementer arridet, quum in codd. *d* et *cl* centies permutata reperiantur. Vid. Leopard. Emendatt. X, 25; Cortius ad Sallust. Cat. XXVI, 4; Iug. XXII, 1; Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 364; Drakenb. ad Sil. II, 52, et ad Liv. X, 24; neque tamen eam in textum recipiendam putavimus, quum *Gallicus miles* genio Propertiano perquam conveniens sit, et commodissimus ex hac lectione sensus exeat. KVIN.

49. *humati)* *humari* in Excerptt. Scalig. Mentel. cod. Passeratii, Commelin. Gebhardi, Colbertt. Dresd. Borrich. Neapol. Groning. Leid. pr. Voss. pr. et quarto, utroque Dorv. et meo pr. et sic in codd. suis legit Livineius. Sed vera lectio *humati*, ut est in prr. caeterisque edd. vetustioribus; idque recte Broukhus. exponit, *humandi*.

53. *Testis -- durus aper)* *Testis*, *quem — Adonin* in pluribus codd. *Testis*, *quem -- Adonem* in aliis, et apud Nestorem in Vocabulario pag. 14 b, ut Ἄδωνα Graeci, ab Ἄδων, pro Ἄδωνιν, casu quarto dicunt. Vid. Hesych. in Ἄδωνα et ibi Alberti. (Sed scriptura *Adonem* recte repudiatur a Santenio in Obss. ad nonnulla vett. poëtar. lat. loca (vid. Beck. Commentarii Soc. Phil. Lips. Vol. I, P. II, pag. 151) quia *Adon* non nisi seriori aevo dictus est. K.) *iuvenem* pro *niveum* in cod. Heinsii. Sed *niveum* non muto. Adhaeret enim Bioni in Epitaphio Adonidis vs. 10 et 27.

Marklandus codici suo haec adscripserat: » *Non intelligo, quomodo aper, qui percussit Adonin, possit testari, fas esse amare* viros amissos. *Ipse* Adonis *debuit esse testis huius rei. Lege:* Testis, quem niveum quondam percussit, Adonis, Venantem Idalio vertice durus aper. *Iam habes ipsum Adonin testem, non aprum.* « Id licet minime reiiciendum videatur, non minus tamen a mente poëtae alienum erit, si ipsa *Venus* potius hic *testis* dicatur, fas esse defunctos amare, quia amissum Adonin ingenti planctu fleverit, et amorem perennem ei servaverit. Hinc legi posset: *Testis, quum niveum -- Adonin Ven. Id. vertice dirus aper, Illis formosum planxisse* etc. Nisi quis malit cum Cannegietero: *Nescis quum niveum quondam* etc. *Illic formosum iacuisse* etc. Burm. Nimis contortam vocat Huschkius ep. crit. in Prop. pag. 52. Burmanni coniecturam, quum tali structura testimonium apri non evitetur. Legit ergo: *Testis, cui niveum quondam percussit Adonin, Venantem Idalio vertice, durus aper, Illic formosum flevisse* etc. Iacobsius in Specim. Emendat. pag. 101 coniecerat: *Dentibus ut niveum -- Adonin -- Illis* etc. laudato loco Bion. Id. I, 7: κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐν ὤρεσι μηρὸν Ἄδωνις λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς. Huschkii coniecturam probavit quoque Astius in Obss. pag. 39. Equidem Marklandi emendationem praeferendam duxi, quum et facillima sit, et ea admissa omnia optime cohaereant. Kuin.

55. sqq. *Illic formosum* etc.) *Illos* in Mentel. et pr. Leid. *Illis* in aliis. *Illic* in Commel. et Palat. utroque. *iacuisse* in cod. Perreii, Mentel. Excerptt. Modii, Borrich. Neapol. pr. et sec. Vatic. Vossianis, Leidd. aliis, et prr. edd. sed in Excerptt. Scalig. *lavisse* pro varia lect. et sic e vet. libro affert Passerat. et praetulit Scalig. quae lectio etiam vindicatur a Dorvillio in Obss. Misc. tom. III, pag. 437 sqq. (facere enim ad commiserationem, quod Venus necesse habuerit vulnera Adonidos, quem vivum adhuc invenit (vid. Bion. I, 9) palustri abluere aqua. *Iacuisse* ob constructionis insolentiam improbat. *Quum enim*, inquit, *intelligatur hic verbum* dicitur, *requirebat Latina compositio* formosus, *non* formosum. *Nec hanc formam et ap. Lati-*

nos obtinere nescio, *vid. Burm. ad Ovid. Fast. IV*, 507. *Sed ideo minus admittenda hic videtur*, *quia in hoc ipso disticho mox vulgaris Syntaxis obtinet*, diceris tu Venus. *)* *iacuisse paludibus* tamen explicari posset pro ad paludes, vid. I, 14, 1. *flevisse* in aliis codd. ut Dresd. edd. Aldd. aliisque vetustioribus. Broukhusius obiicit: *an satis decore Adonis lavatur aqua coenosa et ulva palustri?* Sed *paludes* hic simpliciter aquas significant, unde *liquidae paludes* Ovid. Met. I, 324; et ex palude aquam bibere Pont. II, 7, 74. Heins. ad oram ed. Ald. olim tentaverat: *Vlvis formosum lavisse palustribus illic Diceris*, *et fusa* etc. Markland. libro suo adscripserat legendum esse: *Illic formosum texisse palustribus ulvis Diceris*, *et fusa* etc. Sed amplector potius alteram Heiusii emendationem: *Illis formosum flevisse in vallibus*, vel *collibus*. Eldikio tamen *flevisse* nimis languidum pro luctus acerbitate videbatur, qui restituendum putabat *planxisse*, ut ap. Ovid. Met. X, 722. praeterea *tu Venus* languet, pro quo rescribendum *tunc* vel *tum*. Totum itaque locum sic constituo: *Illis formosum planxisse in collibus*, *illuc Diceris effusa tunc Venus isse coma*. Bion. I, 36: -- ἁ δὲ Κυθήρη Πάντας ἀνὰ κναμὼς καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει. Bvrm. Iacobsius l. c. *Illis formosum genuisse in saltibus*. Astius: *Illis f. flevisse in saltibus* vel *planxisse in saltibus*. Lectio *lavisse* ex corrupta lectione *flevisse*, et *iacuisse* ex interpretatione, quum ap. Bion. I, 7 legatur: Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι, ortum fuisse videtur. Ob hunc ipsum Bionis locum, et quia praecessit *Idalio vertice*, lectio *paludibus* reiicienda viris doctis videbatur, sed, ut recte observavit Dorvillius l. c. solent eventus in tam parvi momenti rebus variare poëtae; et *paludibus* est accuratior loci descriptio. Kvin.

58. *quid poterunt*) *qui poterunt* pro quomodo, in cod. Dresd. et Palatino Gebhardi, ut legebat Francius.

ELEGIA XIV

1. *triumpho est*) *est* non agnoscunt codd. Regii, Colbertt. alii cum edd. prr. *triumpho es.* Heins. ad Ovid. Met. VIII, 550, ut *Atrida* quinti casus sit; sed quod refutant sequentia: *non sic laetatus Ulyxes, Quum tetigit*, et reliqua.

2. *magnae Laomedontis opes*) *magni* praeferebat Marklaud. ut ap. Ovid. Ep. XVII, 206: *Pronurus et magni Laomedontis ero.*

5. *Nec sic -- Oresten*) ita edidi ex consensu codd. plus quam duodecim, nisi quod *Electre*, ut in ed. Broukh. in codd. Perreü, Neapol. quinto Vatic. et sec. Dorv. habetur. In Regiis, sec. Leid. pr. et quarto Voss. meo utroque: *Nec sic Electra suum salvum* etc. quod etiam extat in edd. prr. Aldd. Iunt.* Colinaei, Gryphii, aliis; duplici errore, *sic* et prima in *Electra* perperam correptis. Melius in Excerptt. Modii seu cod. Groning. *Non Electra suum salvum cum vidit Oresten.* Optime illi codd. in quibus *suum* desideratur, et hoc modo legitur: *Non sic Electra, salvum quum adspexit Oresten*; sed quia *salvum quum adspexit* duriorem facit sonum, et in Heins. ac pr. meo cod. habetur *conspexit*, caeteris lectionibus praestaret: *Nec sic Electra salvum conspexit Oresten*, vel *salvum quum vidit Oresten*, ut in quarto Voss. et sec. Dorv. quod admitti posset, nisi *vidit* sequeretur. *Nec non Electra* Ferrarius annotavit.

6. *fleverat ossa soror*) *flexerat* male in Dorr. pr. *tenens fleverat ossa sinu* emendabat Heins. Advers. II, 5, pag. 243, et in notis pag. 690. *soror* enim ex glossa in textum irrepsisse putabat, et hoc valde blanditur.

8. *Daedaleum -- rexit iter*) Heins. *filo*, quo ipso voc. utitur Adriadne ap. Ovid. Epp. X, 72, vs. 103 *rexit opus* in Voss. quarto pro varia lectione.

9. *collegi gaudia nocte*) *persensi gaudia* scripsisse Prop. mallet H. Stephanus in Latin. Lips. pag. 80. propius inhaesisset receptae lectioni *concepi gaudia.* Sed nihil mutandum, quum in vulgatam omnes codd. conspirent. Ovid. Met. V, 446 *sitim collegerat.*

10. *Immortalis — erit*) *erat* in Voss. pr. sonus ingratissimus *Immortalis* et *talis*, ut *ero* et *erit*; dura elisio *si altera*. forte *altera talis* e glossa marginali irrepsit, et legendum: *Immortalis ero, crastina si redeat:* vel, *crastina talis eat. nox* nempe crastina, quae praeteritae succedat.

11. *At dum demissis — ibam*) *Aut dum* Neapol. a manu pr. *dimissis* male in Groning. et Dresd. Perperam hoc distichon Guyetus suspectum habet. Idem dicit quod I, 1, 3. Altero vs. *sicco lacu vilior* corruptum censebat Ruhnkenius. Au talem indicat, qui nullius ubertatis aut fructus est, instar fluvii, in quo nulla fit piscatio, vel qui similis *arido pisci in sicco gurgite*, ut infra dicit el. 15, 34. Dousa huic versui adscripserat Martial. IV, ep. 4: *Quod siccae redolet palus lacunae* etc.

14. *Nec mihi -- sedere potest*) *Haec mihi* hoc et praec. vs. in Voss. quarto.

15. *sero mihi nota fuisset — medicina datur*) *mea nota fuisset conditio* Francius. *nata fuisset* coniecit Heins. sed nulla emendatione hic locus indiget. Vid. Patruum meum ad Lucan. II, 391. *conditio* pro voluptatis pactione exponitur a Passeratio, est enim haec vox matrimonio propria, adeoque ad Veneris gaudia hic transfertur, vid. Gronov. Obss. I, 6. Altero vs. Scaligerus pro *cineri* legit *emeritis*. Frustra. Guyetus *heu cineri*.

19. *contemnite, amantes*) ita in omnibus fere codd. et edd. antiquis legitur. *contemnere* sec. Dorv. *contendite* ex cod. Scalig. et Passerat. edidit Broukhusius, quod pro *enitimini*, *durate*, exponit. Sed pro *iurgia exercete* etiam capi potest, *iurgia* nempe *sub tacita condita laetitia*, ut supra dicit el. 6, 32, vel pro *perseverate*, vel hoc agite magna animi contentione. *concedite* Guyetus. Altero vs. *venit* in Regiis, uno Colbert. pr. Leid. Dorv. et edd. prr. sed *veniet* in caeteris. *Si qua hodie* Dresd.

23. *Haec -- Parthis*) *Nec mihi* Voss. quart. *deiectis* Markland. sine necessitate. Vid. supra el. 7, 6. Pro *Parthis* in Voss. pr. *palmis*.

25. *Magna -- columna)* *tuae columnae* Borrich. Groning. Heinsianus. recte. Sil. XV, 495: *Pyrenes tumulo clypeum cum carmine figunt.* Tibull. I, 10, 81: *Venerique merenti Fixa notet casus aurea palma meos.* Francius *tuis columnis.*

26. *Taleque — munere carmen erit)* *carmine nomen* Voss. tert. *munere* secutus Scaligerum, qui ita in suo cod. reperit, Broukhusius edidit, quia nomen suum in ipso carmine *muneri* subscribendo exprimit. Sed *nomine* in caeteris omnibus codd. prr. edd. et antiquis, recte. Initio vs. *Tale et sub nostro* corrigebat Francius, sed temere. Simile illud Tibull. I, 5, 11: *Ipseque ter circum lustravi sulfure puro.* Multa similia exempla collegit Schrader. Emend. c. IV, p. 77.

27. *Has pono -- aedem)* *tuas aedes* in omnibus fere codd. et edd. prr. reliquisque ante Scaligerianam, in qua *tuam aedem*, quod praefero, non tantum quia *aedem* semper dixerunt veteres de templo, sed et propter sonum auribus incommodum, *Has exuvias* ante *tuas aedes.*

29. *Nunc a te -- navis)* Vulgo: *Nunc ad te* etc. hiat sensus, si hanc lectionem sequamur, *Nunc ad te navis mea veniat, an sidat*, neque codd. succurrunt, in quibus *veniet tua litora*, vel *me*, vel *litore*, et initio versus *a te*, pro quo *abs te* Ayrmanno placebat. Santenius legebat: *Nunc a te veniat, mea lux, ad litora navis;* de portu autem etiam alibi *litora* dicuntur. Altero versu *in mediis*, vel, omisso *in*, *mediis* in cod. Heins. *sudat* in uno Colb. Mentel. et Leid. pr. *sistat* Voss. quart. Excerptt. Modii, Groning. et Livineii cod. qui id ineptum recte pronuntiat. *in medio stet* cod. Dresd. Perreius edit. Aldinae adscripserat: *Nunc ad te,* supple, *pertinet*, in tua, inquit, est manu, an navim meam succedere portui, an sidere velis in medio mari. Heinsius Advers. II, 5, pag. 243, et in notis pag. 690: *In te stat, mea lux, teneat sua litora navis*, ut *in te stat* positum sit, pro, in tua potestate est, ut ap. Sil. XVII, 401. *In ducibus stabat spes et victoria solis.* Markland. vero ad Stat. Sylv. IV, 4, 99 sic legebat et distinguebat: *Nunc ad te, mea lux, veniet mea litore navis Servata, an mediis*

videt onusta vadis? Sed Heinsii emendationem praefero, quam etiam probavit Dorvill. Obss. Misc. Vol. V, pag. 113, qui his vestigiis insistens minori mutatione refingebat: *Nunc in te, mea lux, veniat sua litora navis Servata;* ut *in te*, vel *in te est*, eodem sensu, quo *in te stat* dicatur, ut Graecis ἐπὶ σοί, vel ἐν σοί. et *veniat sua litora*, pro *ad sua litora*, vel legebat hoc modo: *Nunc ad te, mea lux, veniat, sua litora, navis:* ut per appositionem Cynthiam *sua litora* vocet, sive portum ac stationem tutam, quo sensu et Passeratius exposuit. Notavit praeterea etiam Dorvill. illud quoque incommodum hoc in loco, quod *mea lux* et *mea navis* inconcinne uno versu recurrunt, sed ita *suo* et *sua* eodem vs. el. 25, 31; vs. et el. 13, 18 sqq. I, 14, 11 sqq. BURM. Astius Obss. pag. 40: *Nunc a te, mea lux, veniat mea litore navis.* Recte. *a te* scil. pendet. *veniat servata* pro servetur, ut I, 5, 52; Tibull. I, 2, 76 *litore* scil. *in*. Notat praeterea, nihil frequentius apud poëtas esse, quam vitae comparationem cum navis cursu, vid. Eurip. Troad. 102; Heraclid. 428 sqq. Hippolyt. 822 sqq. Horat. Od. II, 10, 1 sqq. et 22, unde locutio *in eadem esse navi* ap. Cic. Famil. II, 5, et συμπλῶ Eur. Herc. fur. 1225. K.

31. *Quod si forte — culpa)* *Quae si* Vatic. sec Dresd. Groning. Regii, unus Colbert. Palat. Excerpta Modii, et edd. prr. sed *Quodsi* in Perreii, Colot. Mentel. Voss. Heins. Excerptt. Scalig. et Borrich. *Tu si* Francius. *alia cura* Heinsius Advers. II, 5, pag. 244, et in notis pag. 691 pro alterius amore.

ELEGIA XV

1. *O me felicem, o nox)* *Ah me* Voss. pr. et alter meus. *nox o mihi* in Excerptt. Modii, Voss. pr. et meo pr. ut in sec. Ald. Rovill. et Gryph. quod probat Schrader. Emend. pag. 137. *et o nox mihi* in Voss. tert. quomodo exararunt, qui hiatum supplere, et elisioni cavere

studebant. Sed in Palat. Commelin. Neapol. Dresd. Groning. Dorv. pr. et caeteris omnibus, edd. prr. Ald. pr. Iunt. et Colin. *o nox mihi.* recte.

3. *Quam -- lucerna*) *Multa tecum opposita* male in Heinsii et meo pr. neque placet Ayrmanni *dederamus*, aut ullam video causam, cur *verba* improbet Guyetus. Nec adstipulor Schradero Emend. pag. 126 castiganti: *Quam nuda apposita miramur membra lucerna*; sed *quam* elegantiae decorem auget, si *quam nivea*, *quam candida* vel similia laudentur membra nudata, non autem *quam nuda*. Caeterum hoc distichon Broukhus. recte collocavit post vs. 10: *Oscula sunt labris* etc. quamquam in codd. omnibus post vs. 2 *Lectule* etc. legitur.

5. *Nam modo*) *Iam modo* in meo cod. pr. solemni errore.

7. *Illa -- ocellos*) *somno lapso* Leid. sec. unus Regius, et edd. prr. *lassos* Borrich. pr. Leid. tres Voss. uterque meus et Dorvill. ut in Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. aliis. *laxos* Askew. cod. sed *lapsos* recte in cod. Perreii, Colot. altero Regio, Palat. Gebhardi, et cod. Passerat. et hoc praeferendum, quia sequitur *patefecit*.

8. *Ore suo -- Siccine lente iaces*) pro *lente* vitiose in nonnull. codd. *lecte*, in aliis *vaces* pro *iaces*, forte pro *vacas*, ut putat Broukhus. nemp. ab amore, iners veluti species, et truncus, solus iaces. *et* abest a cod. Dresd.

9. *mutamus brachia* etc.) *mutantes* male Ayrmannus. Pro *quantum* Guyetus *quam tum*, et *suis* in fine vers. seq. *labiis* in pr. Leid. et Dresd.

11. *Non -- corrumpere motu*) *committere* ex suo cod. Scaliger et Passerat. quod et praefert Heinsius in notis pag. 691, et ad Ovid. Rem. 407; reliqui tamen codd. omnes et edd. ante Scaligerianam habent *corrumpere*, quod recte restituit Broukhus. quum hac in re longe efficacius sit, quam *committere*. vid. Patruum meum ad Phaedr. IV, 24, 18; Ovid. Am. II, 19, 58: *Corrumpis vitio gaudia nostra tuo.*

13. *Ipse -- Lacaena*) *nudam Lacaenam* legisse Scaligerum, notaverat Heinsius. male; *perire aliqua*, vel *ar-*

dere, *furere in aliqua*, rectius quam perire puellam, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 122; Prop. I, 4, 12, 9, 34; Horat. Od. I, 27, 11 al.

17. *Quod si pertendens animo*) *protendens* cod. Dresd. *pretendes* Groning. *pertendens* Voss. tert. *pertendens animos* Vatic. quint. *pertendes animo vestita cubare* Rivius ad Terent. Eun. I, 1, 6. *praetendens* male Vulp. in edit. pr. quod ex libro Posthiano, qui idem ac Groninganus, etiam producit, sed ut ineptum damnat Livineius. Deinde *cubares* in Regiis, Borrich. Neapol. Groning. Dresd. Mentel. Heins. Leidd. pr. et quart. Voss. uterque Dorv. et mei, ut in edd. prr.

19. *Quin etiam -- Ostendes*) *produxerit* Dorv. pr. *Quin etiam si provexerit me ulterius ira* turbato et vitioso ordine in Groning. *Ostendens* male in codd. Regiis et edd. prr.

22. *Viderit hoc, si quam iam peperisse pudet*) *Viderit haec* in codd. Regg. Leid. sec. et Voss. tert. pro varia lect. et edd. prr. *hoc* in caeteris codd. *si qua* Dresd. *periisse* Groning. *si quis iam peperisse putet* Dorv. sec. ut ex cod. *suo* Scaliger. sed quem male hunc vs. mutasse dicit Heins. in notis pag. 691. Ayrmannus Scaligeri emendationem ita distinguebat: *Viderit hoc si quis, iam peperisse putet.* Pro *Viderit* V. D. in ora codicis sui coniec. *Fugerit hoc*, sed alterum omnes codd. et edd. tuentur.

23. *Dum nos -- amore*) Mallem, *Nos dum fata sinunt* etc. *Nos* initio versus sic positum, ad oppositionem praecedentium, ex more Propertiano, vid. I, 7, 5; II, 1, 45. *satiemur* Heinsius. *sacremus* male in Mentel. et pr. Leid. *animos* pro *oculos* Guyetus. Frustra.

24. *nec reditura dies*) quia *dies* vs. 26 nimis vicina repetitione, non valde eleganter recurrit, et sequens distichon desideratur in sec. Leid. et utroque Dorv. hinc suspicio nonnulla de mendo suboriri posse videtur, et hoc vs. *nec reditura quies* forsitan praestaret; ut *quies non reditura*, quam *quietem aeternam* alii vocant, *nocti longae* iuncta hic dicatur, quomodo *nox perpetua*, *una dormienda*,

Catullo, ad quem vid. I. Dousae Fil. notas c. 1, sic *quies aeterna* de morte, apud Quinctil. Decl. 299, et *quieti aeternae*, *somno aeternali* saepe in Inscriptt. vetustis. Hinc mox emendari posset *ut nunquam solveret illa dies* i. e. ut amor noster esset perennis etiam post fata. Eleganter *illa dies*, nigra nempe illa, et tenebris caput adoperta infra el. 24, 34.

25. *Atque utinam -- Vellent*) Eldikius suis ad me literis conj. *Venus o vincire*, ut el. 16, 13. Guyetus, propter *Velles*, dubitans, ad quam personam referendum esset, legebat: -- *sic nos vincire*, *Cythere*. *Velles* etc. sed praecessit *tibi*, et si ad Cynthiam et Propertium *nos vincire* referri non posse, nisi tertia requiratur persona, quis contendat, corrigi posset *Vellent*, *fata* nempe, quae praecesserunt. Certe *catena* non sollicitanda est, praesertim ob Tibulli locum IV, 5, 15: *Sed potius valida teneamur uterque catena*, *Nulla queat posthac nos soluisse dies*, unde etiam *ulla dies* hic vindicari posset. Markland. *haerenti catena* malebat, quam *irruptam copulam* vocat Horat. et *firmam catenam* Ovid. Epp. IV, 135. Sed *haerentes* non muto.

27. *Exemplo -- columbae*) *vinctae* in Neap. Vossiano, et Dorvill. *iunctae* praestat, nam *vincire* modo praecessit. *tibi sunt* in Regiis, Mentel. Borrich. duob. Leidd. pr. Voss. meo utroque et edd. prr. *sic sint* in Excerptt. Scalig. ut edidit, unde *sibi sint* conj. Heiusius. Altero vs. pro *totum* Livinei. et Guyetus legunt *tutum*. Vulpio olim quoque *tutum* vel *notum* placebat, sed *totum* vera lectio.

31. *Terra prius falso* etc.) *falso partu* conj. Ian. Dousa Pater, ut significet, terram prius squamosum pecus et monstra marina producturam esse. Male. *falsos arantes* legebat Heins. Adv. II, 5, pag. 244, et in notis pag. 691, ut *falli* et *deludi* prr. agricolae a terra sterili, quae credita sibi semina non reddit cum fructu. Sed neque *falsus partus* dicitur, qui arantes eludit, eorumque vota destituit, vid. Broukhus. ad Tibull. II, 1, 19, et Heins. ad Ovid. Pont. II, 9, 29. Verum quia hoc inter ἀδύνατα

referri non potest, malim *falso partu* exponere, non suo, sive de illis, quae naturae adversa e terra provenire nequeunt, aut ut confusis legibus, et inversis anni vicibus terra intempestivos proferat fructus.

32. *nigros -- equos*) Heinsius conj. *Stygios equos*, vel *nigros* pro infernis interpretatur; quod praefero. *pigros* forte propter *citius* legebat Rob. Titius, inepte. Possis etiam *nigros equos* interpretari oppositos *albis* Solis et *niveis equis*.

33. *revocare*) *agitare* in Borrich. Heinsiano, et meo pr. quod e vs. praeced. librarii negligentia repetitum.

35. *transferre calores*) *dolores* constanti errore in Regg. Colbertt. Mentel. Heins. Borrich. Neapol. Vatic. sec. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et edd. prr. *conferre dolores* in Askew. sed *calores* bene restitutum a viris doctis.

37. *Quod mihi si secum*) *tecum* legitur in cod. Borrich. Mentel. aliis, et edd. prr. Aldd. Iunt. aliis. *secum* margini annotaverat Perreius, idque ex suo cod. Heinsius, e cod. Passeratii Guyetus, et e Groning. Broukhus. probarunt, et legitur in cod. Dresd. ac requirunt *Illa velit*. Altero vs. *longus ut annus eat* Heinsius.

41. *Qualem — decurrere vitam*) *cuperent* in uno Colbert. Neapol. tribus Voss. utroque Dorv. et meo sec. licet in marg. *vellent*, et hoc Dorvillio placebat, ne languidior tot spondaeis versus sit. *vellent* in Dresd. edd. prr. Aldinis, Iunt. caeterisque vetustioribus. *cupient deducere vitam* in Excerptis Modii seu Groning. *cuperent deducere* in quarto Voss. et sec. Dorv. sed *decurrere* probum est.

43. *Non ferrum — bellica navis*) *Non ferrum crudele meum est neque* in Mentel. et pr. Leid. *Non ferrum crudele est nec* in Heinsii et meo pr. unde legendum: *Non ferrum crudele esset, neque bellica navis*, sic in Regiis, Colbertt. Neapol. Vatic. sec. Excerptt. Modii altero Leid. Askew. meo sec. et prr. aliisque edd. licet Broukhusio hic numerus non videatur ad gravitatem Propertianam, et praetulerit *Non ferrum crudele, neque esset*. Male Valeus

Guellius ad Virg. Ecl. IV affert: *Non bellum -- neque bellica navis.* Nec opus coniectura Francii: *Non ferrum crudele foret, non bellica navis Non nostra.* Vitiose *manu* pro *navis* in Dorv. pr.

44. *Actiacum verreret ossa mare*) *verteret* in Regiis, Borrich. Groning. Askew. Harleiano, duob. Leidd. tribus Voss. binis Dorv. meo utroque, et caeteris codd. edd. prr. Aldd. Iunt. aliisque. Sed *verreret* recte Scaligero praeeunte edidit Broukhus. ita enim loquitur optima antiquitas. Vid. Heins. in Varr. Lectt. ad Claudian. R. P. II, pag. 454; Nonius Marc. pag. 420 ed. Mercer. passim vero haec verba confunduntur. Vid. Pier. ad Virg. Aen. VI, 320; Grouov. ad Stat. Theb. IV, 722. Porro *Acciacum* in meo sec. et prr. edd. *Adriacum* Mentel. Borrich. Groning. Dresd.

45. *Nec toties -- triumphis*) *Nec propriis circum toties pugnata triumphis* in sec. Dorv. *Passa* in Heinsii et meo pr. *circum* i. e. undique oppugnata, offendebat Guyetum, ideoque legebat: *Nec toties propriis* (*miserum*) *oppugnata triumphis*, quum saepe *miserum* et *miserabile* parenthesi inclusa eleganter inserantur. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 196.

47. *Me certe -- minores*) sic legitur in Colot. Mentel. Leid. pr. Voss. tert. *Te* in Heins. et meo pr. *Nec certe* unus Colbert. pr. Voss. et tertius pro varia lect. et pr. Dorv. *Nec* in meo sec. e quibus praefero *Me certe* cum Heinsio, et sic edidi, quia ad hanc lectionem ducit omnium fere codd. consensus, non *Haec certe*, ut edidit Broukhus. *possunt laudare* in Voss. quarto.

48. *Laeserunt -- deos*) *lumina nostra* Voss. pr. *pocula* de veneno poculis infuso accipit Broukhusius, vid. eum etiam ad Tibull. III, 5, 9. putat tangi a poëta veneficium, cuius aliquando postulata fuit Cynthia, quando cum quodam praetore in Illyriam esset profecta, ad quod facinus etiam refert locum huius Libri el. 30, 21. Sed non valde decoram istam amicae suae obiectionem esse recte animadvertit Dorvill. in Miscell. Obss. Vol. V, pag. 117. Equidem cum Ruhnkenio intelligenda puto convicia in Augu-

stum, quae Gallo poetae exitio fuerunt. Burm. Iacobsius Animadvv. in Eurip. tom. II, pag. 281 legit: *Laeserunt nullos spicula nostra deos.* Citra necessitatem. K.

49. *Tu modo -- fructum*) *hunc* omittunt Regii et unus Colbert. Borrich. Dresd. Leid. sec. Voss. Dorv. uterque, meus alter, et edd. prr. *dum liceat*, *fructum* Mentel. Excerptt. Scalig. et Modii, Leid. pr. Voss. tert. et quart. Dorv. sec. Groning. et Askew. et sic Fruterius. *dum lucet* cod. Perreii, Colbert. sec. Neapol. Vatic. sec. et quint. quod etiam ex suis libris affert Passerat. nec improbat, exponitque, dum haec lux tibi cernitur, dum vita superest, quod recte dici, merito dubitat Broukhus. est id. qd. supra vs. 23 *dum nos fata sinunt.*

50. *Omnia -- dabis*) *parva* Dorv. sec. Probo I. Dousae Fil. distinctionem longe elegantiorem: *Omnia*, *si dederis oscula pauca*, *dabis*. Vulgata multivolo Catullo potius convenit.

51. *Ac veluti folia* etc.) *At veluti* in Leid. sec. pr. et quarto Voss. meo sec. et Dorv. Dresd. *Ac veluti* in Excerptt. Modii seu Groning. libris Gebhardi, et Passeratii, aliis. quod probat Heinsius, ut supra el. 3, 47. *coronas* Dorv. sec. pro *calathis* legitur *cyathis* in cod. Perreii, Neapol. Vatic. sec.

53. *Sic nobis -- spiramus amantes*) *sic magnum nobis qui nunc* Neapol. *speramus* in pluribus codd. antiquis, prr. aliisque edd. quod Turnebus, Passerat. et Gebhard. defendunt. Sed recte Scaliger, Lips. Ant. Lect. I, 20: Broukhus. et Vulp. legunt *spiramus*; et ita Fruterius, et Gruterus Suspic. inedit. XII, 14. Vid. et nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 184 et 567 ult. Altero vs. *includent* Dorv. sec. *en claudet* conj. Heinsius, sed nihil moveo, nisi forte *inducet* praestiterit (ut legitur in cod. Dresd.) ut *crastina dies* nobis *inducere fata* dicatur, et sic Ayrmannum tentasse video.

ELEGIA XVI

1. *Praetor — terris*) *Illyriis* in Excerptt. Scalig. vid. Heins. ad Claudian. in Eutrop. II, 215; ad Ovid. Trist. I, 4. 19. eumdem praetorem hic intelligi, de quo I, 8 notavit Passerat. et sic Guyetus, qui anni spatium inter duas istas elegias intercessisse putat, vid. Obss. Miscell. Vol. V, pag. 118; missus enim fuerat hic praetor in provinciam Illyriam, e qua post annum, ut moris erat, redux, et bene ditatus, Cynthiae amoribus in praedam cessit.

3. *Non potuit* etc.) *Geraunio* Dorv. sec. *verba darem* male in Excerptt. Scalig. Dorv. sec. a manu pr. et aliis.

5. *Nunc — mensa*) *fiunt tota convivia mensa* in Heinsiano et meo pr.

11. *non curat honores*) *nec curat honores* hanc lectionem Propertio restitui, quam plures codd. confirmant, nam ex Groning. libro veterem scripturam mutavit Broukhus. et edidit *non quaerit honores*, quod quidem in Excerptt. Modii et uno Livineii, qui codd. iidem ac Groninganus, etiam extat, nec tamen ideo textui inserendum duxi, nam in caeteris omnibus codd. et edd. prr. ac vetustioribus *curat* suum tuetur locum, et mox *quaerere gemmas* sequitur. Altero vs. *ponderat una* in cod. Perreii, sec. Vatic. et Neapol.

15. *Ergo -- amorem*) *mercatus* Leid. sec. et edd. prr. *amicam* in Mentel. Askew. Leid. pr. et sec. et in marg. mei cod. sec. pro varia lectione, ut in priscis edd. (quae lectio ex interpretatione orta est. K.) *amores* Vatic. quint. *amorem* cum vulgatis in Groning. Dresd. cod. Passerat. pr. Vatic. et Neapol. idque probat Heins. Mox *indignum* ex suo cod. Palmerius, pro amat, deperit indignum hominem, vel parenthesi includendum esset: *Iupiter! (indignum!) merce puella perit.* Neque tamen *indigna merce* damno.

18. *Et iubet -- Tyro*) *ex ipso* male in Mentel. Borrich. duob. Leidd. pr. et tertio Voss. pr. Dorv. et edd. priscis: sed *ipsa* in reliquis codd.

19. *et ipse -- habitare casa*) *et ipsa* in Borrich. Heins. et meo pr. *Graminea* in sec. Dorv. ut ex suo cod. Scaliger, recte improbante Heinsio et Gebhardo. *Straminea* in omnibus reliquis codd. cum edd. prr. et aliis antiquis. *nosset habitare* emendabat Schraderus. Sed *posset habitare* ex more Propertiano est pro *habitaret*. Altero. vs. *Non tam venales*, quod ex suis codd. profert Passerat., respuendum non videtur. *amici* cod. Dresd.

22. *Atque una — domo*) *uno viro* Borrich. Heins. meus pr. et unus Colbert. sed in cuius marg. *domo*. Non sollicitandum *una domo*, nam *viro* mox sequitur. Broukhusii emendatio *uno toro* valde blanditur. *cara puella* male in Groning. et Livineii cod.

23. *seiuncta cubaris)* *cubares* in Regiis, Mentel. Borrich. duob. Leidd. et prr. edd. *sevicta cubaret* in Askew. *sevincta* in Dorv. Male haec Passerat. refert ad sacra Isidis, eorumque praetextu usam esse Cynthiam, ut secubaret, vid. IV, 5, 34; sed *seiuncta cubaris* est, a me seiuncta cubaris cum praetore.

24. *Candida — viro*) *Brachia tam foeda caudida f. v.* in Dorv. sec. *tam foedo* in Excerptt. Modii. *fixa* Mentel. et Leid. pr. *fusa toro* Heinsius, vel *fessa*.

25. *Non, quia peccaris*, etc.) *peccarim* male in Regiis, Collbertt. Mentel. Groning. Neapol. Dresd. duob.. Leidd. pr. Voss. Heins. utroque Dorv. meo sec. et edd. prr. *peccarem* Borrich. *sector te* Marklandus coniiciebat pro insector. Sed malim *testor te* accipere pro obtestor, ut non raro apud Ciceronem, Tacitum, aliosque.

27. *Barbarus excussis* etc.) *exclusis lumbis* in Regiis, Collbertt. Excerptt. Scalig. Mentel. Borrich. Dresd. Vatic. quinto, Askew. Groning. Leid. pr. tribus Voss. meo utroque, Dorvill. et edd. prr. *excussus* in Dorv. pr. *lombis* Voss. tert. et pr. Leid. *nombis* Dorv. sec. a manu sec. forte pro *excussis nommis* i. e. *nummis*, sive *consumpto munere pauper*, ut supra vs. 9. *exclusis nobis* Ayrmannus. Heinsius vero coniecerat *exhaustis*, *exsuctis*, vel *exsuccis lumbis*, ut *latera effoeta* in Carminibus Liberis. Vid. eius notas ad

Prop. pag. 692 seq. et Obss. Miscell. Vol. V, pag. 119. Dein *agitat fastidia* idem coniec. Sed *vestigia*, ut in omnibus codd. et edd. legitur, non moveo, quae huic rei propria sunt, vid. supra el. 9, 45; Ovid. Am. I, 8, 97 al. Eldikius, ut cum seqq. *donis amaris* cohaereret, legebat: *Barbarus excussis agitat vix, impia, bulgis*, hoc sensu: vix Propertii regna affectaverat praetor, fide Cynthiae, oblatis ingentibus muneribus, sollicitata, quin voti fieret compos, gaudiisque poëtae excluso debitis frueretur. *impiam* Cynthiam vocat ob perfidiam et levitatem. *Agitare regna* eadem ratione capiebat, qua illud Flori II, 2: *paribus uterque votis imperium orbis agitabat*. Dein *bulgas* optime huic loco convenire censebat, quia praetor iste e provincia Romana redux corrasis divitiis abundabat, producto Lucilii versu apud Nonium Marcellum: *Bulgam, et quicquid habet numorum secum, habet ipse*; sed mallem exemplum ex poëta melioris aevi, et quidem elegiaco, apud quem haec vox occurrat.

28. *Et subito -- tenet) non sua regna* conj. Dorvillius; sed *nunc mea regna tenet* praefero, ut queratur praetorem illum intercipere, quod se capere oportebat. *regna tenere* in rebus amoris elegantissimi usus de rivali praelato, et amatorem excludente. Vid. Broukhus. ad Tibull. I, 7, 75; Gruterus Suspic. inedit. lib. XIV, c. 8; et nos ad Lotich. pag. 514.

29. *Adspice quid donis Eriphyla invenit amaris) Accipe quid donis Eriphyle invenit amoris* in Mentel. et pr. Leid. *Accipe* etiam in uno Colbert. et Palatinis Gebhardi. *amatis* conj. Markland. sed pro vulgata *donis amaris* adscripserat locum Eurip. Hippol. 1411: Ὦ δῶρα πατρὸς σοῦ Ποσειδῶνος πικρά· *avaris* legebant Livineius et Guyetus, pro avare cupitis: sed recte *amaris* tuetur Broukhus. Heinsius Adv. II, 5, pag. 244, et in notis pag. 693 legebat: *Eriphyle flerit amatis*. Ac *flerit* quidem placet, quia sequitur *Arserit*, vid. ad I, 2, 9; et quia στυγερὴν Ἐριφύλην Homerus, eiusque imitatione *maestam Eriphylen* dixit Virg. Aen. VI, 445, ubi vid. Guellium. Scribe etiam *Eriphyla flerit* ulti-

ma producta, sic enim in Codd. ut *Electra* et similia. Vid. el. 14, 5.

32. *An dolor -- abesse suis*) *tuis* in Excerptt. Modii, seu Groningano. *abire* in Commeliniano Gebhardi. *vitiis crescet et usque tuis* conj. Heins. in notis pag. 693. Sed *nescit abesse* bene se habet, i. e. semper adest, causam suam agere et tueri non desinit, ut ap. Flor. IV, 9: *nec ille defuit vitiis, quin periret*. Vid. de hac locutione Patruum meum ad Lucan. X, 105.

34. *nec mea Musa iuvat*) *mea mensa* in Mentel. Colbertt. Neapol. Vatic. quinto, Borrich. cod. Livineii, pr. Leid. tribus Voss. uno Dorv. meo utroque, et sic ex duobus Palatinis legit Gebhard. Crepund. III, 20. Sed *Musa* in reliquis codd. et edd. prr. recte. *nec, mea musa, tui* conj. Francius. Forte ei displicebat praeteriti et praesentis *iuvat* et *tetigit* variatio in uno eodemque versu, sed vide interpp. ad Virg. Aen. II, 12; Gratii Cyneg. 45, 416, 426; Calpurn. Ecl. III, 69; et Wopkensius Lect. Tullian. III, 7.

35. *Ah pudeat*) *At pudeat* in Mentel. Neapol. pr. Leid. tert. Voss. utroque Dorv. et meo priore. Non male. Vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 555. Mox illud *quod aiunt*, non placebat Francio, qui vix poëtis id usurpatum putabat. Sed vid. el. 32, 57; Horat. Epist. I, 7, 49.

37. *modo qui fremitu complevit inani*) Heinsius in marg. ed. Ald. conj. *modo cui fremitus complevit inanis*. Offendebant eum, ni fallor, duo ablativi coniuncti *fremitu inani* c. *Actia damnatis militibus*. Sed sic saepe veteres, vid. Virg. Aen. II, 419; VIII, 219; Horat. Carm. III, 16, 31; Cortius ad Sallust. Cat. 45; Patruus meus ad Lucan. IX, 927; et ad Suet. Tib. 62.

39. *Hunc infamis amor*) *infans amor* in meo cod. secundo, forte pro *insanus*, ut legitur in Mentel. Borrich. Dresd. pr. Leid. Heinsiano et meo priore. Sed lectioni *infamis* acquiesco, licet coniecerim aliquando: *Hunc fatalis amor*, ut Horatio Carm. I, 37, 20. *fatale monstrum* dicitur Cleopatra.

40. *extremo orbe*) *externo* in sec. Leid. aliisque codd.

et prr. ac vetustioribus edd. sed *externo* recte in vet. cod. Perreii, Colotiano, Neapol. duob. Vatice. Colbertt. Mentel. Excerptt. Modii, seu Groning. et caeteris codd. melioris notae. Innuit Aegyptum, in quam Antonius confugerat. De perpetua harum vocum confusione vid. Patruum meum ad Lucan. I, 314 (vid. ad I, 11, 6).

42. *Illa -- manu*) Legendum arbitror: *Illa, qua vincit, condit et arma manu*: ut *condit* positum sit pro *condere solet*: quamquam pro vulgata afferri possit illud Ovidii Rem. Am. 612: *Et quae condiderat, tela resumsit Amor*, sed et illic *resumit* in cod. Cantabr. Caet. vid. insignem Rutilii locum Itin. I, 69 sqq. *Mitigat armatas victrix Clementia vires, Convenit in mores numen utrumque tuos. Hinc tibi certandi bona parcendique voluptas, Quos timuit, superat, quos superavit, amat.*

43. *quoscumque zmaragdos*) *quascumque smaragdos* in Voss. tert. *smaragdos* in omnibus codd. veteres semper *zmaragdos* scripsisse, neque unquam aliter in vocabulis Graecae originis, quae a duabus consonis *sm* incipiebant, monuit Broukhusius, vid. Pierius ad Virg. Aen. VII, 648; Dausquius Orthogr. Vol. II, tract. 21; Vossius Obss. ad Catull. pag. 321; Gudius ad Phaedr. III, 11, pag. 73, Hemsterhus. ad Lucian. Ind. Vocal I, 94; Turnebus Adv. XVI, 2; Lambinus in Lucret. II, 1122, pag. 548. firmat hanc observationem quoque Martian. Capella lib. III, pag. 57; et ita in monumentis antiquis, vid. Gruter. DLXXVI, 5; Inscript. ap. Donium Class. XVII, 18; Buher. ad Marm. Brettiana pag. 10 et 34. Athenaeus tamen lib. III, pag. 94 contendit *maragdum*, ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν, *splendere*, scribendum esse, adducto Menandri loco. Altero versu *flavos lumine* in Voss. quarto, duob. Dorvill. Heins. et meo utroque. *Quos flavos dedit* in Voss. pr.

45. *in vanum*) *in vanum* pro *in mare* dictum adscripserat Fruterius. *in ventum* Ayrmannus legebat, quod iam occupavit Passeratius, et specie blandiri posset, propter illa Tibulli III, 6, 50: *periuria ridet amantum Iupiter, et ventos irrita ferre iubet.* add. I, 4, 18. Recte vero idem

Passeratius *in vanum* exponit, in nihilum, inane, nam haec neutra Propertio frequentis usus sunt, ut *in incertum*, *in plenum* et similia.

46. *Quae -- fiat aqua*) *Qua tibi terra*, *velim*, *qua tibi fiat aqua* Scaligerus legebat, quam lectionem, adductis multis vett. locis, iu quibus elegans illa repetitio *qua*, *qua*, a librariis corrupta fuit, probavit etiam Heinsius ad Val. Fl. V, 85 (et in textum recepit Broukhus. atque retinuit Burmannus). In omnibus tamen codd. edd. prr. et caeteris vetustis: *Quae tibi terra*, *velim*, *quae tibi fiet aqua*, quod, admisso *fiat aqua*, praefertur a Dorvill. ad Charit. pag. 684; neque etiam scripti aut editi agnoscunt *precor*, ut idem Scaliger mutaverat pro *velim*. Guyeto placebat *Qui -- qui tibi* etc. vid. Obss. Misc. Vol. V, tom. I, pag. 122. Caeterum non dubitandum est, poëtam respexisse ad Homeri locum Il. ή, 99: 'Αλλ' ὑμεῖς καὶ πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

49, 50. *Vidistin' toto -- desiluisse domo?*) *Vidistis* edidi, quia sic legitur in Regiis, Colbertt. Neapol. Dresd. Excerptt. Modii, Borrich. Groning. Livineii cod. binis Leidd. tribus Voss. Askew. utroque meo et Dorv. cum edd. prr. quem tot codd. parem consensum non facile librariorum lapsum pronum cum Broukhusio existimo, qui ex libris *Vidistin'* edidit, sed potius longe elegantiorem lectionem, vid. supra el. 9, 21 (Quum tamen per omnem elegiam Cynthiam solam poëta alloquatur, quum praecesserit *adspice* vs. 29, *cerne* vs. 37, add. vs. 55. Broukhusio potius, *Vidistin'* legenti, equidem adstipulor. K.). *toto coelo* in iisdem fere omnibus codd. et edd. ut ap. Virg. Aen. VIII, 427; Sil. III, 205. non *moto*, ut h. l. reponendum censebat Heinsius ad Ovid. Fast. III, 347. idem *procurrere* pro *percurrere*, quod in plerisque codd. habetur, duobus nempe Leidd. Mentel. Borrich. Dresd. Askew. tribus Voss. utroque Dorv. meis et edd. prr. in quibus etiam *Flumina* (vulgari errore, vid. Drakenb. ad Sil. It. VIII, 644. K.) et *desiluisse*, totumque locum sic constituebat Adv. II, 5. p. 145: *Audisti* (pro *Vidisti*) *moto sonitus procurrere coelo*,

Fulminaque aetheria dissiluisse domo. Ac *dissiluisse* legitur in Mentel. Groning. Dresd. Heins. et meo priore, ut coniecit Passeratius. *disiluisse* in Askew. et huic lectioni favet illud Horatii Carm. I, 34, 6: -- *namque Diespiter Igni corusco nubila dividens*, nempe collisis et ruptis nubibus. Pro *sonitus* Francius in marg. ed. Scaligerianae *tonitrus* coniecit. Burm. Vtramque vocem *moto* et *procurrere* male Bronkhus. in ordinem recepit, retinuitque Burmannus. Kuin. Verbum *percurrere* hac eadem in re auctores habet Lucretium et Virgilium (Aen. VIII, 392) *procurrere* hactenus nullos: illi quidem, *magnum percurrunt murmura coelum*, et, *ignea rima Percurrit nimbos*; sed nihil omnino vetat, quominus Latine dicas: *toto percurrunt murmura coelo*; vel illud Terentii docuerit: *continuo ad te properans percurre ad forum.* Deinde opportune satis et ad ipsam naturam *toto percurrere coelo* dicuntur tonitrua, quorum murmur, si violentius intonuerit, revera per totam illam, quae nos cingit, aëris plagam devolvi videtur. Porro singularis quaedam virtus est in vocula *totus*, quae dum universum aliquod complectitur, vehementiam significat, atque orationi nervos addit. Vid. Prop. I, 13, 15; II, 2. 5, 15, 28, 17, 8. Denique rectissime *disiliunt* fulmina aetherea domo, ut *Exiliuntque cavis elisi nubibus ignes* ap. Ovid. Met. VI, 696. Vid. ad Met. VIII, 340. dissiliunt potius nubes ruptae, et divolsa capacis moenia mundi: quod tamen non ita dico, ut poëtae licere non videatur hanc usurpare phrasin; sed *desiluisse* hoc certe in loco vehementius esse contendo, et ad Propertii mentem magis appositum: videntur enim ad poenas, periurio puellarum imponendas, in terram *desilire*, quo pertinet illud: *Nec sic de nihilo fulminis ira cadit.* Praeterea saepius haec verba librariorum inscitia inter se permutantur, quod ap. Cic. pro Mil. 29 est *desiluisset*, Serv. ad Aen. III, 416 perperam adducit *dissiluisset*: ita *definire* et *diffinire*, *defringere* et *diffringere* etc. in vetustis libris promiscue scribuntur. Hemsterhuys.

51. seq. *Nec sic -- ira cadit)* *Nec si* Mentel. *Non sic* Francius, et vers. praec. ut Dresd. *nec aquosus.* Heins. ad

oram ed. Ald. *fulminis aura* conieeit. *ora* in Mentel. sed *ira* optime se habet.

53. *Periuras tunc ille solet*) *Periuras deus ille solet* Guyetus, sine idonea ratione. *ipse* in Mentel. pr. Leid. Heinsiano et meo pr. Mox *flevit et ille* in aliis.

56. *nubilus Auster erit*) *nubibus* in Mentel. et pr. Leid. Elegiae finem hic faciunt omnes codd. et editiones antiquissimae, novamque ordiuntur ab illis *Mentiri noctem* etc. quae cum his connecti primus iussit Scalig. Sed Livineius cum illa iungendam existimat eleg. 18, quae incipit *Assiduae* etc. et certe hac elegia invectus fuit in praetorem illum, quocum perfida Cynthia suo indulserat genio, in caeteris queritur se ab amica exclusum, unde novae seq. elegiae *Mentiri noctem* etc. codd. et edd. vetustae titulum praefigunt: *de exclusione* (cod. Dresd. *Queritur se exclusum ab amica*): huic vero: *ad Cynthiam*, vel ut in meo altero cod. *ad Cynthiam, de aemulo.* Praeterea vs. hic: *Quare ne tibi sit* etc. veluti formula Propertio communis est, qua saepissime elegias absolvit, tanquam monito, praecedentia terminante, vid. I, 5, 31, 9, 33, 19, 25.

ELEGIA XVII

1. *Mentiri -- ducere amantem*) *Mentiris* male in Vossiano et meo sec. *fallere* in Voss. tert. Dorv. pr. et meo sec. sed in cuius marg. *ducere*, quod rectum, cuius glossa est *fallere*. In Regio *amantes*.

2. *Hoc -- manus*) *Hoc erat* (nemp. olim) ex suo cod. praetulit Scaliger. ita quoque legebat Livinei. et sic extat in Dorv. sec. neque tamen *Hoc erit* reiicio, caeteris codd. et edd. vetustis in hoc consentientibus. *infestas* prave in ed. Volsci et Wecheliana. BURM. De confusione harum vocum solemni vid. Heins. ad Ovid. Met. IV, 618; Burm. ad Ovid. Ibid. 246.

4. *fractus utroque toro*) Hom. Il. ώ, 4: οὐδέ μιν ὕπνος Ἥρει πανδαμάτωρ, ἀλλ' ἐστρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα — Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κα-

τακείμενος, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε ὕπτιος, ἄλλοτε δ᾽ ἐπρηνής. add. Prop. II, 22, 47; Iuvenal. III, 279 seq. Kuin. Ayrmannus conj. *fractus utroque dolo*, quia nempe *mentiri noctem* et *promissis ducere* duplex ei videbatur dolus. Male, neque placet Heinsii *iactus utroque toro*, pro *iactatus*.

5. *Vel tu -- sorte*) Ianus Gruterus Suspicion. inedit. XXII, 13 ex lectione cod. Scaligeri *movearis*, male suspicabatur reponi posse: *Vel tu T. movearis fluminis arte*, hoc sensu: licet stupeas artem fluminis, in quo Tantalus degit, tamen pocua amantium gravior est, ut *ars fluminis* in eo consistat, qua sequitur, ut liquorem suum neget inclinato Tantalo, et ideo *fallacem* dici IV, 11, 24.

6. *Vt liquor -- sitim*) *Vel liquor* in cod. Mentel. Vossiano pr., Leidensi, Heinsiano, et meo sec. male. *fallat in ore* Heinsius.

7. *Vel tu -- admirere labores*) Si sensum poëtae perspicio, iudicat: licet Tantali sortem subeas, ac Sisyphi labores suscipias, experieris irrita quaevis esse ad mentem fallacis et perfidae puellae mutandam, ac fateberis, inter mortales nihil amante durius et infelicius. Quia igitur hoc in versu *licet admirere*, et mox *invidia admirante*, admodum inconcinna repetitione, iure offendunt, hic pro *admirere* reponere tentabam: *Vel tu Sisyphio licet adnitare labore*, et mox *volutat*; hoc sensu: licet omni ope adniteris saxum Sisyphi volvendo et revolvendo illius aerumnas exhaurire, nihil ages, frustra allaborabis. Mox pro *toto* Eldikius conj. *prono*.

11. *invidia admirante*) Markland. ad Stat. Sylv. pag. 62 coniecit: *ringente* vel *fremente*, ultimum metro adversaretur. *adfirmante* vel *moerente* conj. Heins. in notis pag. 694. ultimum *moerente* praeferrem. Eldikius: *invidia haud mirante*. Possis etiam hariolari *adversante*, vel *indignante*, vel *allatrante*, ut ap. Sil. It. VIII, 292, ubi vid. Drakenb. Sed nulla emendatione opus est. Vid. notas.

13. *Nunc -- saxo*) valde blanditur Aurati coniectura, a Fruterio allata: *Nunc -- iuvat in freta saxo*: et hoc ideo placet, quia imitatus videtur Theocrit. Id. III, 25: Τὰν βαίταν

ἀπεδὺς, εἰς κύματα τῆνα ἀλεῦμαι· add. Id. V, 15; forte etiam respicit ad saltum e Leucade saxo, desperatorum amantium asylo, unde ei nomen *saltus amantium* infra el. 26, 19; add. Ovid. Heroidd. XV, 171; Stat. Sylv. V, 3, 154.

14. *tetra venena*) *trita venena* est in plerisque codd. quibus accedunt pr. et tert. Voss. Dorvill. uterque, et mei. *tuta* in Palatino Gebhardi, qui *tetra venena* recte vindicat, ut et Passeratius, et certe latet hoc in primarum edd. scriptura *tetia vena*. In Aldd. Iunt. caeterisque vetustioribus *trita*. Dein pro *nostras manus* Gruter. Suspic. inedit. lib. XXII, 13 legit *moestas*, sed sine codd. auctoritate.

15. *Nunc licet -- Luna*) *Nec licet* in plerisque codd. ut et Dresd. *Nunc libet* Guyetus, quod probat Dorv. in Obss. Miscell. Vol. V, pag. 123.

17. *dominam mutare cavebo*) *vitare* Dorv. sec. in caeteris omnibus et edd. prr. ac priscis *nutare*, vid. ad Lotich. pag. 414. Scaliger in curis prioribus *dominae mutire*, merito improbantibus Passeratio, Broukhusio et Heinsio in notis pag. 668; Is. Pontanus Analect. II, 2 *dominam futare*. Inepte. *caveto* et mox *in te* legebat Guyetus. *quum mi* pro *mihi* Aldd. aliaeque edd. vett. unde *mihi cum* placebat Francio. Sed *in me* in cod. Perreii, Mentel. Dresd. Borrich. Excerptt. Modii seu Groning. duob. Livineii, caeterisque et prr. edd.

ELEGIA XVIII

5. *Quid mea si --- candesceret annis*) *Quid si etiam canis* Dorv. pr. *Quid si iam -- caneret annis* reposuit Scaligerus, ut *caneret* media correpta dicatur, quomodo *fērverct* et *fervēret*, aliaque his similia; sed exemplum huius verbi *canēre* pro *canescere* merito quis desideret. *candent* est in Regg. Leid. sec. Vossii quarto, Mentel. Excerptt. Modii, Venetis, Aldd. Iunt. aliisque edd. priscis, quod caeteris lectionibus praefert Wakkerus in Amoen. Literar. c. 12, pag. 78. *caneat* Voss. tert. et Askew. *caneret* in Bor-

rich. et Colbertt. quod arripuisse Broukhusium, miror, sed Scaligero assensus est. *vergeret* ad oram ed. Ald. conj. Heinsius, vel *aetas mea marceat*. Sed ex cod. Neapol. (et Dresd.) praeferendum videtur: *Quod mea si canis aetas canesceret annis*, unde idem Heinsius *marcesceret*, vel quod potius videtur, *candesceret*, sic enim ap. Tibull. I, 11, 43: *Sic ego sim, liceatque caput candescere canis*, idque probat Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, pag. 124, qui ipse tentabat *aetas mea canderet*, ut *candere* pro *candere* eadem forma dicatur, qua *cánere* pro *canêre*, ut volebat Scaliger. sed neutrius exemplum adduci posse arbitror; neque admittebat Bentleii *aetas mea curreret*, ut coniec. ad Horat. Carm. II, 5, 13, et hoc quoque codici suo adscripserat Francius. Improbat illam Bentleii coniecturam etiam Schraderus Obss. I, 5, pag. 66, acquiescens emendationi Heinsianae *canis candesceret*, quod et caeteris aliorum coniecturis praeferendum videtur, et favet locus e Ciri vs. 320: *Edita candentes praetextat purpura canos*. Burm. Recte, et hanc ipsam lectionem *candesceret* ob rationes a Burmanno allatas in ordinem recepi. Lectio *caneret* e compendio scribendi orta est, et aliis quoque in locis *canens* ac *candens* inter se permutata sunt a librariis, vid. Sil. It. XIII, 69; Drakenb. ad Sil. I, 424; Schrader. Animadvv. ad Musaeum pag. 231; Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 703. Kuin.

6. *Et faceret scissas -- genas*) *faciant* in Excerptt. Modii. *peraret fissas* conj. Heinsius, ut rugae *arare* vultum ac corpus dicuntur Ovid. A. A. II, 118; sed vulgaris lectio sana est, vid. Patruus meus ad Ovid. Amor. I, 14, 18. eidem Heinsio *flaccida* vel *arida ruga* corrigendum videbatur.

7. *At non Tithoni* etc.) *An non* in Regiis et altero Colbert. Neapol. Voss. pr. meo sec. et pr. Dorv. quod ex codd. Palatinis et Commel. praefert Gebhardus. *Et non* in meo priore.

9. *decedens fovit in ulnis*) *desertum fovit* prave in Borrich. Heins. et meo pr. quod irrepsit ex praec. versu. *discedens* ex Commelini libro affert Gebhardus. *accedens*

Ayrmannus, et sic coniecerat Broukhus. pro rediens ab itinere quotidiano, adscripseratque hoc confirmari a cod. Groning. in quo *excedens*, sed videtur id postea abiecisse, quia in notis editis omisit. *descendens* conj. Marklandus. *in undis* depravata lectione est in plerisque codd. ut Dresd. al. et edd. priscis.

10. *Quam prius -- equos*) *Quam primum adiunctos* in Excerptt. Modii seu Groning. Askew. et Voss. quarto, quod forte admitti posset, vel *Quum prius*, licet viri docti *Quam prius* pro *priusquam* positum notent, vid. Scalig. ad Copam vs. 6, et Voss. de Construct. c. 63. sic sane *quam prius* et *quam ante* saepe disiuncta occurrunt pro *priusquam*, *antequam*, vid. Broukhus. ad Tibull. I, 3, 9. *adiunctos* etiam est in Borrich. Mentel. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. meis et priscis edd. *adiuncto* Dresd. Sed *abiunctos* bene correxit Scaliger. prohaute Barthio ad Stat. Sylv. I, 3, 76, et sic *abiungere* et *coniungere* ut contraria opponit Lutatius ad Theb. V, 389. *adiunctos sedula adivit* vel *movit*, *equos* conj. Heinsius. *pavit equos* Ayrmannus. Sed *abiunctos sedula lavit equos* vera lectio est, et *lavit* confirmant loci Tibulli III, 4, 17; II, 5, 60. Caeterum totum hunc locum *At non Tithoni* etc. non cohaerere cum superioribus, et alterius elegiae ἀποσπασμάτιον esse censebat Scaliger. Cohaerere satis haec videntur cum praecedente disticho *Quid mea* etc. Sed distichon hoc: *Illum saepe suis* etc. traiiciendum mihi videtur post vs. 14, ut singula hoc tenore coniuncta decurrant: *At non Tithoni* etc. *Desertum* etc. *Illa deos* etc. *Invitum* etc. *Illum saepe suis* etc. *Quum prius abiunctos* etc. *Illum ad vicinos* etc. -- Vs. 12: *Maturum est iterum questa redire diem* legebat Guyetus. Pro *conscendens* vs. 13 in ed. Raphelcng. est *escendens*.

15. *Cui maiora*) ita in Perreii cod. Modii Excerptis, Colotiano, Dresd. pr. Vatic. Mentel. Borrich. et Groning. *Huic* Francius. *Quoi* vet. cod. Fruter. et Dorv. *Quae* in meo altero. *Qui* in priore. *que* in pr. Voss. *Cum maiora* in Regg. et altero Colbert. *Tam maiora* Livineius tam in

notis ad h. l. quam ad Paneg. Vet. pag. 345. Forte legendum *Tum -- Memnone luctus*, *erant*: maiora tunc erant Aurorae gaudia cum vivo Tithono, quam luctus ei gravis fuit, quum filium Memnona amissum lugeret.

18. *oscula ferre comae*) *genae* est in Excerptt. Modii seu Groning. et haec voce. frequenter commutantur, vid. Patruum meum ad Ovid. Heroidd. XI, 92. *comae* praetulit Broukhus. (quum affectum longe ardentiorem exprimat, quam illud *genae*) probante Dorvill. ad Charit. pag. 689, et in Obss. Misc. Vol. V, pag. 125, et hoc tuetur Gebhardus. *canae* tamen *genae* admitti posset, si pro senis barbara facie exponatur, non pro capite cano, ut ap. Stat. Theb. VIII, 492.

19, 20. *At tu etiam -- curva futura die*) *iuvenem me odisti* Heinsius: (et ita cod. Dresd.) sed non respuo codicis mei prioris lectionem: *An tu etiam* etc. pro *At tu*. Pro *haud longa* legitur *aut longa* in Mentel. Neapol. duob. Leidd. pr. Voss. utroque Dorv. et meo sec. *cana* pro *curva* in Voss. quarto. Pessime in nonnullis edd. distinguitur: *quum sis Ipsa anus*, *haud longa f. die*: quasi Cynthiae puellae a se amatae satis rustice exprobraret, illam iam tum *anum* esse. Difficultatem omnem tollemus, si sine ulla distinctione, ut edidi, legamus: *quum sis Ipsa anus a longa curva futura die* i. e. quum tu, quae nunc florida adhuc aetate es, ipsa aliquando *anus sis futura a longa die*. Sic enim corrigendam puto codd. scripturam, in quibus *aut longa*. Nam *a longa die* est post longam vitae diem; vel *haud longa die*, non diu post, ut praeferebat Santenius.

21. *Quin ego deminuo* etc.) Distichon in edit. Scaligeri, eamque secutis positum legitur supra post vs. 4: *Huic bonus esse solet*, *cui malus ante fuit*, legebat Guyetus, recte improbante Dorvill. Obss. Misc. tom. V, pag. 123. In Voss. pr. *Nunc malus — qui bonus ante fuit*, et ita Ayrmannus.

23. *Nunc etiam infectos -- Britannos*) *fractos* pro *infectos* in altero Dorv. superscripta glossa *lascivos*. Eo sensu *fractos* dici constabit ex Casaub. ad Persium pag. 64; sed

id huius loci non est (vid. notas). *mutare* vitiose in Vossiano. Guyetus legebat *flavos Batavos* (quae coniectura versum rhythmo insuavem reddit) addens *flavos* dici Batavos, quia, ut cuncti Germani, spuma quadam crines inficiebant, et hinc Martiali XIV, 176: *Et mutat Latias spuma Batava comas.* Schrader. praef. ad Emend. pag. XXVI *infectas Batavas*. Broukhus. *Britannos* hic pro Batavis accipit. Sed praestaret, ni fallor, *Sicambros* vel *Sygambros*, vid. Ovid. Am. I, 14, 49, ubi vid. interpp. ad Claudian. Cons. Honor. IV, 446. Mox vs. 25 *tecta figura* in Mentel. Leid. pr., Voss. Dorv. et prr. edd. sed *recta* sana lectio est.

28. *Quae mentita — comas*) *venit* coniec. Struchtmeyerus Animadv. Crit. pag. 95; sed sequitur mox *venis*. Melius esset *fingit*, componit comas externas, suas seu nativas mentita, ut Ovid. A. A. I, 306; Tibull. I, 5, 50. Sed nihil immutari praestiterit. *fient* praeced. vers. male in Askew. BVRM. Tibull. I, 8, 43: *Tum studium formae; coma tum mutatur, ut annos Dissimulet viridi cortice tincta nucis.* K.

29. *De me -- videri*) *Deme* iuncta voce in cod. Dresd. et vet. cod. Perreii, qui adscripserat: *i. e. tolle istas cincturas comarum. mihi* nimirum pro *mi* in plurimis codd. ut Mentel. Neapol. Vatic. secundo, Borrich. Leid. pr. et edd. priscis; in meo cod. pr. . . . *mihi*, relicta lacuna. Heinsius in ora ed. Ald. conj. *Denique me certe* etc. sed nulla opus est emendatione, et illud *Deme mihi* iam comprobavit Passeratius. Nec opus Gebhardi distinctione: *De me nil, certe poteris* etc. quia in cod. Palat. *De me nil certe.*

30. *Mi formosa — venis*) ita recte emendatum ab N. Heinsio, quum antea in omnibus edd. male legeretur: *Mi formosa satis*, quod etiam in duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, caeterisque codd. sed Propertio alterum frequentius est, I, 2, 26; II, 6, 40 al. Vid. nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 284; neque enim amant vett. illud *satis* tam nudum, sine verbo *est* adiuncto ponere, vid. Bentl. ad Horat. Sat. II, 4, 48.

31. *fuco Tinxerit*) *suco* vel *succo Tinxerit* in Leid.

sec. Voss. pr. et tert. meo utroque, solita permutatione. Quid si *Pinxerit* legamus, quod verbum fuco aptum est; nam *tincta* modo praecessit. Passim *pingere* et *tingere* variantur in codd. Vid. ad Ovid. Heroidd. IV, 72 (*Pinxerit* conj. etiam Wakkerus in Amoenit. Liter. c. XII, pag. 79. Santen.). *Traxerit* in Palatinis, quod defendere conatur Gebhardus, male. Vid. interpp. ad Ovid. A. A. III, 269.

34. *Frater ego, -- ego*) Francius haec ita interpungebat: *Frater ego tibi sim: filius unus ego*, sed nusquam Prop. neque Ovidius, nisi locis corruptis, primam in *ego* producit, vid. ad I, 8, 31.

35. *Ipse tuus -- lectus*) *Iste* in vet. cod. Perreii, Colot. Mentel. Borrich. Excerptt. Scalig. sec. Vatic. utroque Dorv. meo pr. et sic in Voss. tertio, hoc verborum ordine: *Iste tuus tibi sit semper custodia lectus*. -- Altero versu prave *Nec minus* in Leid. sec. Voss. tert. aliis. *sidere* vitiose in Askew. pr. Leid. et Mentel.

37, 38. *Credam ego narranti* etc.) non inepta interpunctio Passeratii, quae a cod. Groningano confirmatur: *Credam ego, narranti noli committere famae*: eam quoque probasse videtur Gebhardus. Deinde *At terram* in meo cod. pr. *terras* recte Guyetus. *terras et maria transilire* conferebat Ruhnkenius cum illis Ovidii Pont. I, 5, 76: *Per tantum terrae, tot aquas vix credere possim Indicium studii transiluisse mei*. Sed quia hic de Fama agitur, non reiicienda Francii coniectura videtur: *Et terras rumor transvolat et maria*. Famae enim alas tribui, notum est, vid. Virg. Aen. IV, 180, 184, ubi vid. Cerda, et Patruus meus ad Petron. Carm. de Bel. Civ. c. 123 Satyr.

ELEGIA XIX

1. *Etsi me invito* etc.) *Et sine me invito* in Borrich. Voss. pr. meo utroque, quod placet, modo cum interrogationis indicio legatur: *Et sine me -- Roma? sine me discedis*, doloris augendi causa, ut ap. Tibull. I, 3; init.

Prop. I, 8, 4; neque otiosum est *Et*, quod initio praesertim orationis, singularem habet vim, et increpationi inservit, nec semper copulativa particula est, vid. Muret. ad Cic. Catil. III, 1; Virg. Aen. VI, 807. *discendis* perperam in Dorv. sec. Mox *coles* in Mentel. duob. Leidd. et tertio Voss. a man. pr. probante Heinsio, et sic in curis secundis conj. Broukhus. idque seqq. exigunt.

4. *Qui te blanditiis -- probam*) *esse meam* in quinto Vatic. pr. et tert. Voss. et meo sec. sed in cuius marg. *probam*, et recte. Illud *sinit*, quod hic ἀρχαϊκῶς, nempe a *sinim*, ut *edim* et similia volebant Scaliger, Passeratius et Gebhardus, etiam Grutero se probavit Suspicion. X, 1; in Miscell. Lips. Nov. Vol. III, pag. 483; sed recte Broukhus. ex codd. et edd. prr. *sinat* retinuit, quod etiam Regii, Colbertini, et reliqui omnes mei codd. firmant (praeter pr. Voss. meumque sec. in quibus *sinet*) et Francio probabatur.

5. *Nulla neque* etc.) Gebhardus ex Commelini libro affert *Ulla neque*, quod et Guyeto placebat, reclamantibus caeteris omnibus codd. et edd. priscis, in quibus constanter *Nulla neque*, vel *Nulla nec*, duplici negatione. Altero vs. *damnatae* in nonnull. codd. mendo ex frequenti confusione literarum *cl* et *d* exorto. Male Gronov. in notis ad Stat. Sylv. II, 6, vs. 82, pag. 370 *clamatae* pro *conclamatae*, comploratae intellexit; vita defunctam Cynthiam hic cogitare vetat *somnus amarus*, pro quo vitiose *somnus avarus* legitur in cod. Heinsii et meo pr. *amatus* in Vossiano.

10. *Fanaque -- tuis*) *Famaque* in Mentel. duob. Leidd. tertio Voss. et sec. Dorv. *Vanaque* in Borrich. et meo pr. *Phanaque* in pr. et quarto Voss. meo sec. et antiquissimis edd.

12. *Et vitem docta ponere falce comas*) *vitem doctam ponere* castigabat Scaliger. i. e. solitam ponere, sed contra omnes libros scriptos et editos. Heinsius ad oram ed. Ald. tentabat *inducta falce*, ut ap. Virg. Georg. I, 316 *messorem induceret arvis*. Idem in notis pag. 695 conj. *sectas ponere falce comas* vel *admota falce*. Sed haec postea recte reiecit. Burm. Ipse conieceram *dura falce*

ut apud Tibull. I, 7, 34: *Hic viridem dura caedere falce comam*, sed iam in vulgata lectione acquiesco. Vid. notas. Kuin.

13. *Atque ibi rara — sacello*) *Illic rara feres* Francius et Guyetus. *Atque iterata feres* Heinsius. Male. *seres* vitiose in Borrich. *rara fides* in codd. Regg. et edd. prr.

14. *Hoedus -- ante focos*) *agrestis* Neapol. Groning. Leid. sec. uterque Dorv. *Haedus ibi agrestis* in pr. et tert. Voss. meoque sec. *corruat* restituit Puccius.

15. *Protinus -- imitabere sura*) *meditabere* reponebat Guyetus. Male. Vid. Virg. Ecl. V, 73; II, 31 vulgatam e suis etiam libris affert Nestor in Vocabular. pag. 37 b in *chorea*. Liberiore coniectura tentavit Heinsius: *Et Dryadum nuda choreas imitabere sura.*

18. *ponere vota iuvat*) *nota* conj. Guyetus, improbante Heinsio, et merito. Vid. Sciopp. ad Apulei. pag. 109. *ponere vota* pro deponere exposuit Passeratius, ut supra legitur el. 10, 22. Marklandus adscripserat *ponere* hic esse *deponere vota*, olim Veneri facta, ut alibi, *posita pace* pro *deposita*. Sed sensus est: posthabita Venere, cui votivas suspendam tabulas, totum me Dianae dabo, ex amatore venator factus; ut respexerit ad ritum, quo solebant arma suspendere, et tabulas votivas illis numinibus, quibus satis ex voto operati erant. Burm. Iacobsius in epist. ad Astium pag. XXX *vota ponere* explicat, *vota facere*, ex Graecorum dicendi usu; et quum, qui venationi operam dant, Dianae, vel Pani, vel aliis silvestribus diis, nunquam Veneri, vota faciant: pro *Veneri* legendum praecipit *Faunis* vel *Fauno*, vid. eiusd. Animadvv. in Anthol. Gr. tom. II, P. II, pag. 352. Kuin.

19. *Incipiam captare -- pinu Cornua*) *tractare feras* in Dorv. sec. a manu sec. Reliqua in hoc versu mendosa esse non dubito, quid enim est *reddere pinu cornua?* Heinsius conj. *suspendere pinu Cornua*. Sed vota et sacra Dianae suscepta iam memoraverat. Ayrmannus infeliciter tentabat *flectere pinu*. In cod. Borrich. Heins. et meo pr. *prinum*. in Voss. tert. *pinum*. In eiusdem pr. *pūm*: in meo

secundo *pinu*: in edd. prr. *pinnu*. Dudum est, quod divinarim: *Incipiam captare feras, et nectere* (vel *prendere*) *pinnis Cornua*: ut intelligamus de pinnis in venatione adhibitis ad formidinem avium et ferarum, quas in insidias agebant et claudebant. Et huic coniecturae favent codd. in quibus *pinni*, ut in Vatic. pr. Voss. tert. a manu secunda, Dorvilliano et Dresd. Nemesian. Cyneg. vs. 303: *Linea quin etiam magnos circumdare saltus Quae possit, volucresque metu concludere praedas, Digerat innexas non una ex alite pinnas.* add. Senec. Hippol. vs. 45 de Ira II, 12. Plura de hoc venandi modo dabit Lipsius ad Senec. de Clem. I, 12; Rittershus. ad Oppian. Cyneg. IV, 387; Colvius ad Apulei. pag. 258; Titius et Barthius ad Gratii Cyneg. vs. 75; et Scriver. in Anecd. philol. c. 21, ubi optime agit de lineis, sive funiculis e lino, quae variis avium plumis distincta, aves in retia alliciebant. Ruhnkenius tamen suspicabatur aliud hic latere venandi genus, quod forte reperietur comparatione Ovid. Heroidd. IV, 41: *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per iuga summa canes*; qui locus nonnihil favere posset *pinnis*, quibus terrebant, et in insidias agebant, atque in retia premebant cervos, aliasque feras. Vid. Coelium Rhodigin. Lect. Antiq. Lib. XVI, c. 11. Burm. Vera lectio, quam etiam in ordinem recepi, haud dubie est: *et reddere pennis Cornua*, cui lectioni favent codd. in quibus est *pinni. Penna* autem et *pinna*, *pennis* et *pinnis* fere semper in Codd. permutantur, vid. Delr. ad Claudian. R. P. III, 139; Gifan. Collect. ad Lucr. voc. *Pinna*; Dausq. Orthogr. part. sec. v. *Penna*, et Burm. ad Quinctil. Inst. I, 4, pag. 43. De sensu verborum, qui ex hac lectione procedit, vid. notas ad h. l. Kuin.

20. *et audaces ipse monere canes*) *movere* est in Mentel. sec. et quinto Vatic. Borrich. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. Heius. utroque meo et Dorv. atque edd. prr. et hoc verbum, quia tot codd. in hanc lectionem conspirant, hic capi posset pro irritare, cessantes lacessere, exstimulare. Sed *monere* tuetur Gebhardus pag. 199, probante Broukhusio.

BVRM. Recte. *Monere* enim idem est quod *hortari* Ovid. Heroidd. IV, 42; Met. X, 539, et centies haec duo verba confunduntur, vid. ad III, 8, 16; IV, 1, 87. De verbo *hortari* in venatione proprio vid. Vlitius ad Nemes. Cyneg. 196; Burm. ad Ovid. Heroidd. l. c. et ad Met. III, 242. KVIN.

21. *Non — tentare leones*) Pro *ut* in Ferrarii libro legitur *aut*. Pro *tentare* unius cod. Groningani auctoritate, ac praeeunte Palmerio in Spicileg. pag. 797, *temerare* edidit Broukhusius, productis exemplis parum ad rem facientibus; nam singula loca, quae affert, ad sacra, et res non sine piaculo violandas spectant, quae optime *temerari* dicuntur, vid. nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 23, et 674. *attentare* in Voss. tertio, quod amplectitur Schraderus Emend. pag. 127. *captare* in altero Leidensi. Sed *tentare* confirmatur imitatione Gratii in Cyneg. vs. 515: *Non tamen Hispano Martem tentare minacem Ausim.* Vid. et Patruum meum ad Val. Fl. I, 529, et Heynium Obss. ad Tibull. IV, 3, 14. Heinsius ad oram ed. Ald. conj. *Non tamen inpastos ausim ut tentare leones.* Temere, neque etiam opus est emendatione Ayrmanni, *Non tamen aut vastos*, quia sequitur *Aut celer agrestes* etc. eadem enim ellipsis ap. Ovid. Heroidd. V, 83, aliisque in locis.

22. *Aut celer — sues*) Markland. in ora libri sui corrigendum notaverat *agresti cominus ire sui*, addens locum ex lib. III, 1, 26: *Fluminaque Haemonio cominus isse viro*, sed dubitans tamen, an non illic *Haemonium virum* legendum sit; praesertim quia non sine praepositione hac phrasi utitur Ovid. Fast. V, 175. Sed eodem modo, quo Propertius, etiam loquitur Statius Theb. III, 100. Vid. et Rhodium ad Scribon. Larg. pag. 45.

24. *Excipere et stricto -- calamo*) Heins. in marg. ed. Ald. conj. *Exigere*. Male. *stricto* in omnibus codd. extat, praeter Vatic. pr. et Passeratii cod. in quibus legitur *structo* (quod Broukhus. et Vulp. receperunt et Burm. retinuit. K.) et hoc intelligunt viri docti de aucupio viscato, quod structa vel crescente arundine fiebat, de quo viscati

aucupii genere vid. Martial. IX, 54; Gronov. Obss. III, 18, pag. 566; Vossium ad Val. Fl. VI, 262; et nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 178. *structum calamum* etiam Heins. ad Sil. It. VII, 675 cum Salmasio ad Solin. tom. II, pag. 1088 vindicat. Contra *stricto calamo* hic retinendum notat Schurzfleisch ad Donnolam de patria Propertii pag. 104, et Hemsterhusius. Burm. Probandum erat, *structum calamum* in illo, quod volunt, aucupii genere a veteribus usurpari, et *figere* pro *defigere* et, illigatam visco, reddere immobilem, quorum neutrum a quoquam eorum, qui de crescente arundine scripserunt, factum est: immo si vel ista satis paterent, quae causa tam gravis foret, cur a meliore codd. numero discederemus. quare nos *strictum* calamum Propertio vindicamus, i. e. sagittam expeditam et e coryto depromtam, qua figantur aves. *Stringere* de gladiis tralaticium, ad alias etiam res, quae expediuntur, et ad praesentes usus parantur, eleganter adhibetur. Val. Fl. V, 580: *stricto stat protinus armiger arcu.* Claudian. Cons. H on. III, 5, 11: *strictis telis.* etc. Hemsterhus.

26. *abluit unda boves*) *pedes* prave in Voss. pr. meo sec. aliisque codd. *abluit amne boves* coniecerat Marklandus, nempe Clitumnus. Versu seq. *Tum quoties* Dousa P.

29. *Sic me nec solae*) *Si me* Leid. pr. *Hic me* Passerat. *non ullae poterunt* in aliis. *solit.* in Groning. forte pro *solitae.*

31. *Quin -- mutem tua nomina lingua*) Palmerius inepte *mussem tua nomina*: nec capio Livineii coniecturam *in occidua.* Ayrmannus tentabat: *Quin ego consueta cantem t. n. l. Absenti nemo sic nocuisse velit:* audacter sane, et contra poëtae mentem, ut puto. Equidem potius legendum opinor: *Quin ego inadsueta vitem tua — Abs. nemo ne n. v.* hoc sensu: dum rusticaris, contra solitum morem, quo nomen tuum mihi semper fere in ore est, vitabo de te loqui apud alios, ne absenti quis mala dicta ingerat, aut corruptor aliquis iuvenis te quaerat in agris, et a me avertat, cf. vs. 3 seq. Similis locus Ovid. Heroidd. XVII, 167; Amor. III, 12, 9. vel: vitato de te sermone occasionem

praecidere annitar, ne quis male de te loquatur, aut si levitatis te criminetur, surdas ei opponam aures. *nemo non nocuisse* in Vatic. quinto, Borrich. Leid. sec. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. et meis, edd. Aldd. aliisque. *me nocuisse* in Mentel. Leid. pr. sed *ne* in Regiis et Colbertt. Excerptt. Modii seu Groning. et edd. prr. BURM. Waardenburgius, reliquis verbis non contactis, emendabat: *Quin equidem assidua -- nemo non nocuisse velit.* K.

ELEGIA XX

3. *insana, fatigas*) *vesana* in cod. Scalig. ut ipse edidit, invitis caeteris codd. et edd.

4. *sic cecidisse fidem*) novi qui coniiceret *nostram succubuisse fidem*, ut in illo Didonis ap. Virg. Aen. IV, 19: *Huic uni forsan potui succumbere culpae*. add. Ovid. Met. VII, 749; sed nil muto: Ovid. Heroidd. XVII, 96: *Quam cadat externo noster amore fides*. add. Pont. II, 3, 10.

7. *Nec tantum Niobe* etc.) *Non tantum* in uno Voss. *superbae* in Mentel. Dresd. Excerptis Scalig. Borrich. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. secundo Dorv. *superbe* in Neapol. pr. Dorv. meo utroque, et Voss. tert. pro varia lect. *superba* a manu pr. *Niobae superbae* in edd. prr. Deinde *lacrimans* in Dresd. uno Colbert. Askew. et meo sec. in quibus etiam *defluit a Siphilo* vel *Sipilo*, ut in utroque Leid. tribus Voss. binis Dorv. meoque secundo. *a Syphilo* Neapol. *in Sipylo* quintus Vatic. *lacrimas* tamen in pr. et sec. Vatic. Neapol. Groning. et Regiis, in quibus etiam *defluit*, ut in reliquis omnibus et edd. priscis. Heinsius notis Ovidianis legit: *Niobe superba Sollicito lacrymae depluit*, probante Broukhusio, vel *superbae sollicito lacrymae depluit* in notis Prop. pag. 695, et Advers. pag. 346. Patruus meus ad Virg. Aen. III, 348 conj. *Nec tantum Niobae bis sex ad busta superbae Sollicito lacrymae depluit e Siphylo*, hoc verborum ordine: *Nec tantum lacrymae depluit superbae Niobae*, ut *depluit* non tantum augeat, sed et de lacryma

decidente, et in terram manante capiatur, quo sensu etiam *defluit* stare posset. Sed vulgatam defendit Cannegieter. ad Avien. fab. IV, pag. 37, et Hagenbuch. in Epist. Epigraph. pag. 142, qui *lacrimas defluit* tuetur. Nonnullis placebat *Niobe a Sipylo*, pro *Niobe Sipyleïa*, ut *Magnesia a Sipylo* (Liv. XXXVII, 44, ubi vid. Gronov.) et similia, de quo Spanhem. V, et P. N. tom. I, pag. 656; quod minime placet, et reiicitur a Dorv. in Misc. Obss. Vol. V, tom. I, pag. 127. Mihi recepta lectio commode servari, vel *Niobe superba lacrymas defluit* aut *depluit*, quod parum refert, legi posse videtur, quia locutio mere Propertiana est. Bvrm. Recte, sed *depluit*, quod et Broukhus. Vulp. et Dorv. l. c. probant, exquisitius videtur, et saepius verba *fluere* ac *pluere* permutantur. Vid. Obss. Misc. tom. VIII, pag. 263; Drakenb. ad Sil. XII, 53; Heyne Obss. ad Tibull. I, 10, 68. Kvin. Beroaldus in quibusdam exemplaribus *bis septem ad busta* legi testatur; quod in nullo cod. nec in ulla ed. antiqua reperi, licet in numero liberorum Niobes varient admodum veteres.

9. *Me licet -- nodis*) *Mi licet* Voss. tert. *adstringat* sec. Leid. Voss. pr. et meus sec. *destringat* Heinsius, qui Guyetum legisse testatur: *Mi licet aerati constringant brachia nodi.* Clercquius Specim. secundo ad Lucan. pag. 23 *vincula* sine ulla Codd. auctoritate reponebat. Ad Promethea forte Caucaso alligatum hic vs. referri posset, licet Andromeden intelligat Livinei. de Antiope cogitaverat Volscus, vid. III, 15, 12. certe ad exemplum simile ex historia fabulari hic respicere poëta videtur. *brachia* ad Propertium spectant, quare vel Guyeti probanda est coniectura, vel quia *adstringat* in codd. propius vulgatae insistit, forte legendum: *Mi licet aeratis adstringar brachia nodis*, licet mihi adstringar brachia vinculis aereis, locutione genium Propertii referente. Bvrm. Sed locus sanus est, nec ulla emendatione indiget: *Me, brachia mea, licet adstringant* etc. Vid. notas. K.

10. *Sint -- domo*) *Sunt mea nec* Mentel. et Leid. pr. *damnes* vitiose, in plurimis codd. *dannes* Dresd. in meo

sec. *nec damnes condita membra domo*: et in marg. *vel damnes condita membra domo*. -- *modo* in cod. Livincii, Regg. pr. et quarto Voss. Excerptt. Modii seu Groning. et utroque Dorv. traiecta litera ex scribendi vitio. *Daphnes c. m. modo* in Excerptt. Scalig.

11. *In te -- catenas*) *Ante ego* in Excerptt. Scalig. *In te ergo aeratas* Dorv. pr. *In te ego ferratas* quint. Vatic. pr. Voss. vet. cod. Passerat. et meus sec. *A te* in sec. Leid. et Dorv. *Tunc ego* coniicit Clerequius l. ad v. 9 l. sed *in te* minime movendum, i. e. propter te, vid. Vorstius ad Val. Max. V, 9, 3. Deinde pro *mea vita* in Excerptt. Scalig. et Palatino Gebhardi *mea iura*.

12. *Ferratam -- domum*) *Aeratam* conj. Francius. *Eratam* certe in Askewiano. Pro *transiliamque* (quorum male Passerat. *transilire maria* confert) Clerequius l. c. coniec. *traiiciamque*. Sed aliud mendum hic latet. *Stasiliamque* legitur in Neapol. pr. Leid. Voss. Dorvill. et meo. *Stas iliamque*, separata voce, in meo sec. *Stat iliamque* in Dorv. sec. *trasiliamque* in Mentel. Volscus nonnullos suo tempore legisse tradit: *Strophiliamque domum*, ut intelligatur Strophilus, cui Orestes custodiendus fuit datus ab Electra, ut Aegisthi crudelitatem effugeret, qui post occisum Agamemnonem Orestae quoque insidiabatur. Sed repudiata illa lectione, Volscus addit: » si *Stasiliam* legi maluerimus, Stasilius erit intelligendus, Geginis fil. qui filiam Aliceu, ut pudicitiam servaret, munitissimis penetralibus clausisse dicitur, quem quum superasset Coty Masuis ex Callirroe filius, Alice potitus est, et ex ea Atyn filium suscepit. « De hoc autem Stasilio, eiusque filia Alice, si quid certius constaret, (nam valde vitiata et ignota in illis verbis nomina propria videntur) optime Danaae adiungeretur, et *rumpam*, pro perrumpam, aperiam domum Danaës et Stasilii ex versu praeced. repetendum esset. Dubium autem videtur, an innuat Prop. se propter sinistros de Cynthia rumores amori tamen suo non valedicturum, licet ipse vinculis et carceri addictus esset: an vero Cynthiae affirmet, licet propter protervîam et malos mores catenis, instar Andromedes, alli-

gata, vel, ut Danaë, turri inclusa esset, ad illam tamen liberandam se omnia experturum esse, quem sensum hic praeferendum, et ideo emendatione non nimis libera locum hunc indigere opinor; et quia *domo* et *domum* hic inconcinnius repetuntur, forte hoc modo restitui posset: *Ferratum Danaës insiliamque torum*, vel *Aeratum*: ut respiciat ad thalamum Danaës ferreum, vel aereum, quo eam turri inclusam incubare iussit Acrisius: omninoque praeterea totus locus sic constituendus videtur: *Te licet aeratis* etc. *Sint tua* etc. *In te ego et aeratas* etc. *Ferratum Danaës insiliamque torum*; ut primo et tertio vers. ab Andromede ducatur comparatio, et ita aptius eodem in disticho *Andromede* et *Danaë* coniunguntur, quam ut illud ad poëtam ipsum referatur; ultimas autem respondeat secundo versui: *Sint tua vel Danaës* etc. Burm. Recte vero Astius in Obss. ad h. l. notavit, suavi elegiae simplicitati perquam convenientem esse repetitionem verborum *Danaës -- domo* vs. 10, 12, aequabilitatemque membrorum singulorum, e quibus hi versus constant, latuisse autem hanc sensus pulchritudinem Burmannum hos ipsos versus corrigentem. Kuin.

13. *De te quodcumque* etc.) Insulsa lectio cod. Livineii et Groningani, quaeque versum septem pedibus incedentem reddit: *De te quodcumque absurdas miseri dicatur in aures.* Altero vs. forte scripserit auctor: *Tu modo ne dubita de probitate mea*, h. e. constantia et fide, quae passim *probitas* in rebus amoris dicitur, vid. ad Ovid. Heroidd. XVII, 175; Trist. V, 14, 22; nisi forte *gravitatem* pro castitate et constantia dixerit, vid. Iuvenal. Sat. X, 325; VI, 178; idque Marklando placuit.

15. *per matris* etc.) *per patris* male in Heinsiano et meo pr. *heu* deest in Groning. *cinis hic* legebat Francius.

18. *Ambos una -- dies*) Guyetus male: *Ambos unanimes auferet una dies.* Vulgata satis defenditur ex vs. 34 huius eleg. *Ultima talis erit, quae mea prima fides.* In Dorv. pr. hoc ordine haec verba leguntur: *Ambos una dies auferet, una fides.* In Askew. *auferat.* Versu seq. *Quid si* in Leid. pr. aliisque codd. solita variatione.

21. *deducitur*) *diducitur* male in Askew. Altero versu *Quum de te et de me* ex uno cod. affert Livineius, et ita quoque legebat Guyetus, sine dubio ex usu hodierno politius existimans, ut amicae nomen suo praeponat poëta, contra auctorum usum, vid. Patruus meus ad Lucan. IX, 985.

26. *Quicquid eram, hoc animi*) *haec animi gratia* Heinsius. Alterum Propertio placuissę opinor, propter praecedens *quicquid.* Sic Ovid. Remed. Am. 10: *Et quod nunc ratio est.* Ovid. Heröidd. II, 56: *hoc meriti summa* (ubi in aliis quoque *haec*), vid. ibi notas. Exempla plura ap. Gronov. ad Senec. Cons. ad Marc. c. 19; Patruum meum ad Claudian. Eidyl. V, 17; ad Lucan. IX, 249. Burm. et ad Quinctil. Decl. V, 6, pag. 109; add. Obss. Misc. Nov. Vol. X, pag. 174. K.

28. *Possum ego naturae*) *Possim* Guyetus et Heins. ad Ovid. Met. XIV, 172. Vid. ad el. 8, 5. Idem Heins. ad oram ed. Ald. coniecerat: *Possim egone ah curae.* dura emendatione. Si quid mutandum, mallem cum Patruo meo ad Quinctil. Decl. IX, 16 legere: *Possim ego fortunae non meminisse meae?* sed *naturae* recte tuetur Bronkhusius.

29. *Tunc me -- Erinnyes*) *Tum me* in vet. cod. Pereii, Heinsiano, meo pr. et sec. Vatic. *versetis* Leid. sec. et Voss. tert. *Erinnides* Groning. Vatic. sec. Mentel. pr. Leid. Voss. pr. et quart. *Erinnyles* Askew. *Erinides* Borrich. *herinides* meus pr. *herynides* sec. *Erinuydes* in Venet. prima, Volsci, Beroaldi et aliis edd. priscis.

31. *Atque inter Tityi volucres* etc.) *mea pectora vagent* notabili varietate in Voss. quarto; vett. enim *vagare* aeque ac *vagari* dixisse, multis probat Heins. ad Ovid. Met. VIII, 13; et sic in Codd. ap. Claudian. in Rufin. II, 436, et Lucan. VII, 567, ubi vid. notas. *mea poena* recte legitur in omnibus Codd. et ed. Volsci, Beroald. ac Rovill. sed in Veneta 1475, Aldd. Iuntina, Colinaei et Gryph. *mea penna*, et sic ex vet. cod. affert Passerat. atque exponit, mea avis, meus vultur, mihi infestus. Non credo. *me poena* male in codd. Regg. Francius vero legebat: *Tunc inter Tityi* etc. *Atque ego*, vel, *Iamque ego*, *Sisyphio* etc. Dein pro *saxa geram*, Heinsio placebat, *regam* vel *teram.*

Marklandus cod. suo adscripserat, licentia poëtica tertiam in *Sisyphio* corripi a nostro, aliisque poëtis, quam productam esse oportebat, quia Graecis est Σισύφιος, non Σισύφιος sed quantum in his nominibus Graecis sibi indulserint poëtae Latini, nunc brevia producendo, nunc longa corripiendo, ipse multis probat in notis ad Statium pag. 205; add. Scalig. Lect. Auson. II, 21; Schottum Obss. II, 39; et Duportum ad Theophr. Char. pag. 226.

33. *Nec -- tabellis*) *labellis* ad marg. ed. Ald. conj. Heinsius. Male. Idem altero vs. *ceu mea prima fides.*

35. *Hoc mihi perpetuo* etc.) absunt hi duo versus ab Excerptt. Modii seu cod. Groningano. *Nec mihi* Dorv. sec. *perpetuum ius est* Lipsius Lect. Var. II, 12, quod contra Passerat. tuetur Broukhusius. *Hoc mihi perpet. fas est, quod factus amator* placebat Ayrmanno.

ELEGIA XXI

Hanc elegiam superiori connectendam censebat Scaliger adversantibus omnibus codd. et edd. prr. in quibus praefigitur: *ad Cynthiam de Pantho.*

1. *At quantum -- finxit*) *Ah quantum* in pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, quod etiam in prr. aliisque priscis edd. et a Passeratio probatur. Recte tamen cum Scaligero *At* praetulit Heins. ad Ovid. Heroidd. XII init. *An* cod. Groning. *O quantum* Leid. sec.

3. *Sed tibi iam videor*) *videar* Livineius. *Sed tibi num videor* conj. Heinsius, quod probo, quia hac interrogatione erigitur sententia, et maior est irrisionis acrimonia, ut ap. Ovid. Met. XII, 573, ubi male *Non* vel *Nunc* in aliis codd. et saepe hanc voculam eicerunt librarii.

5. *Tot noctes periere. nihil pudet*) *Ter noctes periere* in Mentel. *periere mihi. pudet* Dorv. sec. *perire* in Regiis. *Tot noctes periisse nihil pudet ?* Heinsius et Markland.

7. *Et nunc -- superbus*) forte de nihilo non est scriptura cod. Dorv. pr. *sum sermo es. te ille superbus* etc. ut

aberraverit librarii manus, alium describens codicem, in quo legebatur: *Et nunc inter eos sum sermo: et te ille superbus.* Nam in Voss. quarto, *et ille superbus:* adeoque innuat, se simul cum Cynthia Pantho, caeterisque ei notis rivalibus, lusum iocumque fuisse, unam hanc gloriam de Cynthia a se victa, postquam copiam sui praebuisset Pantho, quaerentibus, ut post voluptatis fructum eam infament, et per ora hominum traducant. BVRM.

10. *maritus habet*) *maritus* de amatore et coitu illicito, quo sensu etiam vocabula *uxor*, *nuptiae*, *coniugium* et similia occurrunt, vid. Virg. Aen. IV, 172; Barth. Adv. VI, 13; Burm. ad Nemes. Cyneg. 27. K.

12. *Eiecta tenuit -- domum*) *Eiecta est: tenuit namque Creusa domum:* haec veterum editt. quae Beroaldinam secutae, lectio. Sed locus mendosus est. *Electa* plurimorum codd. auctoritate nititur. *Eiecta est tenuis namque Creusa domo* in Mentel. Regiis, Colbertt. Excerptt. Modii, Leid. sec. Borrich. Neap. Vatic. sec. meo sec. et edd. prr. Sed in Aldd. Iunt. Colin. Griphii, aliisque: *Eiecta est:* (nemp. *Medea*) *tenuit namque Creusa domum*, ut voluerat Beroald. et legitur in cod. Groning. *Eiecta* est etiam in pr. Leid. tribus Vossii, Askew. Dorv. pr. et meo. *Excepta* in sec. Vatic. quod e cod. suo Passerat. probat. Sed Creusa ab Iasone domum non est ducta; ipso enim nuptiarum die exarsit Colchis nova nupta venenis, ut dicit Ovid. Met. VII, 394, ubi vid. interpp. *Evecta est tenui* etc. in Leid. sec. et Dorv. sec. ita Gebhardus e Palatino. *Evecta est tenuis n. C. domo* in Excerptt. Scalig. Heinsius in Advers. II, 17, pag. 347 tentabat vel: *Excepta Aesonia est namque C. domo*, aut: *Aesoniam tenuit n. C. domum:* vid. eiusd. notas Prop. pag. 696; sed ad Ovid. A. A. III, 34 legendum notat: *Lecta Creontea est namque Creusa domo.* Broukhusius emendavit et edidit: *Electa est tenui namque Creusa domo*, hoc sensu: Creusa tenui domo orta, et quidem Sisyphii sanguinis, placuit Iasoni, Medea posthabita, quae filia erat Aeetae, et a Sole originem trahebat. Sed an *tenuis* Creusae *domus* potest dici, quae quidem infamia,

sed non paupertate aut obscuritate laboravit? Sisyphus enim, Aeoli filius, ad Iovem genus referebat, ut omnes Aeolidae erant nobilissimi. Cui *Electa* arridet, pro tenui domo reponere cum Santenio posset: *Electa est Ephyres namque Creusa domo*, ut ex Corintho Creusam elegisse dicatur Iason. Vid. Ovid. A. A. I, 335. -- Marklandus ad cod. sui marg. conj. *Aeolia venit namque Creusa domo*; ut *Aeoliam* vocat *Creusam* Stat. Sylv. II, 1, 142. Equidem reliquis praefero coniecturam Patrui mei ad Virg. Georg. II, 407: *Eiecta tenuit namque Creusa domum. Eiecta* Colchide Medea, Creusa domum Iasonis tenuit: et hoc firmatur querela ipsius Medeae ap. Ovid. Heroidd. XII, 132. Vid. etiam nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 154 (et hanc ipsam e vestigiis codd. felici et admodum probabili coniectura veram lectionem in textum recipiendam putavi. K.). Possis etiam cum Ruhnkenio *Eiectae tenuit namque Creusa locum*. Vocc. *locus* et *domus* saepius permutantur. Vid. notas ad Ovid. Met. XII, 43.

13. *Sic -- delusa Calypso*) *est exclusa* in Mentel. Leid. pr. *exclausa* Dorv. pr. *delusa* in Excerptt. Modii seu Groning. Voss. pr. meo sec. et Dorv. *elusa* in Dresd. et reliquis. Lege cum Heinsio sine ulla distinctione: *Sic a Dulichio iuvene et delusa Calypso Vidit* etc. Burm. Hanc correctionem probat quoque Mitscherlic. Lectt. in Prop. pag. 164, sed altero versu legendum notat: *Vidit ubi ardorem pandere vela suum: ardorem* pro amatore. Citra necessitatem. Improbat hanc correctionem etiam Huschkius in ep. Crit. ad Santen. eique potius, si quid mutandum, legendum videtur: *Vidit amatorem nam vela dare suum*, ut Prop. dixit III, 20, 2; Ovid. Heroidd. XVI, 120. Kuin.

17. *Nunc quoque -- alter*) *Nunc quoque* vel *Hic quoque* in codd. legi observat Passerat. *Huic* in duob. Leidd. Dresd. tribus Voss. uno Dorv. et meo utroque. *Hinc* Groning. et Palat. *restat* in iisdem Leidd. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. et meis. *praestat* Excerptt. Scalig. *Nunc quoque, qui restet* ex sua emendatione edidit Bronkhus. Sed hoc forte loco legendum videtur: *Nunc quoque quid restat?*

i. e. quid reliquum est, ut ap. Ovid. Heroidd. VII, 17, vel quasi ex formula dicatur, *quid restat*, ad ultimum calamitatis et malorum cumulum indicandum, ut ap. Virg. Aen. II, 70; Ovid. Pont. IV, 2, 45. Dein *iam pridem quaeritur ille* in Voss. quarto. *iam quaeritur altera pridem* Guyetus, Heins. et Dousa P.

18. *stulta, cavere potes*) Placet lectio cod. Heinsii, Borrich. et mei pr. *tuta cavere potes*. Eadem varietas ap. Ovid. Met. VII, 47. Heinsius tamen hic legendum coniecerat: *Experta in primo, vita, cavere potes*. In prr. caeterisque edd. priscis male extat *potest*.

20. *Sive aegra pariter*) Livincii observationem, qua *pariter* hic pro *simul*, ut *his simul*, pro *cum his*, *simul nobis*, pro *nobiscum* et similia exponebat, non immerito improbat Guyetus.

ELEGIA XXII

1. *Scis here mi*) in multis codd. absurda librariorum oscitantia *heremi* iunctim exaratum fuit, tanquam nomen proprium vocandi casu esset, unde titulum fabricarunt huic Elegiae: *ad Heremum Demophontem*, vel *Eremum*, aut *Heremium*, in aliis *ad Herennium Demophontem*, ut etiam inscribitur in cod. Harleiano et Dresd. et vs. 1 *Herenni*. In ed. Veneta 1475, et Reg. Lep. 1481 *ad Herenum Demophontis* (ut et in suis codd. vel edd. priscis reperit Octavian. Mirandula in Viridario Illustrium poëtarum a. 1515 edito fol. 182) et vs. 1 *Scis heremi*; quod ex suis codd. etiam affert Livineius, et ita in Regiis, uno Colbert. in altero *Hereni*. Volscus ridicula inscriptione deceptus, *Heremium Demophoontem* (ut et Dorv. in suo cod. reperit. Vid. Obss. Misc. Vol. V, tom. II, pag. 297) *nomen cognomenque esse aemuli* Propertii adnotat. Aeque male Beroald. *herum* exponit dominum, ut Prop. reverentiae causa Demophoontem *herum* suum appellet. Nihil enim certius, quam *here* hic idem notare quod nuper, vel heri. Caete-

rum optime hanc elegiam cohaerere cum superiore notat Livineius. Schrad. Emend. pag. 89.

2. *Scis mihi, Demophoon*) *Scis miser o Demophoon* in Borrich. et meo pr. forte voluerit librarius: *Scis misero, Demophon:* quamquam *Demophoon*, non *Demophon*, quod metro obstaret, dictus fuerit, cui elegiam hanc inscripsit Prop. Vid. vs. 13. *Scis mi o Demophoon* e libro Commelini probabat Gebhardus. *multa venire bona* in Voss. pr. Versu seq. *Nulla mihi frustra* in codd. Regg. Colbert. et edd. prr.

4. *Omnia -- meum*) *O nimis exitio nata theatra meo* in plerisque codd. quibus adstipulantur duo Leidd. Dresd. pr. et tert. Voss. Askew. meus uterque, Dorv. pr. et edd. prr. *exitio nata* defendi potest ex el. 25, 1 cf. et Heins. ad Ovid. Rem. 220. *Omnia in exitio* cod. Perreii, Colotianus, et Vatic. sec. in aliis tamen codd. *Omnia in exitium nata th. meum*, ut in Voss. quarto, Dorv. sec. et cod. Passerat. quam meliorem lectionem esse, et *omnia theatra* respondere τῷ *nulla compita*, notat Broukhus. praetulit eam etiam Patruus meus ad Ovid. Am. I, 1, 22, ubi: *Legit in exitium spicula missa meum.* Francius conj. *O nimis exitio nota theatra meo.*

5. *Sive aliquis -- gestu*) *Sive aliqua in molli* legendum esse, Markland. codici suo adscripserat, quia de puellis per totam elegiam ab initio agit. *deducit* in omnibus codd. et edd. priscis, quod tuetur Heins. ad Ovid. Rem. 334, probante Broukhus. et Dorvill. in Obss. Misc. tom. V, pag. 297; *deducat condita* in Colbertino. *diducit* tamen legendum censet Passerat. pro pandit, extendit, in diversas partes movet; et hoc praefert Patruus meus ad Ovid. Art. A. III, 350, et Markland. ad Stat. Sylv. pag. 182, quorum sententiae accedo. BVRM. Meo iudicio nihil mutandum. Nam ut recte observavit Dorvill. l. c. *diducere* nimis violentam actionem significaret in mollibus saltationis gestibus. Ovid. Ibid. 611: *Vtque Milon, robur* diducere *fissile tentes.* Iuvenal. X, 153: Diducit scopulos, et *montem rupit aceto.* Tuetur praeterea lectionem *deducit* auctoritas codd. et locus Statii, vid. notas. K.

6. *incinit ore modos*) *inicit* in Mentel. pr. Leid. Voss. et Dorv. meoque sec. quod ex more scribendi librariorum est pro *iniicit*, ut in sec. Leid. Voss. Borrich. et Commelini cod. *invenit* in Palatino Gebhardi. *concinit* in cod. Perreü, et Dorv. sec. sed recte Broukhusio praeplacet *incinit*, quod in edd. prr. Aldd. Iunt. Colin. caeterisque vetustis extat, et minime sollicitandum est. Petronius in Fragmentis pag. 680: -- *calamique loquaces Incinuere Midam*, ubi vid. interpp. Burm. *Incinere*, ἐπᾴδω, ἐπαυλῶ, verbum proprium tibicinum, vid. Gell. Noct. Att. IV, 13; I, 11. K.

9. *Sive vagi -- errant*) Versu praeced. pro *pectore* male *corpore* in Voss. tert. *mihi frontibus errent* in Voss. quarto. *purae frontes* pectine purgatae, vid. Patruum meum ad Ovid. Art. A. II, 303; versu seq. *teget* male in Borrich. Heins. et meo pr. Caeterum totum hoc distichon desideratur in Excerptt. Modii seu Groningano. Lennep. in Animadvv. ad Coluth. pag. 52 illud collocandum censet post vs. 6 *Brachia* etc. *Sive vagi* etc. *Indica quos* etc. *Interea nostri* etc. *Candida* etc. *Quae si forte* sqq. quod probo et amplector.

11. *Quae si forte -- negarat*) *Qua si* Dorv. pr. *Quod si forte aliquid — negarat* codd. Passeratii. *negaret* in Regiis, Askew. Voss. quarto, et edd. priscis. *negarat* in Colbert. Mentel. Voss. pr. Heinsiano, et sic Guyetus. *negarit* Aldus et ed. Colin. *negavit* Vatic. pr. Versu seq. *Frigida de tota fronte manabat aqua* vitiose affert Coelius Rhodiginus Lect. Antiq. VI, 4.

13. *cur sim tam mollis in omnes*) *tam mollis et amens* in Excerptt. Modii seu Groning. et Dorv. sec. idque ex suo cod. affert Livineius, quae lectio non spernenda videtur.

14. *Quod quaeris -- amor*) *Quid quaeris* Voss. tert. et Askew. *non dabit ullus amor* conj. Heinsius. *unus amor* Markland. legebat. Possis etiam: *quare nos habet ullus amor*, vel forte: *quare non cavet ullus amor?* versus mihi obscurior videtur. Burm. Ayrmannus: *Quin quaeris, quare non caveatur amor.* Nimia sane licentia. Santen. Adstipulor Huschkio (in ep. ad Santen.) legenti: *quod quaeris, curae non habet ullus amor*, hoc sensu: quaeris rationem,

tur sim tam mollis in omnes, at, o bone, non est rationis amor, quod quaeris nihil curat, nihil pensi habet ullus amor. K.

15. *laniat sua brachia*) *sibi brachia* in Mentel. pr. Leid. et uno Colbert. *queritur ad numeros* Mentel. vel *quaeritur*, ut in Excerptt. Scalig. et pr. Leid. *creditur* in Heins. cod. sed in marg. *ceditur*.

17. *Vnicuique dedit vitium natura* etc.) *fortuna creato* Vatic. quint. pr. Leid. Voss. tert. Dorv. pr. sed *natura* in meo sec. aliisque codd. pro *creato* forte leg. *natura creatrix:* quod epitheton *Naturae* passim Lucret. tribuit; licet *unumquemque creatum* pro quemcumque hominem Graeca forma dictum censeant viri docti. Deinde *Me* pro *Mi* in Mentel. Heins. Leid. pr. et ed. Ald. et Gryph. *fortuna* hoc in versu est in duob. Leid. Askew. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. meis, aliisque codd. et edd. prr. quod praefero. *natura* primo, *fortuna* altero vs. affert Octavian. Mirandula in Viridario Illustr. Poëtar. fol. 183, et sic in ed. Iunt. Heinsius tentaverat: *Mi formarum aliquid*, vel, *Mi furtivi aliquid*. Eldikius: *Mi forte uni aliquid semper a. d.* Sive *natura* seu *fortuna* hic legatur, eo spectat, quod in fatis esse, ut semper amet, profiteatur. Sed forte legendum· *Mi fortuna aliud* etc. desultorem enim se profitetur hac elegia, coll. vs. 56, 40.

19. *Me licet -- sequantur*) *Thamyris* Exc. Scalig. quod olim placebat Broukhusio, quia *Thamyris* vocatur, credebatque inflexionem hanc mutatam fuisse propter sonum concinniorem, ne duae voces *Thamyris cantoris* eodem modo desinentes coniungerentur. Sed recte hoc in notis editis praeteriit. Nam licet Homer. Eurip. in Rheso vs. 925, aliique Θάμυριν vocent, utrumque tamen *Thamyrin* et *Thamyram* dici ap. vett. patebit ex notis Heinsii ad Ovid. Am. III, 7, 62.

21. seq. *Sed tibi -- culta labore Venus*) *et tibi* Guyetus. Citra necessitatem. Est enim obiectio Demophoontis, formam exilem quasi exprobrantis Propertio, cui respondet, maiorem sibi in exiguo corpore regnare virtutem, iactans se

nunquam voluptatis opere fatigatum. Hinc cod. tert. Voss. lectio admittenda videtur: *haud unquam est fessa labore Venus*, quod et in Colotiano et Vatic. pr. legitur (sed *fessa* glossema redolet, vid. notas. K.) vel cum Ruhnkenio legendum *rupta labore Venus*, ut II, 16, 14.

25. *geminas requieverat Arctos*) *geminos artus* in Mentel. quod e vs. 21 male repetitum. *requieverit* Borrich. *requievit* Voss. pr. *acquieverat* cod. Dresd.

28. *eripit ipse suas*) cod. Palat. *erit*, unde *praecipit* vel *eligit* conj. Gebhardus. Sed malim cum Heinsio *deserit* aut *deterit*. Ovid. Rem. 444: *Alterius vires subtrahit alter amor*.

30. *Num fugere*) *Non fugere* duo Voss. et Dorvill. *Cum* in meo pr. Legendum coniicio: *Num sensere*; quod verbum legitur II, 1, 64. Paulo post vs. 32 etiam corrigendum: *Bella Myc. num timuere rates*: nempe *num minus*, repetitione ex vs. praec. *Num fugere minus?* et sic coniec. Marklandus. Pro *timuere* in Mentel. *tenuere*.

33. seq. *Ille vel hic* etc.) *classem* Heinsius. *poterant* in Neapol. Altero vs. *Sic ego* male in Borrich. *Hoc ego Pelides, hoc* emendavit Markland. quod si admitteretur, ex vs. praeced. *possum* suppleri deberet. Mihi ex cod. Modii seu Groning. et Dorv. sec. praeferendum videtur: *Hic ego P. hic ferus Hector ero*: in hac palaestra amoris me Achillem et Hectorem praestabo.

35. *Adspice uti -- ministret*) *Adspice ut coelo -- ministrat* in Heins. et meo pr. hinc Heinsius: *Adspice ut e coelo*, vel, *Adspicis ut coelo*, aut, *Adspicito ut*; sed *Adspice uti ministret* ex usu Propertii est, unde male etiam *ministrat* in Borrich.

38. *Altera, si quando non sinit esse locum*) *Altera si quando est, non sinat esse locum* in codd. Regiis, ed. Veneta, Reg. Lep. Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliisque edd. *si quando non sinat*, vel *sinit* in Mentel. Scalig. et Modii Exce. Groning. Borrich. Dresd. et Neapol. *sinat* etiam in sec. Leid. pr. et tert. Voss. Passeratius conj. *Altera si qua deest*; contra metrum, nec unquam optimi poëtae *deest* prima brevi adhibent, sed voce in monosyllabon con-

tracta utuntur. Vid. Barth. ad Stat. Theb. X, 230. Felicius Heinsius legebat: *Altera, si quando haec non sinit esse locum* i. e. *Altera* me teneat et amplexu foveat, si prima aditum neget. Et sic legisse amicum, quem *Andream* vocat (haud dubie *Andream Schottum*) testatur Livineius, et valde probat.

40. *Vt sciat esse aliam*) *Et sciat* in Borrich. et meo pr. *Vel sciat* Groning. Heinsius coniec. *At* vel *Vt sciet.* Marklando placebat: *Tum sciat esse aliam.* In Dorv. sec. *aliquam.*

41. *Nam melius -- navem*) *Iam* in meo pr. *Nam duo def. melius retinacula navem* numero molliore in Heinsiano et Gebhardi Commeliniano: sed *defendunt* deest in meo cod. pr. relicto hiatu. Passeratius subintelligit, *defendunt*, a ventorum et fluctuum impetu, dura satis ellipsi, et nescio an hoc verbum ita simpliciter positum alibi occurrat, quum semper addatur aliquid rei, de qua agitur, congruum, ut *defendere a frigore*, *aestu*, *solstitio* et similia pro arcere. Legendum igitur opinor: *Namque duo melius fundant retinacula navem*, verbo hac in re proprio, vid. Virg. Aen. VI, 4; Ovid. Pont. IV, 3, 5. Burm. Sed lectio *defendunt* retinenda est; *defendere* h. l. simpl. tueri significat, ut ap. Ovid. Pont. I, 4, 10: *defendere meum numina nulla caput.* Amor. II, 5, 9: *Felix qui, quod amat, defendere fortiter audet.* Virg. Georg. I, 448: *heu, male tum mitis defendet pampinus uvas.* Kuin.

43. *Aut si -- venito*) sic Borrich. Groning. aliique codd. et edd. priscae. *Si non es dura* in Mentel. *Nunc si es dura* Guyetus. Francius correxit: *Quod si es dura, nega: si non es dura, venito.* Distichon hoc non cohaerere praecedentibus notaverant Markland. et Dorvill. forte collocandum est post vs. 30: *Mi formosa sat est* etc. elegiae 18 huius libri.

44. *Quid iuvat in nullo -- loqui?*) *Quod iuvat* Palatinus pr. Gebhardi, forte pro *Quo iuvat?* In Regg. Colbertt. Borrich. Groning. Mentel. Scalig. Excerptt. Voss. pr. Askew. duob. Leidd. utroque Dorv. et meis: *et nullo.* In cod.

Dresd. *et nullo ponere v. loco*. Voss. tert. *e nullo*. Heinsius: *Quid iuvat en ullo*, sed *quod* reiecit, et *in* abundare notavit; de quo vid. Gifan. Ind. Lucret. pag. 360: *in nullo ponere verba loco* vet. cod. Perreii, qui id e Pontano quoque notaverat, et sic in Mentel. Excerptt. Modii, Borrich. Groning. Neap. Vatic. sec. Regiis, Colbertt. Askew. Livineii et Gebhardi codd., binis Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, edd. priscis et ap. Volscnm. Merito tamen hanc lectionem ineptam dicit Livineius, nec repudianda altera, quae ex Beroaldina in Scaligeri aliasque edd. recte translata est, et firmatur Ovid. Heroidd. III, 98: *At mea pro nullo pondere verba cadunt.*

45. *acer amanti*) *asper* in uno Regio. Altero vs. *spectanti* in Groning. pro *exspectanti*, ut saepe.

47. *toto versant suspiria lecto*) *Quanti illum toto vertant* in Dorv. pr. *versent* Voss. quart. *versant* fatigant, agitant, verbo eleganti et apud nostrum obvio.

48. *Quum recipi -- ille, putat?*) Vulgaris lectio: *Quum recipi, quem non noverit, illa vetat.* Locus interpolando vexatus, et nonnihil obscurus, si hanc lectionem sequamur. In Regiis et Colbert. pr. *Cui recipi quae non noverit ille vetat:* nisi quod *ipse* superscriptum. In altero Colbertino, *Cur recipi quae non noverit ille vetat.* In cod. Dresd. *Quom recipi quem non voverit, ille vetat. -- Cui recipi* est etiam in Heins. et meo pr. et edd. prr. *quae non noverit* in iisdem edd. et pr. Dorv. *ceu non noverit* Heinsius. Pro *vetat* in aliis *negat. -- Cum recipi quem non noverit illa putat* ex vet. cod. Puccii adscripserat Perreius: sic etiam in Colotiano, pr. et sec. Vatic. *Cum recipi, q. n. n. illa vetat* in quinto Vatic. *Quo recipi -- negat* in Borrich. sed in marg. *putat. -- Cur recipi quem non noverit ille putat* Groning. In Mentel. *Cum recipi quem non noverit ille vetat.* Alias lectionum differentias ex Palatinis, Commeliniano, et antiquis edd. adnotavit Gebhardus, Passeratio accedens legenti: *Cum recipi, quem non noverit, illa vetat.* (Haec lectio in ed. Broukhus. Vulpii, Burm. aliisque extat. Passeratius eam explicat: Amica iubet amatorem, sibi licet notum, ut

ignotum excludi. Barthius eum secutus *quem* positum notat pro, *quasi quem*, et addit: Simulat se illum, qui a puero s. servo nominetur, non nosse, atque iterum iterumque nomen eius percontatur, et servum iubet ea dicere, quae tamen scire et cognoscere non vult, propter alium amatorem praesentem. K.) Heynio in Obss. ad Tibull. II, 6, 45 placebat: *Quum recipi, quem non noverit illa, necat;* vel: *Quum recipi, quem non noverit ille, necat;* et *necat* interpretatur: urit, dolet recipi a puella, quae venire negavit, alium non notum sibi. Marklandus ex vestigiis cod. Dorvill. in quo legebatur: *Quoi recipi, quae non noverit, ille vetat*, emendabat: *Quum recipi, quasi non noverit, illa vetat*, i. e. cum famulo iubet excludere eum, quasi sibi ignotum. et veluti nunquam antea illum viderit. Hanc caeteris aliarum lectionibus praeferrem. *Quasi non noverit* est in edit. quae sub Graevii nomine prodiit. Et hoc sensu Scaliger coniecerat: *Quum recipi, quem non noverit illa, vetat*, nemp. puella. Forte tamen pro *vetat* substituendum *videt: Quum recipi, quem non noverit illa, videt;* ut referatur ad exclusum amatorem, quem suspiria toto lecto versant, quum videt alium ignotum procum, se non admisso, quem noverat, praeferri sibi ac recipi. Burm. Equidem in ordinem recepi, *quem non noverit ille, putat*, quum haec lectio commodissimum sensum offerat, orationis seriei apprime conveniens sit, et codicum auctoritate nitatur. K.

49, 50. *Et rursum puerum* etc.) *rursus* propter sonum correxerat Markland. quod in Borrich. Groning. Dresd. sec. Leid. tribus Voss. meo utroque et Dorvillianis. *rursus quaerendo* iungenda sunt, conf. Ovid. Art. A. II, 127. Altero vs. *Quom* Dresd. *Quem quoque* Voss. pr. *Cum quae* Mentel. *Quae quoque scire* in meo sec. *Quem scire pudet* Borrich. *Quem qua scire* in Excerptt. Sealig. *Quae cum scire timet* in cod. Modii. Dein *quaerere* in duob. Leidd. pr. et tert. Voss. Borrich. Groning. utroque Dorv. meisque, et vetustioribus edd. Heinsius ad oram ed. Ald. coniecerat: *Quoque haec scire timet, quaerere plura libet.* Ayrmannus: *dicere plura iuvat.* Legendum videtur: *Quam quae scire timet, dicere plura iubet* vel *iubens.*

ELEGIA XXIII

Omnes codd. cum prr. et aliis vetustis edd. novam elegiam hic ordiuntur, praescripto titulo: *de servitute Amoris.* Sed praecedentibus recte continuavit Scaliger. Heinsio etiam videbatur superiori elegiae connectenda.

1. *Cui fuit -- vulgi*) *Cui fuit indocti* in plerisque codd. et Leid. Dresd. Voss. Dorvill. ac meis; quod probabat Markland. vel *Qui fuit indocti*, ut in prr. et edd. priscis. tum *fugienda et semita*, vel *est semita.* In Borrich. *est* utroque versu omittitur. *indocto* correxit Scaliger. Legendum puto: *Cui fuerat docto* etc. ut dicat: iam placet aqua non de fonte, sed lacu petita, quae semita vulgi mihi, amorum minime rudi aut ignaro, si saperem, fugienda erat. Heinsius conj. *Ipso epota lacu*, ut ap. Ovid. *Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae.* Locutionem proverbialem *fugienda haec semita vulgi* e Callimacho expressam fragm. 293 admonuit Ruhnkenius.

3. *Ingenuus quisquam -- servo*) *quamquam* in Voss. pr. et meo sec. *det* Guyetus. *quisnam alterius det* Heinsius. *Ingenuus quisque* praestaret, quia muneribus demereri servos etiam alienos moris erat, vid. Ovid. Art. A. II, 255.

4. *commissa -- verba ferat dominae*) *promissa* Neapol. Regg. Colbertt. Mentel. Scalig. et Modii Excerptt. Voss. Heins. aliisque codd. et edd prr. (probante Broukhus. qui *promissa verba* explicat: literae mutuae, quas alter alteri promiserat) *permissa* conj. Heins. ad oram ed. Ald. in qua *commissa*, ut in Colinaei, Gryph. Rovill. aliisque edd. habetur, et haec lectio praeferenda. Burm. Recte, confirmat eam quoque ipsa orationis series et usus loquendi. Vid. notas. Nec placet Heinsii *permissa*, quamquam *permittere* et *promittere* haud raro confunduntur, vid. Oudend. ad Lucan. VI, 455. *commissa* enim sunt *fidei*, *permissa potestati*, scriptoribus antiquis auctoribus. Vid. Cic. pro Fontei. c. 14; pro Cluent. c. 58. Kuin.

5. *illam Integit*) *Dic tegit* conj. Heinsius. Sed nihil muto. *illum Integit* cod. Dorvillianus. *porticus idem* Neapolit. Versu seq. *ille pedes* Voss. quart. Caet. praecedentes qua-

tuor versas sede sua motos suspicor, et hi connectendi videntur cum illis *Et rursum puerum* etc. et turbatus est in hac el. plurium versuum ordo. Singula forte in integrum sic restituenda et legenda sunt: *Quanta illum toto* etc. *Quum recipi* etc. *Ingenuus quisque* etc. *Vt commissa* etc. *Quae toties* etc. *Quem quia scire* sqq. *Et quaerit* sqq. *Integit* sqq. *Deinde ubi* etc. *Herculis* etc. *Et modo pavonis* sqq. *Et manibus* sqq. *Et cupit iratum* etc. *Quaeque nitent* sqq. *Cui fuerat docto* etc. *Ipsa petita* etc. *Ah peream* etc. *Fallaci dominae* etc. sic saltem omnia meliori sensu cohaerebunt, ni fallor; ut famuli cum tabellis ad puellam missi praecedat mentio, quem multa iterum iterumque quaerendo fatigat, et ad pugillares missos rescribat, munera varia petendo.

7. *quos dicit fama* etc.) *quos dixit fama* Heinsius. *quos dicit poena* in Commelin. Gebhardi. Pro *ut scribat* Guyetus inepte, *ut stridat* i. e. stridula voce dicat. *Herculis et scribat* in Regiis, pr. et quinto Vatic. et edd. priscis. *ut subdat* Heinsius, vel *huic quod des muneris* coniecit ad Ovid. Epistt. VIII, 104; sed *ut scribat* non sollicitandum.

10. *vultum custodis avari*) *amari* in Regg. Colbertt. Mentel. Modii et Scalig. Exc. Neapol. Groning. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. binis Dorv. meo sec. et edd. prr. *avari* (quod et Beroald. e suis libris affert) in pr. meo, et Heinsiano: quod optime vindicat Broukhus. de ostiario, data mercede, fores facilius reserante. conf. IV, 5, 47. Burm. *amari* vel librariorum incuriae debetur, vel est interpretamentum Grammatici. Notio, quam vocabulum *amari* exprimit, verbis *Cernere vultum custodis* inhaeret. K.

11. *Captus -- casa*) *in immunda* Dorv. sec. *in munda* Borrich. cum edd. prr. *immundo cavo* conj. Heins. in notis pag. 698, vel, *Spretus et in nudo saepe iacere solo*; cui coniecturae suffragari posset cod. meus sec. iu quo *in nuda* pro *immunda* legitur. Idem Heins. ad oram ed. Ald. tentaverat: *Captus et immundae saepe latere casae*, in septo casae sordidae. Certe *saepe* hic languet. Equidem hunc versum sic restituendum opinor: *Et canis immundae saepe*

iacere casae, ut *casam immundam canis* diversam statuamus a ianitoris cella vel gurgustio. Vel, si *sepes* ex coniectura Heinsii displiceat, de canis casula, legi posset: *Et canis immunda saepe latere casa.* Auget hoc iniuriam excluso amatori factam, ut non tantum observare supercilium avidamque manum ianitoris avari, sed et in septo casae caninae iacere de nocte cogatur.

12. *Quam care -- venditur anno*) *carae* Dresd. *verterit* Dorv. sec. Modii Exceptt. seu Groning. et cod. Livineii (in reliquis *vertitur* h. e. Passeratio interpretr, volvitur et venit. K.) *stertitur* conj. Heins. *perditur* Broukhus. et Markland. sed verissima est Hemsterhusii emendatio: *venditur*; quam confirmavit quoque Schrader. Obss. I, 3, pag. 28; Emend. c. 6, pag. 127. favet ei additum *care*; ut in illo Senec. de Brev. vitae c. 16: *possunt istis non brevissimae videri noctes, quas tam care mercantur?* Versu seq. *si quas ianua clausa iuvat* non male in Leid. sec. ut imprecatio sit in puellas amatorem excludentes. Burm. Quod in cod. Leid. legitur, *si quas* divinaverat Wassenbergius, quia loquitur poëta de mulierum nobilium fastu et avaritia, eamque causam esse ait, cur viles quaerat et obvias. Santen. in Addend.

13. *reiecto -- amictu*) *neglecto* tentavit Broukhus. sed nihil necesse est; *reiicere amictum* ex humeris, etiam proprium de illis, qui se nudant. conf. Ovid. Met. II, 582, ubi vid. Patruum meum. Petron. c. 7 *reiecit anus urbana centonem*, ubi vid. interpp.

14. *septa timore*) *timore* edidi, quia sic legitur in Regiis, Colbertt. Neapol. Dresd. Vatic. pr. Mentel. Exceptt. Modii seu Groning. Leidd. Voss. Dorv. meisque. In Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. Scaligeri, aliisque edd. *tumore*, quod tuetur Gebhardus, probabat Guyetus et praetulit Broukhus. sed recte reiicitur ab Hemsterhus. Marklando et Pricaeo ad Apulei. Met. IX, pag. 516. firmatur etiam *timore* loco Ovid. Am. III, 8, 63: *Me prohibet custos, in me timet illa maritum.* add. eleg. 8, 63; et Prop. III, 12, 17. Burm. Sed *tumore* illustratur et firmatur loco Heliodori in

notis prolato, et ipsa orationis serie, opponit enim poëta vilium feminarum levitatem fastui et superbiae mulierum nobilium. Praeterea *timor* et *tumor* haud raro inter a librariis permutata sunt, vid. Sil. It. II, 626, ubi vid. Drakenb. et Bentl. ad Horat. Art. P. 197. KUIN.

17. *Differet -- poscet garrula, quae te)* *Differt* in Regg. Colbertt. Excerptt. Modii et edd. prr. *poscit* in Voss. tert. *possit* Borrich. et Heinsiano. *posset* in meo sec. sed in marg. *poscet*. *posse gerula* in Dorv. pr. *poscet grandia* coniec. Schraderus Emend. c. 6, pag. 127. *quod te* in Mentel. Excerptt. Modii, uno Colbert. binis Leid. pr. et tert. Voss. Neapol. meo utroque et Dorv. Deinde *adstrictus* in Mentel. *Ah strictus* male Scaligerum legisse, notaverat Heinsius.

22. *Me capiunt)* *Me iuverint* in Neapol. et Dresd. unde Heinsius *iurint* pro *iuverint*, ut in illo Ennii: *O Tite, si quid ego adiuro* pro *adiuvero*. Sed quis Enniana Propertio facile obtrudet? BURM.

ELEGIA XXIV

Ad Cynthiam in Cod. Dresd. haec elegia inscribitur, in aliis: *de Cynthia in aemulum*. Recte vero priorem huius carminis partem Scaligerus, Broukhus. et Burm. cum superioribus connectunt et a vs. demum 17 novam elegiam incipiunt, vid. notas: sed vs. 11 -- 16 legunt post vs. 8 eleg. 23. K.

1. *quum sis iam noto fabula libro)* *cum sit* Borrich. Regg. Colbertt. Askew. Leidd. duo Voss. Dorv. et mei ac edd. priscae, in quibus etiam *toto fabula libro*, quod probat Gebhardus. *Noto* vs. seq. in uno Voss. Dresd. Heins. pr. et sec. Vatic. Neapol. Pro *foro* in Voss. tert. *thoro*.

3. *adspergat tempora surdo)* *sudor* addita distinctione in plerisque codd. et edd. priscis, quod probabat Heinsius: et sic Arntzen. in Specim. Obss. c. 13, pag. 104; sed ingratae sunt auribus tres voces in uno disticho *sudor*, *pudor*,

amor. Passerat. Canter. et Guyetus conj. *adspergat tempora sudore Aut* etc. non proho, unicum enim hoc in toto Propertio exemplum esset syllabae in fine versus superfluae, quae cum sequenti coalescat. Sequor igitur Scaligerum et Bronkhusium *surdo* edentes, illo sensu, quo IV, 8, 47: *Cantabant surdo*; et hanc lectionem praetulit Dorvill. ad Charit. pag. 381 (cui *sudor* irrepsisse videbatur ab eo, qui explicare voluerit, quomodo tempora alicui amor aut pudor adspergat, nempe sudore). *Quoi nos his verbis* cod. meus sec. *Quoi non adspergat verbis his* Groning.

5. *tam facilis*) *iam facilis* in Vatic. quinto, et ita emendabat Puccius. *nequitiae caput* pro *nequam* dici, notavit Markland. idque a Graecis desumtum esse, ut Οἰδίπου κάρα Soph. Oed. Tyr. 40: Ἰοκάστης κάρα vs. 1258.

7. *Nec sic -- Vrerer*) *Nec si* in Excerptt. Modii, pr. Leid. et Palatino Gebhardi. *traduceret* in Leid. Voss. et prr. edd. *Vreret* in pr. Leid. uno Dorv. meo utroque, edd. prr. Aldinis aliisque, sed *Vrerer* in Borrich. et Groning. *Vreret et quamvis nomine*, *v. d.* ut distinguendum videtur, exponi posset, licet te amarem ob nobilitatem generis.

11. *Et modo -- superbae*) *superbae* sec. Leid. pr. et tert. Voss. Dresd. uterque Dorv. cum meis, edd. prr. et vetustioribus, et sic adfert Nestor in Vocabular. pag. 154. recte quidem Bronkhus. *superbi* edidit, et exemplis de pavone pennis caudae laudatis superbo illustravit, quibus adde Bochart. Hieroz. P. II, Lib. II, c. 16, pag. 240; sed quod addat rationem, quia pavo masculus, non femina, caudam habet oculatam et gemmatam, miror; nam qui *superbae* ediderunt, *caudae* adiunxerunt (quam lectionem tot codd. auctoritate munitam recte probant Hemsterhus. Schraderus Emend. pag. 128, et Boltius in Silva Crit. pag. 76, qui hanc in rem laudat Martial. XIV, 67: *Alitis eximiae cauda superba fuit*. Kvin.). *Pavonis caudam flabella superbam* Heinsius per appositionem. Sine idonea ratione. Idem Heins. mox: *durae frigus habere pilae*.

13. *Et cupit iratum -- eburnos*) *iratam* conj. Passerat. et explicat, cupit, cupide poscit, ut iratam placem lusu ta-

lorum. Sed sic *irata cupit me ad talos poscere* dicendum fuisset. *subit iratam* Heinsius ad oram ed. Ald. adscripserat. Altero vs. *Sacra Iulia dona via* legebat Beroald. et Caesarea, ideoque pretiosa, interpretatur; ita in cod. meo pr. ed. Venet. 1475, et Reg. Lep. sed *vilia dona* recte se habent. *Vilia* et *Iulia* similiter confusa in loco Martial. V, 10.

15. *Ah peream, si me* etc.) *Ac peream* in Excerptt. Modii et Borrich. Malim hic *Dispeream, si me.* In fine versus *ni me* Excerptt. Scalig. *si me* Neapol. Borrich. Mentel. Leid. sec. Voss. pr. et tert. Dorv. sec. Dresd. et edd. prr. rectius *sed me* in Regg. Colbertt. ed. Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliis; et sic affert Barth. ad Calpurn. III, 50. Dein *non pudet* superscr. in Voss. tert. *esse locum* in Borrich. Heins. et meo pr. utrumque vitiose.

17. *Hoc erat -- iubebas) Hoc erit* male in Neapol. Pro *iubebas* in Regg. sec. Leid. tert. Voss. pr. Dorv. meo altero et edd. prr. *videbas.* Altero vs. *Iam te* in meo pr. *num pudet* Mentel. et Leid. pr. *tam* coniungendum esse cum *levem*, quia aliter scripsisset auctor, *Teitam formosam*, non *Tam te formosam*, notavit Markland. *tam* ad utrumque referri posse observavit Passerat.

19. *Vna aut -- peracta*) *vixdum* in cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. Pro *peracta* in Palatino *parata;* unde Gebhard. conj. *patrata*, quid vero opus intrudere verbum obscoenum, quum *patrare* non nisi de re flagitiosa atque obscoena dicatur, auctore Casaub. ad Cic. ad Attic. I, 14, pag. 93. Vid. et eum ad Pers. I, 18, et Schottum Obss. II, 58.

25. *Lernaeas pugnet ad hydras* etc.) *et hydras* Voss. tert. et pr. Dorv. *ad aras* Dorv. sec. a manu pr. *Leneas ad aras* vitiose in Excerptt. Scalig. *Vt tibi ab Hesperio* in meo pr.

27. *Tetra venena* etc.) *Terra* corrupte in Mentel. et meo pr. *trita* male conj. Heins. *libans* in Heins. et meo pr. aeque vitiose *bibens* ap. Nestorem in Vocabular. pag. 92. *Et nusquam* vs. seq. malebat Markland.

29. *Quos utinam -- labores*) *Quos autem* Groning. *victa* cod. Askew. *vitam* Leid. sec. *experiere* Dorv. sec.

31. *Qui nunc se -- honorem*) *se* abest ab Excerptt. Modii, et vet. cod. Fruterii, Groning. et uno Colbert. *se iactare* contra Gebhardum optime Broukhus. e Cicerone aliisque (ad Attic. ep. 21 pro Rosc. Am. c. 32) vindicavit; add. Virg. Aen. I, 130; Ovid. Epp. XII, 175; XXI, 62. Pro *in tumidum* Livinei. et Guyet. *in tantum*. Heinsius: *in nimium iactando effertur*, vel *se evexit honorem*.

37. *Certus eras heu, heu* etc.) *heu heu* pro *eheu* et hoc et praec. versu reposui omnium codd. et edd. prr. auctoritate. Deinde Beaumontius in Histor. Crit. Reip. Liter. tom. XII, pag. 179 corrigit: *non ita dives eram*. Male, praecessit enim *Certus eras* etc. et continuantur Cynthiae mortem Propertii dolituræ verba. *haud ita* Heinsius. *navita dives* in omnibus fere codd. etiam Dresd. praeter Borrich. ex qua huius loci corrupta lectione in plurimis codd. Propertio supinitate librariorum cognomen *Nautae* adhaesisse, notum est. Sed *non ita* iam reposuisse Pontanum notavit Perreius, et Beroaldum sic emendantem laudavit Scaliger.

39. *Nil ego -- mutat*) *patior* in Leid. et Voss. pr. *non quae me iniuria mutet* in Heins. Borrich. et meo pr. *num quae* in Voss. Seq. versu *non onus* in Heins. et meo pr. *formosam ferre* Markland. exponebat, ferre malos mores et iniurias formosae feminae.

43. *Parvo dilexit* etc.) Hunc vs. eo ordine collocandum censebat Dorvill. *Dilexit spatio Theseus Minoida parvo*, quam tamen verborum transpositionem Propertium ipsum admissurum dubito. Versu seq. *hostis* pro *hospes* male in Borrich. Heins. et meo pr. Burm. Vulgari errore, vid. Drakenb. ad Liv. II, 15, 3; IV, 13, 2. K.

45. *Iam -- carina*) *victa est* Borrich. Heins. meus pr. *vecta* vel *lecta est* coniiciebat Heins. et haec ad Varronis Atacini Argonautica forte referenda esse putabat; neque ab hac sententia alienus erat Dorvill. in Obss. Miscell. Vol. V, tom. II, pag. 299; sed *nota* retinebat, quia poëtarum scripta in lucem edita, passim *nota* dicuntur (vid. Ovid.

Trist. II, 462; Horat. Art. P. 346; Prop. II, 13, 8) *nota Medea*, omisso *est*, in Mentel. -- Altero vs. *Et modo ab infido* in meo sec. sed in marg. *fallaci* pro varia lectione, vel glossa, ut in uno Colbert. pr. Voss. et Leid. receptam lectionem tuentur quae notavit Patruus meus ad Val. Fl. VII, 387. *A modo servato* conj. Francius. Sed vulgatam defendit Broukhus. et singularem emphasin τῷ *et*, plus quam *etiam* significantem, exemplis illustrat, quibus adde Senec. Troad. 176; scholiast. Stat. Theb. X, 246; Heins. ad Vell. Paterc. II, 116; Gronov. ad Minuc. Fel. c. 34.

47. *Dura est, quae multis* etc.) *Cura est* in meo pr. et Borrich. Pro *fingit ducit* in Exc. Scalig. et Dorv. sec. *figit* in Neapol. sed *fingit* in Regg. Colbertt. reliquis codd. et edd. priscis. Vulpius coniecerat: *Dura est, quae multos simulato ducit amore*, sed deinde receptae lectioni, *simulatum fingit amorem*, acquievit. conf. Ovid. Am. I, 8, 71. -- Altero vs. per ellipsin *plus uni* pro plus quam uni, positum monuit Scaliger, et Guellius ad Virg. Georg. IV, 207. Burm. Quae quidem ellipsis aliis quoque in locis frequenter recurrit, vid. Liv. XLI, 12; XXIII, 35; XL, 3; Petron. c. 62; Senec. de Clement. I, 1. Vid. Vorstius ad Val. Max. VIII, 5; interpp. ad Vell. Paterc. II, 1, 4; Obss. Misc. tom. IX, pag. 207; Davis. ad Hirt. bel. Afr. 45. Caeterum hoc distichon Scaligerus post vs. 32 collocavit, probante Burmanno. Kuin.

49. *Noli nobilibus -- beatis*) *nobilius* in pr. Veneta et Reg. Lepid. *te offerre* Heinsius conj. ad Ovid. Am. I, el. ult. vs. 34; ad Prop. pag. 699; et Advers. pag. 348; et ita olim coniecerat Markland. sed postea repudiavit. *te inferre* conj. Oudendorpius. Sed vulgata non sollicitanda. *gaudere beatis* tentaverat V. D. notante Schradero, Obss. II, 7. *noli confidere lautis* Eldikius suis ad me literis, ut utramque vocem coniungit Cic. ad Div. XIII, 32. -- Versu seq. *legit* Heinsius, quod et in aliis codd. et edd. priscis, sed *legat* in Mentel. Groning. pr. et quinto Vatic. Palatino Gebhardi, caeterisque codd. probante Livineio. Vid. Muret. ad Catull. ep. 22, et Cuper. Obss. III, 1.

51. *Ii tibi nos erimus* etc.) *Hi* in Mentel. pr. Leid. tert. et quarto Voss. et sic correxerat Francius. *Hic* Leid. sec. *Id* Dresd. *Si tibi* in Heins. et meo pr. Mox *dimissis* in sec. Leid. et tert. Voss. *pectora* duo Leidd. tres Voss. uterque meus, et Dorv. cum edd. priscis, ut *nudam pectora* per Graecismum dicat. Sed alterum cum Scaligero, Broukhus. et Vulp. (ad evitandam dilogiam) praefero.

ELEGIA XXV

Ad amicam iratam cod. Dresd. alii. *Ad Cynthiam*, *quod perpetuo eam amabit*, in Regiis.

1. *dolori Excludi* etc.) *dolore* Borrich. Heinsianus et meus pr. *Excludit* Groning. Borrich. duo Leidd. tres Voss. Dorvill. uterque et mei, ac edd. prr. Pro *quoniam* in vet. cod. Perreii, pr. Vatic. aliis *quae me. quaenam* in Colot. et Vatic. sec. *quem iam* Ferrarius habet. *Excludit quoniam sors mea*, *saepe veni* in Mentel. *veni* etiam in Voss. Dorv. et meis: quod praeferebat Markland. In vulgatis *venis* ut *cura venis* coniungantur. Heins. ad oram ed. Ald. conj. *Excludit quoniam me fore saepe*, pro domo excludit. Perperam. *Evolvit quoniam sors mea*, *saepe veni* tentaverat Ayrmannus.

3. *Ista -- libellis*) *fiat* Ayrmannus. *labellis* vitiose in Mentel. et Leid. pr. Pro *forma* forte legendum *fama*. Vid. I, 7, 10.

5. *Miles -- armis*) *sepositis* in sec. Leid. Voss. quarto et Commelin. Gebhardi. (improbante Dorvillio in Obss. Misc. Vol. V, pag. 301, quum *seponantur arma* in usum futurum, in futuram expeditionem, adeoque menti poëtae repugnaret haec lectio. Sic *cicer sepositum* Horat. Sat. II, 6, 84; add. Plin. H. N. XXXIV, 17; Tibull. II, 5, 7. Contra *deponantur* et *ponantur* in perpetuum) *depositis annosus decubat armis* a Scaligero est, improbante Passeratio (et Dorvill. l. c. quum hoc verbum de *aegrotis* potius, quam *otiantibus* dicatur). Heinsius conj. *Miles depo-*

sitis grandaevus an excubat armis? vel *Miles nec positis annosior excubat armis*; quod praefero, quia et reliqua sine interrogatione sunt, et *grandaevus*, nisi calami lapsus sit, admitti nequit, propter seq. vs. *Grandaevique negant. Nec positis excubat armis* magis placet, pro excubias propter senectutem non agit. *recubat* tentabat Cannegieter. ad Avien. fab. I, pag. 10, quod non reiiciendum videtur. Neque male Broukhus. *secubat* interpretatur, solus non in aliorum militum contubernio, tendit. Horat. Ep. I, 1, 4: *Veianius, armis Herculis ad postem fixis*, latet abditus agro. add. Id. Sat. I, 9, 16.

8. *Et vetus — parma vacat*) *palma* in Borrich. pr. Voss. Leid. meo sec. in marg. pro varia lectione et edd. prr. Eadem varietas Tibull. I, 10, 82.

9. *At — deducet nulla senectus*) recte Heins. et Markland. *diducet*, ut legitur in sec. Leid. et tert. Voss. Broukhus. tamen *deducet* tuetur, et verbum a re militari desumtum notat. Burm. Recte opinor, et orationis seriei convenienter. Nec improbat Dorvill. l. c. et dicitur etiam sine translata locutione *aliquis ad aliquem* et *ab aliquo deduci*, eodem Dorv. monente. K.

11 -- 13. *Nonne fuit satius* etc.) Heinsius suspicabatur sub *duro* (malim *diro*) latere patriam alicuius tyranni, ut *Siculo tyranno*, vel quid simile. Vid. Ovid. Trist. III, 11, 41. Idem sub τῷ *satius* in illis vs. 13: *Gorgonis et satius* etc. latere epitheton Gorgonis putabat, ingratamque repetitionem vocis *satius* censebat, ideoque in ora ed. Ald. conj. *Gorgonis et saevo fuit obdurescere vultu.* Sed haec repetitio longe ingratior: *saeve Perille*, et *fuit* (quod male deest in Mentel.) necessario additum requirit *satius*. Est autem digna Propertio repetitio verborum *fuit satius*, ut ap. Tibull. I, 11, 61; Senec. ep. 82, et *satius* amata vox Propertio est. *Gorgonis an satius* vel *Gorgoneo satius* Francius coniec. in marg. ed. Scalig. *in tauro saepe* male in Neapol. Mentel. Palatino et Commelin. Gebhardi, duob. Leidd. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. Dresd. meis, et edd. prr. *indurescere vultu* in Exec. Modii seu Groning. et Dorv. sec. *Caucaseas* in multis codd.

15. *Sed tamen obsistam -- mucro*) *Sed tamen et scabra teritur* etc. ex Heinsii emendatione, (ad Claudian. Laud. Stilic. 194, et in notis Prop. pag. 700) in ipso contextu edidit Broukhus. Emendatio nonnihil audacior. Codd. hic admodum variant. *Sed tamen obsistam* in uno Regio, uno Colbert. pr. et quarto Voss. Heins. Dorv. sec. Askew. meisque, quod ex Palatinis et Commeliniano etiam affert Gebhardus. et sic legitur ap. Octavian. Miraudulam in Viridario Illustr. Poët. pag. 206 b. ed. Venet. 1507; in Beroald. et Iunt. quam lectionem verissimam censet Hemsterhus. *obsitam* in altero Reg. pr. Leid. Mentel. et edd. prr. *ob situm* Dresd. *obsita* in Colbert. sec. et Dorv. pr. *Sed non obsita tegitur* in excerptt. Modii seu Groning. *tegitur* etiam in uno Colbert. et meo pr. *obsitam tegitur* in Borrich. *obsitam* ed. Volsci, typi vitio. Dorvill. *obducta* vel *occulta rubigine* conieccrat. *obscura* in Ald. sec. anni 1515 cod. Voss. tert. a manu pr. et Leid. secundo, in cuius marg. *obscura trahitur*: et sic in Ald. cum scholiis Mureti a. 1558, Rovill. Gryph. tribus Scalig. edd. Parisina, Antuerp. Commeliniana, et Canteri. Hinc coniicio: *Sed tamen obdura: teritur* etc. ut orationem ad animum convertat, seque ipse exhortetur ad constantiam in amore. Ovid. Am. III, 11, 7: *Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim.* -- BURM. Verissimam esse lectionem receptam, et plurimorum codd. auctoritate munitam: *Sed tamen obsistam: teritur* etc. nec potuisse poëtam, si ad variationem affectus ipsius attenderis, se ipsum cohortari, sed potius sententias firmas et certas proferre, nec cogitasse eum de duritie puellae emollienda, sed de sua constantia, recte notavit praeter Hemsterhusium Beckius quoque in Commentat. I *de interpretatione vett. scriptt. et monumentorum ad sensum veri et pulcri facilem et subtilem excitandum acuendumque recte instituenda* pag. IX. KUIN.

17. *At nullo — qui Restat*) Pro *dominae* legitur *de me* in Groning. pr. Voss. Dorv. et meo utroque, sed in marg. *dominae*. In Borrich. *Et nullo de me teritur sub lumine amorque. sub lumine* etiam in Voss. pr. et tert. Heins. et meis. Scaliger in Castigationibus ad h. l. et in

Coniect. ad Varron. lib. III, pag. 235 conj. *At nullo de me teritur sublimine amor*; et *sublimen* connexa voce explicat, inferius limen, ut superius est ὑπέρθυρον. Perreius in marg. ed. Ald. *sublimine i. e. superbia*, ut Volscus et Beroaldus. *sublimine* etiam probat Voss. de Analog. c. 36, pag. 547, et pro sublimento capit, improbante Heinsio in notis ad Prop. pag. 700, qui ipse coniicit: *dominae teritur sub limine amator*, vel *sub limine amor*, *quin Restat*. Guyetus *sub limine* separata voce exponebat ὑπέρθυρον, vel etiam πρόθυρον, vestibulum, ut Horatio *superba civium Potentiorum limina*. Ayrmannus tentabat: *At nullus d. t. sublimine amator*, *Perstat*, *et immeritas*. Davisius ad Cic. Nat. D. II, 2: *dominae molimine* excogitavit (ita coniecit etiam Iacobs in Specim. Emend. in auctt. vett. pag. 102. K.) hoc sensu, licet omni conatu Cynthia annitatur, amorem meum amovere, nil agit tamen: quod probatum fuit Marklando in ep. crit. pag. 30, et Hemsterhusio (quum *sublimen* nondum habeat auctores tam certos, ut in Romanarum vocum numerum adscribendum videatur; rectius tamen, eo iudice, coniungitur *dominae amor*, quam *dominae molimine*), neque hoc reiecit Dorvil. in Misc. Obss. Vol. V, tom. II, pag. 302, qui tamen cum Langermanno legit: *At nullo dominae teritur sub crimine amor*, i. e. quantumvis in me invehatur domina, eam tamen deserere nequeo: ut *crimen* pro criminatione capiatur. Equidem tamen adstipulor Broukhusio, qui in notis legit *sub limine*, disiuncta voce, quod a Veneta 1475, Reg. Lep. Aldd. Iunt. aliisque edd. priscis firmatur. Altero vs. *Restitit* in vet. cod. Fruterii et Excerptt. Modii. *immeritas* Voss. quart. *in merita* Neapol. *emerita* olim coniec. Broukhus. i. e. adsueta iam pridem et vetere ad tuas querelas et iurgia; sed quia in notas editas non retulit, postea reiecisse videtur. Quid si legamus: *intrepida?*

19. *Vltro contemtus rogat* etc.) *contentus* in Groning. *invictis* male in cod. Regio et edd. prr. correctionem Marcilii ad Horat. pag. 78. *invitus ipse redit pedibus* recte explodit Broukhus.

21. *Tu quoque -- amore*) Heins. in notis ad Prop. pag. 700 legebat: *qui pleno fastus hos sumis amore*, vel *quid pleno fastus adsumis:* ut Dousa et Ayrmannus, qui post *Credule?* signum interrogationis ponebat. Idem Heins. ad oram ed. Ald. conj. *laeto amore*, sed *pleno* est in omnibus codd. nisi quod *plenos fastus* in Neapol. Altero vs. *Credula nulla diu* in Mentel. Leid. pr. et codd. Regiis.

23. *An quisquam — procellis*) *Aut quisquam* in codd. et ex suo cod. Heinsius. ut mox sequitur *Aut prius infecto*, ubi *An* in sec. Leid. Voss. tert. et quarto, Exec. Modii seu Groning. Borrich. meoque pr. *At* in Mentel. et pr. Leid. *persolvit dona* Voss. quart. Altero vs. *facta carina nator* vitiose in Dorv. pr.

26. *Septima — ante rota*) *arte* in vetustis codd. extare testatur Heins. in notis ad Prop. pag. 700, et probat, quia *ante* abundat, et *prius quam* cum praeced. vs. iungenda, ut supra el. 18, 12: *Quam prius adiunctos sedula lavit equos:* pro *priusquam*. Ita et Volscus et Scioppius Verisim. III, 10 emendarunt, improbante Bronkhusio. *arte* etiam legitur in Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. Canter. Wechel. aliisque. An forte scripserit poëta: *triverit axe rota*, ut de auriga Circensi ap. Ovid. Am. III, 2, 70.

27. *Mendaces -- secundo*) *ludunt saltus* in meo sec. Heins. ad Ovid. Art. A. I, 715. hic restituit *in amore secundo*, quum in plerisque codd. et vetustis antea edd. legeretur: *flatus in amore secundi*.

33. *persaepe vocet*) *nocet* perperam in pr. Voss. et meo sec.

35. *At si secla -- puellis*) Hoc et seq. distichon a Scaligero transpositum post vs. 11: *Sive ego Tithonus* etc. *At si* in vet. cod. Perreii, Colot. Groning. Dresd. Colbertino, Leid. sec. Voss. tert. et quart. meo sec. idque ex Palatino et Commelin. praefert Gebhardus. pro *Etsi*, ut in vulgatis et edd. prr. *At si* etiam probat Schrader. Emend. II, 7, pag. 130. *Haec si* Heinsius. Praeterea in nonnull. codd. teste Passeratio, *gratis antiqua puellis*, in aliis *gnata*, unde *gnara* vel *nota* coniecit. Forte legendum: *Et si secla*

forent antiquis aequa puellis i. e. si nostra secula similia seu aequalia essent aevo puellarum antiquo, ut ap. Ovid. Trist. V, 5, 43. *Edidit haec mores illis Heroisin aequos:* vel leviori medicina substitui posset cum Iano Dousa Filio, *antiqua his grata puellis.* Eldikius tentabat: *Etsi secla forent annique ingrata puellae, Essem ego, quod nunc, haud tempore vincor ego. Non commissa meos mutabunt s. m.* hoc sensu: etsi propter aetatem tam grandaevam, qualis aut Tithoni aut Nestoris fuit, ego senex tibi amator ingratus forem, ab amore tuo tamen non desisterem. *secla annique* pro annosis seculis: *commissa* coniuncta, continuata exponebat. BVRM. Nimis liberam et a poëtae mente alienam hanc coniecturam recte dixerunt Burmannus et Astius in Obss. ad h. l. quorum posterior coniicit: *At si secla forent antiquis casta puellis:* hoc sensu: Si tempora essent, qualia olim fuerunt, casta atque proba, seu, si antiqua adhuc puellarum fides vigeret, amore fruerer, quo nunc tu (rivalem innuit) frueris, sed corruptis nostri temporis moribus vincor. *antiquis puellis* scil. existentibus. Iacobsius in ep. ad Astium pag. XXXII emendabat: *Et si — antiquis clara puellis Exemplo essem ego, nunc tempore vincor ego*, i. e. Si mihi contigisset, ut iis temporibus viverem, quibus fides in summo honore fuit (heroica aetate, heroinis illis clarissima) omnibus *exemplo essem;* nunc huic honori meo tempora sive potius temporum nostrorum mores obstant, qui illi virtuti tam parum tribuunt. K.

36. *Essem -- vincor ego*) *Essem ego quo nunc*, omisso *tu*, in Borrich. Heins. et meo pr. *victor ego* in Palatino. BVRM. Wakkerus legebat: *Essem ego, quod nunc sum; tempore vincor ego* i. e. si haec secla antiquis etiam puellis placerent, non alius tamen corrupto hoc aevo essem, quia fide et amore veteres viros aequo, sed solo tempore vincor. SANTEN. *in Addendis.*

37. *Non tamen* etc.) *amores* in Palat. Commelin. Mentel. duob. Leidd. tert. et quarto Voss. *suam noverit ire viam* legebat Broukhus. ut I, 1, 18.

39. *At vos -- amores*) *Ah vos* ex Palatino Gebhardus. vitiose in edd. prr. *At vos qui offam in multos.* Pro *amores* in cod. meo pr. *amicos. revocatis* hic malim exponere, divíditis, renovatis.

40. *Quantum sic -- dolor*) *Si cruciat* in Excerptt. Scalig. Dresd. Mentel. Regg. Borrich. Neapol. duob. Leidd. tribus Voss. uno Dorv. Askew. meis, et in prr. aliisque edd. priscis. *discruciat* conj. Heinsius, vel *Quantus io cruciat*, aut *Quantum hic discruciat. -- lumina nostra* Neapol. et Colbertt.

41. *Vidistis pleno teneram candore*) *plenam tenero* Borrich. Heins. et meus pr. Altero vs. *vidistis fuscas* conj. Markland. sed vel subintelligitur *colore*, vel *fuscus candor* opponitur perfecto et pleno candori.

42. *ducit uterque color*) hanc lectionem revocavi, licet *dulcis uterque color* ediderit Broukhus. posthabito Lipsio Antiq. Lect. V, 20, et Scaligero, qui e suo cod. recte ediderat *ducit*, probante Heinsio, quod firmatur codd. Livineii, Dresd. Exc. Modii, Palatino et Commelin. Gebhardi, Borrich. sec. et quinto Vatic. Groning. Leid. sec. Voss. tert. et quarto, Dorvill. utroque, et meo sec. in marg. *decet* in meo pr. et Heins. *dulcis* in prr. edd. Beroald. Volsci, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliis, quarum auctoritas tot codd. vett. suffragiis non praeferenda. *gratus* in altero cod. Reg. (quod Broukhusio glossema τῷ *dulcis* videtur), in pr. et Colbertt. *dulcis.*

43. *Argiva prodire figura*) *prodente* in Mentel. pr. Leid. Voss. et meo sec. *figuram* in cod. Leid. et Mentel. *puella* in Heins. et meo pr.

44. *Vidistis nostras -- rapit*) infeliciter Pontanus Analect. II, 2 legebat *Vidistis nostrati? nostrati* nempe, seu Romana, prodire figura, ut hypermetron simile sit ac III, 22, 10; et I, 5, 32. Passerat. iam coniecerat *nostrate*, vel *nostra*, cum hiatu: quod ultimum etiam placuit Lipsio Ant. Lect. V, 20. Sed *vidistis nostras* respondet praecedenti *Vidistis quandam Argiva* etc. Pro *rapit* Heins. ad oram ed. Ald. *capit.*

45. *vel sit sandicis amictu)* sic in Voss. pr. Leid. et meo sec. secundam in *sandice* corripere Gratium notavit Heinsius, Cyneg. vs. 86, ubi vid. notas Patrui mei et ad Marcell. de Medic. vs. 30.

48. *Vna sit -- mala)* *Vna sit est* in sec. Vatic. et cod. Perreii. *Vna sat est* in Colotiano, ut et in libris Passeratii, et sic Scaliger; favet hoc Ayrmanno legenti: *Vna sat et cuivis.* In aliis: *Vna sat o cuivis.* Forte legendum: *Vna dat et cuivis femina multa mala.* Versu praeced. *meis insomnia portet ocellis* pro *tuis* Marklandus.

ELEGIA XXVI

Ad Cynthiam de somnio naufragii in codd. Regiis, ut in prr. edd. et Aldd. aliisque. *Somnium de amica* in meo utroque cod. et Borrich. *Insomnium de amica* cod. Dresd.

1. *Vidi te -- carina)* *vidi ego te* Vatic. quint. Leid. sec. Voss. tert. meus pr. ed. Ald. 1515, Rovill. Canter. Dousae, aliae: ita edidi, quamquam *ego* omittant Mentel. Groning. Borrich. Dresd. ed. Ven. Reg. Lep. Ald. 1502, et Iunt. quod praetulit Broukhus. propter numerum, ut ait, minus mollem ac venustum, quem ego magis incitatum arbitror, inserto pronomine: ut I, 13, 14; IV, 2, 53.

2. *Ionio lassas -- manus)* *lapsas* Dorv. pr. Commel. et sec. Palatinus Gebhardi, in priore *taxas*. solita confusione. Mox *fueris mentita* Voss. pr. et seq. vs. *Nec iam iam* male in Groning.

5. *Qualem purpureis agitatam etc.)* sic edidit Broukhus. damnavitque insulsam, ut ait, lectionem *agitavit*, quae exstat in codd. Regiis, et Voss. tertio a manu sec. nam *agitabam* a man. pr. et recipi posset illud *agitavit*, si hoc modo distingueretur: *Qualem etc. Aurea, quam molli tergore vexit, ovis.* Agnoscunt tamen *agitatam* plures codd. ut Perreii, Colotianus, Neapol. pr. sec. et quint. Vatic. Mentel. Excerpta Scalig. ac Modii cum caeteris; idque ex suo Livinei. et e Palat. pr. ac Commeliniano praefert Ge-

hhardus. Ea lectione recepta, cum Heinsio emendandum: *Aurea cum molli terg. vexit ovis*. pro *quam molli*, quod verborum structuram turbat. (Ordo est: Vidi te (talem). qualem ovis aurea vidit Hellen, agitatam fluctibus, quam vexit. PASSERAT.) Sed quocumque modo legatur, mihi sequens distichon huic praeponendum videtur: *Quam timui* etc. *Atque tua* etc. *Qualem purpureis* et sqq. *molli vellere* unus cod. Colbert. idque Francio arridebat. *tergo revexit* corrupte in Borrich. et meo pr.

8. *Atque tua -- aqua*) *Teque tua* conj. Heinsius. vel *Neve tua*. Dein *moerens navita* in cod. Livin. Mentel. Exc. Modii seu Groning. et Dorv. sec. in quo *labens* superscr. quod recte tuetur Broukhus. vid. IV, 6, 48; Ovid. Epist. X, 65. *ferret aqua* in Borrich. et Heinsiano.

9. *Quae tum ego Neptuno* etc.) *Quem ego* in pr. Voss. Borrich. meo sec. et in sqq. *quem* et *quemque*. *feci* male in marg. tert. Voss. pro *fratri*. Altero vs. pro *excepi* in Mentel. *excepti*. Heinsius conj. *Quaeque tibi exegi*, vel *Quae tibi suscepi*, nempe vota. Markland. adscripserat *excepi* pro *suscepi*, vel hunc esse Prop. sensum: qualia vota feci vobis, & Dii maris, cum hac tamen exceptione, si Cynthia evaderet (vid. notas). *iam dea* in Regg. Colbertt. Borrich. Dresd. Vatic. sec. Mentel. Excerptt. Modii seu Groning. Askew. sec. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. et meo pr. ut in edd. prr. quod probat Lips. Lect. Ant. V, 20. Heins. olim coniec. *candida Leucothëe*, sed *candida Nesaee* sequitur. *Leucothoe* in plerisque codd. male, Λευκοθέα Graecis dicitur, vid. Cic. Tusc. I, 12, ibique Davis. et Patruum meum ad Ovid. Met. IV, 196.

14. *Esses -- maris*) forsan scripserit auctor: *Esses Ionii praeda puella maris*, vel potius: *Isses Ionii facta rapina maris*; ut de Hyla I, 20, 11.

15. *prae invidia*) *ob invidiam* cod. Perreii, Fruterii Exc. Scalig. et Modii, Borrich. Dresd. Groning. Neapol. Vatic. sec. et quint. unus Colbert. Leid. sec. Voss. tert. et quart. uterque Dorv. et meus pr. *ob invidias* in Vatic. pr. *Sed tibi invidiam* Askew. *ab invidia* Markland. (*ob glosse-*

ma est; *prae* id. qd. *propter*, ut pluribus exemplis ad h. l. docuit Broukhus. quibus adde Liv. VI, 40; IX, 13; Flor. II, 10; Cic. Tusc. I, 42; Verr. II, 40. K.) *increpitarunt* in Borrich. Heins. et pr. meo cod.

16. *Candida -- Cymothoe) Niseis* in Excerptt. Modii, seu Groning. *Nisee* pr. Leid. Voss. pr. et quart. Askew. Borrich. Dorvill. uterque, et edd. vetustae. *Nesaee* Dresd. *Nysee* in meo pr. *Nisaee* in sec. et Neapol. Scribendum *Nesaee*, ut correxit Fruterius et monuit Dorv. in Obss. Misc. Vol. V, pag. 303, quia Graecis Νησαίη vid. Lycophr. 399, et sic clare in pr. Vatic. *Cymothee* in Askew. Francius legebat: *Caerula Nesaee*, *caerula Cymothoë*.

17. *Sed tibi subsidio -- vidi) subsidio* in omnibus fere codd. et edd. antiquis; Broukhus. ex solo Borrich. et Commelin. Gebhardi praetulit *subsidium*, male, propter sonum ingratiorem *subsidium delphinum*, unde et Francius corr. *delphinem*. Vtraque locutio *subsidio* et *subsidium esse*, *subsidio* et *auxilio* vel *subsidium* et *auxilium venire* et similia proba et usitata est, etiam ap. poëtas. Vid. Ovid. Ibid. 283; Heins. ad Ovid. Rem. 528; Met. XII, 90; Gronov. ad Liv. XXXVIII, 52; et Patruum meum ad Phaedr. III, 10, 42. *delphinum accurrere* corr. Heinsius. Seq. vs. *Quam puto* Neapol.

19. *me mittere saxo) ponto* in aliis, et in marg. cod. Groning. male. Vid. Ovid. Epist. XV, 172, 192.

21. *Nunc admirentur*) novam elegiam hic inchoandam esse, nemo facile negabit, quia sequentia nihil commune habent cum praecedentibus; et sic censebat Lennep. Animadvv. ad Coluth. lib. II, c. ult. Nonnulla excidisse videbantur Broukhusio, quia haec cum reliquis non cohaerent; ideoque lacunam hic esse statuebat, improbante V. D. in Misc. Obss. vol. II, pag. 103, ubi Dorvill. notavit, Guyeto videri elegiam hanc insititiam esse, sed cuius iudicium merito explosit. *Serviat* suspectum videtur Guyeto, sine idonea ratione.

23. *Non si -- Croesi) Cambyse* Neapol. et Dresd. *redeat* Voss. pr. *Cambysae* mentione Propertium loqui de

Pactolo, notat Broukhus. Sed quid Cambisae cum Pactolo? *Candaulae* corrigebat Guyetus. Legendum *Non si iam Cyri redeant* etc. ut *Cyrum* et *Croesum* iungit Claudian. in Rufin. I, 199; vel potius: *Non si iam Gygae redeant* etc. quae lectio propius *Cambysae* vestigia premit. Gyges enim Lydiae rex ditissimus, cui et Croeso Pactolus melius convenit, vid. I, 6, 32; III, 11, 18; et haec cum Theocriti loco (Idyl. VIII, 53) comparavit Pierson. Verisim. I, 4, pag. 47. *Gygae* (quam lectionem confirmat quoque locus Anacr. Od. XV) probabat etiam Schraderus Emend. II, 6, pag. 130, reiecta Dorvillii sententia, qui in Obss. Misc. vol. V, pag. 304 legebat: *Non, si Cambyses redeant*, vel *Cambysae*, numero plurali. Burm. Gygae divitiae a poëtis passim commemorantur, vid. Schrader. l. c. Anal. Brunckii tom. I, pag. 238, ep. 69; et Iacobs Animadvv. ad Anthol. Gr. tom. I, P. I, pag. 155. Lectio tamen *Cambysae* Propertii genio convenientior videtur. cf. notae. Kuin.

25. *Nam mea -- beatos*) *Iam mea* in cod. meo pr. *dicit se audisse* in codd. Regg. Palatt. Gebhardi, et edd. prr. Clerquius Spec. II. Obss. ad Lucan. pag. 11, eiecto disticho sequenti, emendabat: *dicit sordere beatos*. Locus sanus.

28. *Qui dare -- amare potest*) versum hunc ut spurium damnavit Broukhus. et fabricatum a librariis opinabatur ex Ovid. Am. III, 8, 62: *Imperat ut captae, qui dare multa potest;* sed dubito, an proscribi mereatur propter rhythmum auribus ingratum, quales versus et alibi ap. nostrum occurrunt, vid. ad I, 8, 11; ad Lotich. pag. 355, 493. *multa et amare* affert etiam Alb. Eyb. in Margarita Poët. c. 13. Heins. conj. *multum et amare potest:* et sic Francius in sui libri marg. Patruo meo placebat: *multum in amore potest*. Marklandus: *multa negare potest*. Santenius: *Qui dare multa potest, non et amare potest;* ut *multa* ex prima versus parte, scribae oculo aberrante, in hanc sedem repetitum sit. Sed quia hic versus praecedenti plane obstat, ubi *fidem* et *constantiam* multum in amore prodesse dicit, absonum esset, plus danti primas partes deferre (at vid. notas); restituendum igitur putabam: *Qui*

dare multa potest, stulte et amare potest i. e. nullo consilio, et amenti impetu amare, et se ridendum atque absurdum amatorem praebere potest, qui solis divitiis puellas, non fide et constantia allicere se posse confidit. Burm. Nodell. in Not. Crit. c. II, pag. 69 tentabat: *multa et amare solet.* Astius in Obss. pag. 46: *Qui dare multa potest, non ita amare potest*, praedicare nimirum poëtam suum erga Cynthiam amorem, ita, ut dicat, nihil esse efficacius ad amorem servandum, quam constantiam et fidem, nullaque munera eo valere, ut similem reddere possint amorem. Sed vulgaris lectio bene se habet. Vid. notas. K.

29. *Seu mare -- puella*) *Heu mare per long. m. cogitat ire p.* Guyetus, ut sit initium novae elegiae. Vnus quidem cod. Neapol. novam quoque hic orditur elegiam, sed reliqui omnes et edd. vett. superioribus annectunt.

31. *unaque tecto*) *unaque tectum* Heinsius et Francius corr. i. e. unum litus et una arbor pro lecto vel tecto erunt. *tectum* enim de omni, qua tegimur, structura, vid. Obss. Misc. Vol. I, pag. 362.

33. *duos poterit*) *poteris* Mentel. et Leid. pr.

35. *saevus licet urgeat Eurus*) *scaevus* in Heins. et meo pr. forte *ingruat Eurus*. Seq. versu pro *frigidus* legitur *turbidus* in cod. Perreii, Passeratii, et Heinsii, cui id placebat ob locum Horat. Carm. III, 3, 5. Burm. Sed *turbidus* glossema videtur, ex illo ipso Horatii loco desumtum. *Frigidus* dicitur quoque Virg. Georg. IV, 261. Kuin.

37. *Quicumque -- Vlixen*) *Quotcumque* in Exc. Modii seu Groning. *vexatis* in Askew.

39. *Et qui movistis -- rudis Argus*) *Et qui novistis duo litora* in codd. Regg. Askew. et edd. prr. probante Ayrmanno ad h. l. qui addit: » sensus inde oritur elegans, quum dicuntur novisse litora venti, quae Argonautae ignoraverunt. Minus vero eleganter venti dicuntur movere litora.« Sed intelliguntur Symplegades, concursu suo litora moventes, vid. Ovid. Met. XV, 537. *ratis Argo* in codd. Colbertt. Mentel. Dresd. Exc. Scalig. et Modii, Borrich. Groning. quinto Vatic. Neapol. duob. Leidd. Voss. pr. et

tert. utroque Dorv. et meis. *ratis Argus* in quarto Voss. *cum satis Argo* in codd. Regg. et edd. prr. corrupte pro *ratis*. Sed optime Volscus et Beroald. *rudis Argus* restituerunt.

41. *non usquam desit ocellis* etc.) *spectat ocellis* in uno Colbert. Deinde *Incendit* Mentel. et Leid. pr. *Inscendat* vel *Incendat n. I. igne licet* conj. Heins. vel *Jupiter ille*, quod ultimum etiam in ed. Dousae et aliis. *ipse* tuetur Passeratius, ut ex oppositione Palladis dictum sit. Vid. notas. Possis etiam *Infestet*, ut ap. Ovid. Am. II, 11, 18.

43. *Certe -- oris*) *Ferte* Voss. quart. quod pro *forte* scripserat librarius. *Crete* Mentel. et Leid. pr. forte pro *Crede*, (et videntur aberrasse librarii oculi in vs. 53. K.) Dein pro *nudi* Markland. conj. *nulli* i. e. mortui. Sed vulgata retinenda, vid. III, 5, 14; Virg. Aen. V extr. *luctabimur* in uno Colbert. *horis* Neapol. seq. versu *unda tegat* Voss. quart. *te quoque terra tegat* Mentel. pr. Leid. et Voss. vs. 45 pro *tanto* Livinei. coniec. *sancto*, ut *sanctus amor* infra el. 29, 41.

47. *Testis Amymone -- in Argis Compressa*) hoc praetuli, licet alias edd. secutus, *arvis* ediderit Broukhus. ut saepe in *Argis*, *arvis*, *agris*, peccarunt librarii, vid. Stat. Theb. I, 225; Lucan. VII, 452; Claudian. Praef. lib. II, Rapt. P. 9. (add. Horat. Epod. II, 18; Drakenb. ad Sil. It. IV, 26; V, 260. K.) Conieceram aliquando *urnis*. Francius distinguebat: *latices cum ferret, in arvis Compressa*. Sed malui Guyetum, Passerat. et Heins. sequi, qui *Argis* (quod etiam extat in Cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic.) legendum censuerunt. conf. Ovid. Am. I, 10, 5, ubi vid. Patruus meus et Barth. ad Stat. Theb. VI, 287, et forte etiam Francii distinctio, licet *arvis* probaret, admittenda: *latices cum ferret, in Argis Compressa*. Gebhardus ex vitiosa cod. Palat. lectione *in armis*, exponebat armos seu humeros, et multa argutatur de more, quo aquam humeris, vel in capite virgines ferre solebant, quae nihil ad rem faciunt. (*armis* et *arvis* a librariis saepius quoque confusa, vid. Sil. It. IV, 26; Virg. Aen. I, 550; III, 35; Obss. Misc. Vol. I, pag. 191; Drakenb. ad Sil.

IV, 294: Oudend. ad Lucan. IX, 1016. K.) Dorv. Obss. Misc. tom. V, pag. 305 notat virum doctum hic coniecisse: *cum quaereret Argis;* quia aquam investigatura nondum latices ferebat, sed vulgatam bene exponit, tanquam dixisset auctor, dum officium subibat ferentis aquam, ὑδροφόρε, dum latura esset aquam; quia in hac Argi siccitate quaesitum ibat aquam, sed non ferebat, quum a Neptuno comprimeretur; et recte *Lernae* vel *Lernes*, quod ei suavius videtur, corrigit pro *Lerne*, ut edidit Broukhus. *Lernae* certe in illius pr. meo secundo, et quart. Voss. *Comprehensa est* in cod. Dresd. *Amynine* in eod. Mox *Iam deus amplexus* conj. Passerat. qua mutatione non opus est.

50. *Aurea -- aquas*) *unda* male in Heins. Borrich. et meo pr. *virgineas aquas* conj. Heins. merito improbante Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. II, pag. 308. *aerea urna* propter paupertatem illorum temporum corrig. Passerat. (sed recte observat Dorvill. l. c. dandum aliquid magnificentiae poëticae in virgine regia, nec *aurea utensilia* heroicis temporibus in usu infrequenti fuisse, coll. Hom. Odys. ζ, 79). *refudit* in Regg. Colbertt. Askew. et edd. priscis.

51. *Crudelem -- negabit*) *negavit* in duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, ac edd. priscis, in quibus *Orithia* pro *Orithyá* vel *Orityía*, ut scribendum. *Orithyia* quinque syllabis vitiose in ed. Broukhus.

53. *mitescet Scylla*) *mutescet* in pr. Voss. meo sec. Askew. Harleiano, ut ad canes Scyllae alludat; et ita legebat V. D. ap. Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 2, qui hanc coniecturam exemplis confirmat, licet pro vulgata etiam faciant loca ibidem producta, Horat. Carm. III, 10, 18; Ovid. Heroidd. VII, 179; X, 1; Lucan. VIII, 601. copulam insertam ex Palatino affert Gebhard. *mihi*, *et nobis*.

54. *Alternas revomet -- aquas*) *Alternante vomens vasta Char. aqua* in Leidd. Voss. Askew. Dorvill. et meis. *vorax* superscr. in Voss. quarto. *Alternante voret* Vatic. quint. sed Passerat. alteram lectionem *Alternas revomet*

vasta Ch. aquas praetulit, quae etiam firmatur a sec. Vatic. *Alternas revomens* in Colot. Oudendorpio placebat: *Alternam revom. v. Ch. aquam*, vel *Alternans removet v. Ch. aquam*. Marklando: *Alterna revomens hausta Char. aqua.* Posses etiam *torta Charybdis*. Ayrmannus tentabat: *Alternante vacans v. Ch. aqua*. Sed acquiescamus lectioni receptae. Vid. Ovid. Met. XIII, 730; Pont. IV, 10, 25.

57. *Quod mihi -- corpore vita*) *Quid mihi si* in Mentel. Heins. pr. Leid. Voss. et meo sec. *tuo corpore*, pro te, more Graecorum intelligit Livineius. Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 3 legendum cum viro docto notavit: *Quod mihi si ponenda tuo sit pondere vita*; sic certe Patruo meo legendum videbatur, i. e. si naufragio te servare volens, et corpus tuum ferens moriar. BVRM. Sed supervacaneam esse hanc correctionem ex notis ad h. l. patebit. K.

ELEGIA XXVII

In solo Perreii cod. Scaligeriano et codd. Passerat. ac Lipsii Antiq. Lect. V, 20 praecedentibus haec connectuntur, reliqui codd. omnes, etiam Dresd. edd. prr. et vetustiores hic novam elegiam incipiunt, praescripto titulo: *de incerta mortis hora.*

1. *At vos incertam* etc.) *Et vos* in altero Dorv. Seq. versu *mors adeunda* in marg. Voss. quarti. *obeunda* Heinsius; sed vid. III, 7, 2. Pro *quaeque* vs. 4 malim *quaere*.

5. *sequimur*) Schraderus Emend. II, 6, pag. 131 *sequitur* malebat, *homo* nempe, ex vs. praeced. quod in solo Groning. seu Modii Excerptis legitur, et ex cod. Posthiano (qui Modiano et Groningano idem est) affert Livineius, sed lectionem hanc ut ineptam reiiciens, quia loquitur ex persona Romanorum Augusto adulantium, expeditionem in Parthos meditanti, et sic exponebat Dousa Pater in notis ad Prop. pag. 133.

6. *Et maris -- viae*) *pericla die* Palat. pr. Gebhardi. *terrae suae* tentabat Markland. et sic Heins. qui etiam *durae viae* coniecit. *terrae* petitum videtur ex IV, 1, 72. *tetrae* forte propius *terrae* insisteret, vel *vastae viae* ex Virg. Aen. X, 57. Burm. Retinendum *terrae*, sed pro *viae* forte legendum *vias*. Wakker. Am. Lit. pag. 102 *vices* legebat. K.

7. *Rursus et obiectum fletis*) *flemus* in Regiis, Dresd. uno Colbert. Mentel. Excerptt. Scalig. duob. Leidd. tribus Voss. Askew. meo sec. aliisque, quod et in edd. prr. quod propter praecedens *sequimur* videtur praeferendum. (Sed si *fletis* retinetur, oratio existit vividior et magis poëtica. K.) *fletus* in duob. Dorv. Heins. et meo pr. Seq. versu *uterque* in meo sec. *Quum dubium Mavors miscet utraque manus* in Palatino Gebhardi.

9. *Praeterea domibus flammam* etc.) *famam* male in Dorv. pr. *ruinas* in Neapol. Leid. sec. Voss. pr. meo sec. et Dorv. *flammas* et *ruinas* in Excerptt. Modii seu Groning. Deinde *Ne subeant* in sec. Leid. Voss. quarto, Heins. et meo pr. Borrich. Commelin. et quinto Vatic. *Heu subeant* in Regiis, Dorv. pr. et Groning. Pro *suis* Broukhus. male edidit *tuis* contra omnes codd. et edd. vett.

11. *Solus amans novit*) *Solus amor* in Commelin. Gebhardi, qui ex Palatino profert seq. versu, *neque arma tenet.* Sed neutrum a codd. meis firmatur. *nec hic -- nec arma* cod. Dresd.

13. *Iam licet -- arundine remex*) *e Stygia* in Vatic. Livincii *ab arundine* in Mentel. et pr. Leid. *Stygiam arundinem* pro cymba Charontis arundinea vel cannea explicant interpp. ut *canna* ap. Iuvenal. Sat. V, 89, adeoque *sub arundine* idem sit quod *in arundine*. sic Beroaldus et Dousa Fil. Alii cogitant de pertica κελευστοῦ *hortatoris*, pertica hortatoria, qua ille regebat remigantes, et *sub* saepe notat subiectionem, sic *sub marito uxor*. Sed tum *arundo* non solum pro *pertica* vel *bacillo isto* accipi potest, de quo vid. Scheffer. de Milit. Nav. pag. 179, verum et de *fistula*, *tibia*, ad cuius sonum remorum pulsus vel accelerabantur

vel retardabantur. Vid. Scheffer. l. c. III, c. 1; Aristoph. Acharn. 553. Sed huic explicationi obstat, quod solus Charon navigat. conf. Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 4, qui de arundinetis, quibus ripa Stygis obsita fingebatur, explicat. Altero vs. pro *Cernat* in meo sec. *Servat*, sed in marg. *Cernat*. An forte *Servet*, pro observet', hinc legi posset, et referri ad Charontem, animas defunctorum exspectantem, quas inferna rate transferat? *Solvat* Broukhus. coniec. in curis secundis. Sed videtur id postea reiecisse, nam cod. suo deinde adscripserat: *immo* cernat i. e. *exspectans in ripa amator*.

15. *Si modo -- puellae*) *Si modo damnatus* in Exc. Modii, et Dorv. sec. h. e. *damnatum*, ut in Groning. i. e. morti iam addictum, ut supra el. 20, 30. Heinsius et Markland. in notis ad Stat. Sylv. pag. 288 conj. *Si modo clam revocarint ora puellae*, sed quod refutavit Schrader. ad Musae. pag. 303. Passerat. *auram puellae* vel pro eius voce benigna ac nitore, vel *auram* de vento voculam eius ad aures ferente interpretabatur. Broukhus. vel de alitu Cynthiae, seu aura ac spiritu, ore legentis poëtae sui animam, et fugientem revocantis accipiebat, coll. Bion. Epitaph. Adonid. vs. 46. Vid. nos ad Lotich. pag. 341; ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 653; tom. II, pag. 258. vel *favorem* exponebat, metaphoram a venti aura secunda deducens, quod probabat Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 7. Burm. Hinc Astius in Obss. pag. 36 quum *aura* poni soleat pro *favore*, Horat. Od. I, 5, 11; Ovid. Am. II, 9, 33; et pro ipso *amore* αὔρη legatur ap. Eurip. Suppl. 1030: verba *aura puellae* interpretatur: gratia, blanditiae clamantis puellae i. e. grata ac blandiens vox puellae. -- *revocaverit*, nempe in vitam, de qua locutione vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 264. Kuin.

16. *Concessum -- iter*) *nullis* in Perreii et Passerat. codice, in pr. et sec. Vatic. an forte voluerunt librarii *Concessa nullis lege?* ut *Fatorum nulli revolubile stamen* IV, 7, 51, sed praestat vulgata; ut neque Heinsii coniectura *iterabit iter* ullius cod. auctoritate fulcitur, et vel uno Catulli loco III, 10 *redibit* vindicatur.

ELEGIA XXVIII

Ad Iovem pro vel *de amica aegrotante* inscribitur in Regiis, Borrich. meo pr. Mentel. Groning. Dresd. aliisque codd. et edd. prr. Veneta, Reg. Lep. Aldd. caeteris, vel simpliciter *de amica aegrotante*, ut in Colbertt. meo sec. primam inscriptiouem praefero, Iovem enim invocat, quia periuria punit, vid. vs. 10; Auctor Ciris vs. 156; et quia morbi ex Iove, Hom. Odys. I, 411.

2. *tuum mortua crimen erit*) eriges sententiam, si interrogationis notam apponas, *crimen erit?* pro *mortua* legitur *gloria* in cod. Dresd.

3. *tempus, quo*) in aliis edd. *tempus, quum*, ut etiam in ed. Graev. marg. correxerat Markland. male. Sic *dies, quo hoc gestum*, in aliis vett. locis praeferunt viri docti, pro *quum*, vid. nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 536. Altero vs. *Incipiunt sicco f. rura Cane* in Excerptt. Modii seu Groning. et Dorv. sec.

5. *Sed non tam*) *Sed nec tam* in Colbertt. sec. Leid. Voss. tert. et quarto, pr. Dorv. et meo. *sed neque* in Modii Excerptis.

7. *Hoc perdit*) *perdet* malim cum Heinsio, propter sequentia, *hoc perdidit ante*. B. Sed ut recte notavit Barthius ad h. l. praesens tangit etiam Cynthiam, et omnium codd. auctoritate firmatur. K.

10. *Quicquid iurarunt -- rapit*) *iurantur* in libro Posthiano, probante Palmerio. Male. *iuratur* in uno Colbert. Excerptt. Scalig. Borrich. Leid. sec. Voss. tert. et quarto, Heins. utroque Dorv. meo pr. et aliis codd. quod non prorsus reiecit Dorv. in Obss. Misc. l. c. pag. 8. *iurarem* Neapol. *ventus* et *aura* sec. Leid. et tert. Voss. *aura* etiam probabat Schrader. ex Ovid. Am. I, 8, 106. BVRM. Sed vulgatam lectionem tuetur locus Ovid. Am. II, 16, 46 in notis ad h. l. laudatus. add. Meleagr. ep. LXXI; Anal. Brunck. tom. I, pag. 21. νῦν δ' ὁ μὲν ὅρκια φησὶν ἐν ὕδατι κεῖνα φέρεσθαι. K.

11. *Num sibi collatam* etc.) *Nunc sibi* Voss. pr. et Dorv. sec. *Non sibi* Dorv. pr. et Neapol. *praelatam* Mentel. et pr. Leid. Male omnino. Maius enim est, ut fingat, Venerem sibi mortalem formam ne collatam quidem, multo minus praelatam, pati posse. Vid. Ovid. Rem. 712. Deinde *ipsa peraeque* in Dorv. sec. *pereque* Neapol. *pareque* meus sec. *peraegre* Excc. Scalig. *ipsa paremque* in Modiano seu Groning. uno Colbert. Askew. et marg. Voss. tert. *illa per aequor* in Palat. Gebhardi. Seq. versu *Semper formosis* conj. Markland. et V. D. notante Dorv. ad Charit. pag. 616. sed qui recte vulgatum praefert; sequitur enim vs. 13: *Semper formosae* etc. Pro *invidiosa* Behotius Apophor. II, c. 19 malebat *insidiosa*, et sic Heius. in notis ad Tacit. Annal. VI, 5. Sed vulgatam retineo. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 606. sequens distichon huic praeponendum censebat Vulpius. Burm.

13. *non nostis parcere verbis)* Gebhardus male corrigebat *postis* i. e. potestis, vid. Gronov. Obss. IV, 22, qui *nosse* eadem virtute esse, qua posse, observavit laudato hanc in rem loco Statii Sylv. I, 2, 49; Martial. X, 33, 9. K.

15. *Sed tibi -- vitae*) *mihi* in Heins. et meo pr. *Sed ubi* unus Regius. *vexata vita* in pr. et sec. Vatic. et Perreii cod. An forte *versatae vitae* vel *versata vita ?* pro agitata. Amat nostêr hoc verbum efficaciae non vulgaris, et frequenter haec verba permutata sunt. Vid. Patruum meum ad Ovid. Am. II, 2, 29.

16. *Extremo -- hora die*) *venit* in Regg. Colbertt. Dresd. duob. Leidd. tribus Voss. pr. Dorvill. meo sec. et plerisque edd. vetustis. *veniat* in Askew. sed *veniet* in cod. Perreii, Colot. tribus Vaticc. Scalig. et Modii Excc. Groning. et sec. Dorv. Pro *hora* in aliis libris *aura* haberi testatur Passerat. et sic emendat Pricaeus ad Apulei. Met. XI, pag. 666, ubi h. l. affert *post multa pericula* pro *per*, ut coniec. etiam Markland. Passim vero *aura* et *hora* permutantur. Vid. interpp. ad Ovid. Heroidd. III, 44. Burm. add. Ovid. Pont. III, 3, 84; IV, 5, 20; Fastt. II, 148. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 139 et 639. K.

17. *Iō versa caput)* Eldikius coniecerat: *Iō versa vaga ut primos* etc. *ut* pro *postquam*, ut saepe. sed *vaga* et mox *vagata* hic minus concinna sunt. Pro *mugiverat* vitiose in uno Colbert. *arguerat*: an forte in hac scriptura latet *mare fugerat?* pro *per mare*, coll. Ovid. Heroidd. XIV, 101; sed *mugiverat* defendit locus Ovid. Heroidd. XIV, 87 sqq. add. Met. I, 745. BURM. Hinc et improbanda Astii coniectura, *erraverat*; cui inepte dictum videbatur *mugiverat* i. e. vacca fuerat, quum hoc iam indicarit poëta verbis: *versa caput*. Nec audiendus Heinsius, qui et *versa caput* inepte dictum notabat, quum tota mutata sit. Vid. notas ad h. l. KUIN.

18. *Nunc dea -- flumina vacca bibit) flumine* in Exceptt. Scalig. Heinsiano et meo pr. ut ap. Ovid. Epp. XIV, 97. *Fonte bibis* etc. et hoc praeferri posset propter sonum auribus gratiorem, sed alterum tuetur Broukhus. laudat Ovid. Met. I, 634: *limosaque flumina potat*. Virg. Ecl. I, 63; et Val. Fl. IV, 379.

19. *Ino etiam prima terras* etc.) *terris* in cod. Perreii, Colot. Neap. Vatic. quinto, Borrich. Mentel. Excerptt. Modii seu Groning. Askew. Leidd. Voss. utroque Dorvill. meis. *terras* ex edd. prr. edidit Broukhus. prolatis similibus locutionibus (*maria ambulare*, *terras navigare* Cic. Fin. II, 34 al.) quibus adde quae Schraderus dedit Animadvv. ad Musae. c. 17, pag. 300. et hoc probasse, *per* subintelligendo, videtur Vossius de Construct. c. 66, pag. 591; et Ian. Gulielmius ad Plauti Pseudolum c. 6. *vagavit* in sec. Leid. et sec. Dorvill. *Leucothoën* vel *Leucothoëm* in Mentel. Borrich. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis et edd. priscis; apud alios vitiose *Leucothoa* (*Leucotheam* cod. Dresd.) Vid. Munker. ad Hygin. fab. 2; et notas ad el. 26, 10.

21. *monstris fuerat) monstrata* in pr. Voss. et meo sec. Versu seq. pro *erat* legebat Eldikius *ovat*, propter praecedens *implorat*, et sequens *regit*.

23. *erraverit*) Gebhardus, quoniam in membranis aliquid erasum in voce *erraverit* invenerat, inepte refingit *circaverit*, verbo ex Glossariis deducto.

26. *Illa -- tuae*) Distichi huius sensus perobscurus videbatur Dorvillio. Markland. coniec. *sepultura facta beata tua*, ut supra el. 15, 2: *deliciis facte beate meis*. Forte *fata* eius *beata* vocat, quia mortis beneficio ab aerumnis ac morbis soluta ad Semelen et antiquas Heroïdas iret, vid. Senec. Agamem. 589 sqq. BVRM. Hanc Burmanni explicationem caeteris verbis non convenire observat Astius ad h. l. ipse legendum censet: *Dote sepulturae facta beata tuae*, ut *dote*, i. e. munere, inserviat periphrasi. Quae tamen coniectura vel propterea mihi non arridet, quoniam *dote* nimis a vulgari lectione recedit. Equidem legendum puto: *Ipsa* (cum cod. Palat. et Bononiensi) *sepultura facta beata tua*, qua lectione admissa, nihil superest, quod lectorem offendere possit. Saepius autem voces *fata* et *facta* turbavit librariorum negligentia. Vid. Obss. ad Prop. I, 19, 2. KVIN.

27. *quo sis formosa periclo*) ita ex suo cod. sec. edidit Broukhus. ut recte emendaverant etiam Fruterius, Guyetus, Heins. et Behotius Apoph. lib. II, c. 19. male in reliquis codd. et edd. priscis *quo sit*, ut affert etiam Nestor in Vocabular. pag. 170; ubi et *Semele*, ut in meo sec. Versu seq. etiam forte *tuo malo* rescribendum pro *suo*, vel cum Santenio, *credet et ipsa suo*. *credat* male in ed. Graev. et *manu* vitiose in cod. Regio pro *malo*.

29. *Et tibi -- omnes*) *Maeonidas* Voss. quart. Dorv. sec. et edd. vett. *Maeonias* Voss. tert. et *Maeonidas* a man. sec. *Maeonias interque Heroidas* Regg. Borrich. Neapol. pr. et sec. *inter et Heroides* Mentel. pr. Leid. *et Heroidas* Dresd. *omnis Heroidas inter* Leid. sec. pr. et tert. Voss. quod adstipulatur Heinsii coniecturae *Maeonias omnes Heroidas inter*. In Excerptt. Scalig. et Dorv. sec. vitiose *Nereidas*: sed *Maeonias inter Heroidas omnes* in notis suis corr. Scaliger. Vid. nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 605, 606. Micyllus ad Ovid. Met. V, 268 hic legisse videtur: *Et tibi Meonides interque Heroidas omnes*, ut *Maeonides* pro Musis dicantur. Versu 31 pro *Nunc* cod. Dresd. *Hunc*.

33. *Hoc tibi -- Iuno*) hoc distichon recte Broukhus. post vs. 2 *Tam formosa* etc. collocavit, quum in omnibus codd., et edd. priscis legatur post vs. 32: *Et deus vertitur* (i. e. mutatur, vid. Patrui notas ad Val. Fl. II, 572) *ipse dies*. Pro *tibi* Puccius correxerat *ibi*. *Hic tibi* Vatic. quint. *poterat*. pr. Voss. et meus sec.

35. *Deficiunt -- rhombi*) *sub cardine* in Excerptt. Scalig. *crimine* in Voss. tert. a manu pr. *sub imagine* in Colbertino et pr. Voss. a pr. manu. *turbine* conj. Heinsius. Deinde *nimbi* pr. Leid. et Voss. quart. *nymbi* Askew. Regii, et unus Colbert. in cuius tamen marg. *rombi*. *rumbi* Borrich. et mei. *bombi* Neapolitanus, in quo nova hic incipit elegia. Recepta lectio sana, vid. Cerda et Vrsinus ad Virg. Ecl. VIII, 37.

36. *Et tacet -- foco*) *iacet* in omnibus fere codd. etiam Vossianis, sec. Leid. Borrich. Dorvill. et meis, ac edd. vetustis legitur, quas enim priscas edd. innuat Broukhus. e quibus *tacet* se revocasse ait, comminisci non possum; in sola Canteri ed. Antuerp. a. 1569 exstat *Et tacet* et in marg. exponitur *non crepat*. Recte tamen *tacet* vindicavit post Passeratium, et hoc probat Caelius Rhodiginus Lect. Antiq. V, 7. Burm. Peccaruut enim saepius in verbis *iacere* et *tacere* librarii, vid. quos laudavit Drakenb. ad Liv. IX, 6, 12; Heins. ad Ovid. Met. XV, 189; Bentlei. ad Horat. Carm. I, 37, 25; Davis. ad Cic. Tusc. I, 3; Burm. ad Val. Fl. III, 732; et Markland. ad Stat. Sylv. I, 3, 40. K.

37. *Et iam -- descendere coelo*) *discedere* ex Palatino probat Gebhardus, quae verba frequenter quidem commutantur, sed hic nihil variant caeteri codd.

38. *concinit omen avis*) *condidit omen anus* in codd. Regiis, Dresd. et Voss. tertii marg. ut in ed. Ven. 1475, Reg. Lepid. Aldd. Iunt. Colin. et Gryphii, et hoc ex libris Ach. Statii probat Barth. ad Claudian. in Eutrop. I, 9, pag. 1277, quod recte reiecit Broukhus. et sic in ed. Volsci, licet in notis de infaustis avibus exponat. *avis* est in Neapol. Colot. pr. et sec. Vatic. et Modii Excerptt. *concitat omen avis* cod. Perreii. *condidit* etiam in duob. Voss. pr. et sec.

pr. Dorv. et meo sec. Veram lectionem *concinit omen avis* ex Borrich. et Groning. recte adstruxit Broukhus. quae firmatur a Colot. pr. et sec. Vatic. Excerptt. Modii, Livineii codd. et Askew. et vindicatur unice ex loco Ovid. Am. III, 12, 2; et Heroidd. II, 118. *conticet* conj. Heins. in marg. ed. Ald. sed *concinit* loco movendum non est.

39. *Una ratis fati* etc.) *Vda ratis* male conj. Heinsius. Pro *Caerula* in uno Colbert. *Garrula*, in altero *Gerula*, quod ex Palat. et aliis membranis protulit etiam Gebhardus, et inde legendum coniicit *Gerrea*, quasi ex gerris et cratibus consuta. Minus ineptum esset *Lurida*, sed *Caerula* optime se habet. Versu seq. *Sed non unius* male in Neapolitano.

44. *Per magnum salva*) *per magnum est* in pr. Leid. Voss. Askew. Dresd. meo sec. aliis codd. et edd. priscis. Sed omittunt illud *est* Borrich. Groning. Heins. Dorv. et meus pr. caeterique, quod recte comprobavit Broukhus. (quum et aliis in locis similibus *est* omittatur, infra IV, 3, 72; Ovid. Am. II, 13, 25; Virg. Aen. III, 288; et poëta, si plena oratione uti voluisset, dixisset *ponit, dedicat* aut tale quid.) Idem Broukhus. praeced. vs. olim conieecrat *sacro me munere*, ut cod. suo adscripserat, sed postea id reiecisse videtur.

45. *Ante -- adoperta sedebit*) *operta* Mentel. Dresd. unus Colbert. pr. Leid. Voss. et meus sec. *adoperata* cod. Heinsii et meus pr. *operata* Neapol. quod probasse videtur Heins. ad Ovid. Am. II, 13, 17. Idem Heins. in marg. ed. Ald. hunc locum sic legendum coniecerat: *Ante tuosque pedes illa, Isi, operata sedebit*; vel: *Ante tuos haec, Isi, pedes op. sed.* vel denique: *Ante tuosque p. lino, Isi, adoperta sedebit,* ultimae coniecturae favet locus Tibull. I, 3, 30.

47. *Haec tua -- clementia*) *Nec* in Voss. pr. Dorv. sec. et meo sec. in quo etiam *moveat. moneat* in Dorv. pr. *movet* Voss. pr. *tu* Mentel. *Huic* corr. Heinsius. Malim cum Passerat. Guyeto et Markland. *Hanc tua, P., maneat cl.* Pro *nec tu* in Askew. *nec ter.* Dein *Persephone* pr. Leid. Voss. Askew. Dorv. uterque et edd. prr. hoc est *Persephones*. *Persephonae* Mentel. Dresd. Borrich. *scevior* Voss. pr. et meus.

50. *Pulchra -- si licet, una locis*) *in superis scilicet* in duob. Leidd. Dresd. Voss. tert. Groning. Dorvill. et meo utroque, ut in prr. aliisque edd. priscis, et ap. Octavian. Mirandulam in Viridar. Illustr. Poët. fol. 206, quod ex codd. Palatt. tuetur Gebhardus. Sed *si licet* in cod. Perreii, Colot. sec. Vatic. caeterisque, quomodo etiam Heinsius, vel, *sit licet una*. Nam *una* in Regg. Colbertt. et plerisque aliis codd. atque edd. priscis. *illa* Excerptt. Scalig. *supera loca* hic opponuntur *infernis*, ut *apud superos*, τοὺς ἄνω, *vivere*, est inter homines versari, respectu sedis iufernae, sive apud τοὺς κάτω. Vid. II, 1, 37; Ovid. Fast. I, 247.

51. *Vobiscum est Iöle -- Tyro*) *Vobiscum Antiope* in vetustis libris haberi testatur Voss. ad Catull. pag. 237, et probare videtur, quia Antiope et Tyro ab Homero quoque inter Orci incolas iunguntur. *Antiope* etiam placebat Heinsio et sic in cod. Perreii et Colotiano: huius quoque inter formas laudatas meminit noster I, 4, 5. *Iole* tamen ne hic sede sua moveatur, suadent alii codd. in quibus *Hyope*, ut in duob. Leidd. et tert. Voss. *Iope* (de qua nulla apud vett. memoria est) in meo utroque, ut in prr. et priscis edd. et sic affert Mirandula in Viridar. fol. 206 b, quod favet illis, qui *Antiope* legunt. *Iople* Askew. *Vobiscum est Io* Vatic. sec. *Niobe* Dorv. sec. vitiatae lectiones ex *Iöle*, ut clare in Modiano seu Groning. cuius ultima forte syllaba in *Iöpe* a librariis mutata et petita fuit ex seq. *Europe*: et hoc praetulerunt Passerat. Guyet. et Dorvill. in Obss. Misc. Vol. II, pag. 103 sqq. Pro *Tyro*, de qua vid. Ovid. Epp. XIX, 131, et Carrion. ad Val. Fl. I, 83; V, 479. male *Pyrrho* in Groning. legitur. Deinde *Vobiscum est* in tert. et quart. Voss. et meo sec. in quo *nobiscum* et *Europae*. *Europa* ultima producta, ut in aliis nominibus propriis saepe, ap. Mirandulam. *est candida* Dresd. *Pasiphone* pr. Leid. Voss. Dorv. et meus uterque. *Pasiphea* Neapol. *Pasiphie* Askew. *Pasyphiae* vitiose in ed. Veneta 1475. *Pasypha* in Reg. Lepid. in reliquis *Pasiphae*.

53. *Et quot Iöna tulit*) Hanc Scaligeri emendationem ex codd. vett. vestigiis, in quibus *Hioa*, vel *Hiona*, dedu-

ctam, et probatam Scriverio ad Martial. pag. 26 in contextum admisit Broukhus. Sed metaplasmi illius *Iōna* pro *Iōnia*, exemplo destituimur. *Et quot Troia* in Regg. Colbertt. Groning. Borrich. duob. Leidd. tribus Voss. Askew. utroque Dorv. et meis cum prr. aliisque edd. ut affert etiam Nestor in Vocabulario pag. 3 b; in *Achaia* pag. 152 b; et Mirandula in Viridario d. l. ubi distinguitur: *Et quot Troia tulit vetus, et quot* sqq. (Sed de Troia in seq. vs. demum agitur). *Sparta* conj. Heinsius, firmabatque ex I, 4, 6, quod arrideret, si praecessisset *Vobiscum Hermione* pro *Iole*. Etenim *Iole* melius conveniret *Quotque Euboea tulit*: vel latet alterius regionis vel gentis formosarum feminarum fecundae nomen. Gruterus Suspic. ineditar. lib. XXII, c. 13 conj. *Et quot Eos retulit, vetus* etc. ut signet regionem orientalem. Male, acquiescamus potius emendationi Scaligeri. Idem Scaliger versu seq. *Thebae* restituit, pro *Phoebi*, quod in omnibus codd. et edd. supra memoratis. *Et Phoebi et Priami diruta membra senis* ex libris inemendatis affert Nestor in Vocabular. pag. 112 b. *diruta templa* male Voss. quart.

55. *Et quaecumque -- puella*) *Et quaecumque aliquo in numero* Heins. in notis ad Prop. pag. 704 post Adversaria. Idem in ora ed. Ald. conj. *Et quaecumque harum in numero*; et sic Ayrmannus; vel *Et quaecumque erat in numero hoc Romana puella*. Sed nihil invitis codd. et edd. priscis innovandum.

56. *has omnes ignis avarus habet*) *a somnis* in Borrich. Heins. et meo pr. Pro *ignis avarus* Francius olim conj. *ignis Avernus*, et sic in ora libri sui Markland. unde etiam aliquando conieceram *ignis et Orcus*. Sed lectio recepta proba est.

57. *Nec forma -- perennis*) *nec cuiquam* in Heins. et meo pr. *nec cuique* Askew. *aut cuique* ed. Ven. Reg. Lep. Ald. et Gryph. *haud cuique* Dresd. ed. Iunt. et Colin. sed *aut cuiquam* Groning. Leid. pr. Gebhardi codd. et alii. *Nec forma aeterna, aut cuiquam* Ayrmannus. *perenne* Heinsius propter praecedens *aeternum* probante Dorvill. in

Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 9. Altero versu *sors sua* Markland. sed vulgatam tuentur loca vett. in quibus frequenter haec gnome occurrit, ap. H. Stephanum Schediasm. lib. V, c. 13.

59. *Tu quoniam -- periclo*) *Nunc quoniam* Heinsius, *ex* pro *es* Leid. pr. *magno dimissa periclo* Leid. sec. et Askew. quod placebat Marklando et Schradero Emend. pag. 132; sed *demissa* in reliquis omnibus et edd. priscis.

60. *Munera -- choros*) ita legitur in Excerptt. Scalig. Modii, Mentel. Groning. Voss. Heins. meo utroque et edd. antiquissimis, probantibus Scaligero, Lipsio et Broukhusio. *choro* in Dresd. ed. Volsci, Aldi et Iuntae. *redde tuae* in sec. Dorv. Sed recte Heins. in notis ad Prop. pag. 704 emendabat *redde tholo*, quod adstruit locis Statii Sylv. I, 4, 33; III, 1, 3; Theb. II, 734; IV, 333. Vid. Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 9, et Wakker. Amoen. liter. pag. 82: firmatur haec lectio libro Passeratii, Ferrarii et cod. Colotiano.

61. *Redde etiam excubias divae*) vix latinum esse dicit Heins. in notis pag. 704 emendabat *Redde etiam exuvias*, vestes intelligens, in quibus decubuerant aegri, quasque diis salutiferis dedicabant. Sed ad alteram lectionem vindicandam faciunt, quae notavit Valens Guellius ad illud Virg. Aen. IV, 201. *Excubias divûm aeternas* etc.

62. *solve -- decem*) *solve* in Regiis, Colbertt. Borrich. Dresd. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. pr. Dorv. meo utroque, prr. et caeteris edd. priscis. *redde* in solo Dorv. sec. ut e suo cod. legi iusserat Scaliger et edidit Broukhus. Sed *solve* veram lectionem esse, docet locus Tibull. I, 3, 29, ubi vid. Broukhus. (*redde* librariorum incuria repetitum videtur. K.). Male Gebhard. e suis codd. distinguebat: *iuvencae*, *Votivas*, *noctes* etc. Burm. Vltimis versibus, in quibus supplicatio est ad Iovem pro Cynthia aegrotante, indecentius elegiam hanc finiri, et singulare carmen esse, censebat Wakker. Amoen. Lit. c. 12, pag. 82. Santen. *in Addend.*

ELEGIA XXIX

Ad Cynthiam de sua visione inscribitur in Regiis et Colbertt. qui titulus elegiae 26 aptius convenit. Praecedenti male connectitur in Voss. pr. et meo sec.

1. *Hesterna -- vagarer*) *Extrema* Heins. *modo lux* pr. Voss. et meus sec. *vagarem* Excerpta Modii et Groning. sed recte notat Broukhus. antiquata verba non facile aucupari Propertium.

3. *minuta venerat)* *minuti Venere* Heinsius. *puerorum turba minuta* Francius. Sed *pueri*, *turba minuta* per appositionem dictum est. *hoc vetuit* Neapol. et unus Dorv. *metuit* Borrich. *nos numerare* Voss. quart.

5. *Quorum — retinere sagittas*) Melius forsan hic legeretur *Horum alii*, quam seq. disticho *horum* pro *quorum*, ut Broukhusio videbatur. Dein *petiere sagittas* in cod. Colbert. *tenuere* conj. Heins. ut aliquando coniecerat etiam Broukhus. sed postea repudiavit. An igitur praestiterit? *alii intentare sagittas*, ut cum seq. versu *vincula parare* exprimat habitum Cupidinum, qui Propertium suis armis singuli aggrediebantur. Versu seq. *est* in cod. Dresd. desideratur.

7. *Sed nudi fuerant*. etc.) *fuerunt* Heins. pro *lascivior* in Voss. quarto *luxurior*. Dein *Accipite* Voss. pr. et Groning. *Abripite hinc* conj. Heins. hoc admisso, distinguendum esset: *Abripite hinc pueri, nam bene nostis, eum.* sed vid. eum ad Ovid. Met. III, 694. *iam bene* Neapol. et Voss. quart. *Arripite hunc ipsum, nam bene nostis, ait* legebat Francius.

9. *Hic erat -- locavit*) *Sic erat* Heinsius. *reliquit* in codd. Regg. Borrich. et aliis, ac prr. et priscis. edd. sed *locavit* cod. Perreii et Colotii, Dresd. pr. et sec. Vatic. Mentel. Groning. caeteri. Versu seq. ex Voss. pr. et meo sec. legendum: *Dixerat. in collo iam mihi nodus erat*: quod emphasin adiuvat.

11. *Hic -- et alter*) *Hinc* Heinsius. Deinde *at alter* Neapol. sed *et alter* in Regiis, Groning. Dresd. caeteris.

13. *Haec te -- in horas*) *Hoc te* pr. Voss. Heins. Borrich. Groning. et meus. *notas* vel *solitas in horas* conj. Heinsius; sed vulgatam non muto. Altero vs. Dousae emendationem *foris* in contextum recepit Broukhus. *fores* Marklando probum videbatur. *Vt tu nescio quas* Voss. tert.

15. *Quae quum* etc.) *Cum tu* Puccius dat. *Quae tum* in Regiis. *nunc* unus Colbert. *Mygdoniae* Passerat. Guyetus et Heinsius pro Lydia, Maeonia ex Virg. Aen. IV, 216. Sed *Sidonia palla* de Hercule infra IV, 9, 47; et Senec. Herc. Fur. 467. Altero vs. *ac loculos moverit* in prima notarum edit. coniec. Scalig. capsulas aromatum intelligens, sed postea id recte delevit. Aliter, si *loculos* codd. firmarent, cum Heinsio legi posset *aere graves*, pro te emunxerit, seu *pleno vellere carpserit*, ut supra el. 16, 8.

17. *Arabum de gramine*) *germine* coniec. Heinsius. Male. Vid. Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 11; et Markl. ad Stat. Sylv. II, 4, 35. *Arabo de gramine* Exc. Scalig. quod placet. Deinde pro *fecit* V. D. in Obss. Misc. Vol. II, tom. I, pag. 104 coniecit *pressit*. Forte legendum *iecit* pro ventilavit, sparsit, suffiit. Sed praefero coniecturam Boschii: *legit* flores odoriferos, e quibus fiunt aromata: nihil frequentius ap. poëtas, quam ut dii, nymphae, divae legere flores dicantur, Ovid. Met. IV, 315; V, 554; XIV, 350. -- Versu 19 *certo* Palat. pr. *spondeo* cod. Perreii et Vatic. sec.

21. *Atque ita mi iniecto dixerunt*) ita ex Heinsii emendatione recte edidit Broukhus. neque aliter Guyetus et Canterus in ed. Plantin. nam in codd. et edd. priscis legebatur: *me — duxerunt*, ut edidit Scaliger. quibus accedunt duo Leidd. tres Voss. pr. Dorv. Dresd. et meus sec. *dixerunt* exigit vs. seq. et *mi dixerunt* plane ad genium Propertii est, apud quem *mi* pro *mihi* frequens, sed saepe a librariis corruptum est, vid. I, 12, 29; II, 5, 3 al. Vid. Ciofan. ad Ovid. Met. IX, 191, et Patruum meum ad Virg. Aen. VI, 104. Dein pro *iniecto* Borrich. Dorvill. et meus sec. *in lecto*. Voss. tert. *inlaecto*. Altero vs. pro *noctes* Heins. emendabat *noctu*, et sic edidit Broukhus. Male; nam codd. omnes *noctes* servant, et Propert. ex consuetudine

Graecorum loquitur, qui νύκτας de una nocte frequenter dixerunt, vid. I, 16, 23 infra el. 33, 25; Sueton. Calig. c. 11; Apulei. Met. IV, pag. 75, ubi vid. Pricaeum pag. 208.

23. *Mane erat* etc.) Novam elegiam hic inchoandam censebat Guyetus, contradicentibus codd. et edd. prr. aliisque vetustis. Altero vs. *et in lecto* malim ex Modii Exc. seu Groning. Heins. Voss. quarto et meo pr. Mox *Obstupuit* Leid. pr.

26. *quum fuit in tunica*) *tum fuit* in Regiis. Pro *fuit* optime a Fruterio correctum, et a Broukhusio contra Gebbardum adsertum est *fluit*. Burm. Male Burm. contra omnium codd. fidem hanc Fruterii Verisimil. I, 14 correctionem in ordinem recepit, quum et superiora *unquam visa*, ut recte observavit Vulpius, praeteritum requirant. Confirmat etiam vulgatam locus Ovidii Art. II, 297: *Sive erit in Tyriis* etc. Kuin.

27. *Ibat -- Vestae) Ibat et huic -- Neu tibi, neve mihi quae* profert Dorleans ad Tacit. pag. 155: *Ibat, et hinc -- narrabant somnia Vestae* in nonnull. codd. et edd. priscis. *narrabat* cod. Dresd. in aliis *Ibat et in casta narratum somnia veste*, ut legit etiam Guellius ad Virg. Aen. IV, 518, quod a Passerat. defenditur. Lectionem receptam confirmant cod. Perreii, pr. Vatic. Groning. Leidd. Voss. Dorvilliani, mei, alii. *insomnia* Leid. pr. Heinsius in notis pag. 705, et ad Ovid. Fast. III, 417 emendabat: *Ibat et hinc carae* (vel *canae*) *narrare insomnia matri*: vel *canae Vestae*. Sed aliter hos versus collocandos esse censebat Dorvill. in Obss. Miscell. Vol. V, tom. III, pag. 12, quia illud *talis visa mihi* non cohaeret cum praecedentibus, unde Broukhusio videbatur legendum: *Qualis visa mihi*, quum sequatur, *Heu quantum* etc. versum itaque 27, et 28 vel parenthesi includendos, et *talis visa* referendum ad vs. 25, et 26, ut *ibat* positum sit pro *ire parabat*, vel versus 29, et 30 praecedenti disticho praeponendos esse censebat Dorvillius.

28. *Neu sibi -- forent*) *Heu sibi* Mentel. pr. Leid. Dorv. et edd. prr. *Non sibi* Voss. pr. et Dresd. *Seu sibi*, *neuve*

meus pr. *Non sibi*, *neve mihi* sec. *Ne sibi*, *neve mihi* Schrader. Emend. pag. 132. pro *forent* forte corrigendum *vovet*, Cynthia nempe.

29. *somno demissa recenti)* *dimissa* sec. Leid. et Voss. quart. et sic Guyetus, quod etiam Schrader. et Markland. probant. *O quantum* seq. vs. legebat Schraderus, et sic in Vatic. sec. BURM. Prava distinctio loci venustatem obscurat. Lege: — *recenti*, (*Heu* — *valet!*) *Quo tu*, *matutinus*, *ait*, *spec. amicae?* hunc vs. 30 parenthesi includendum etiam monuit Dousa P. HEMSTERHUYS.

31. *Quo tu* etc.) *Quid tu* in pr. Leid. Voss. pr. et tert. Dresd. meo sec. et in prr. caeterisque edd. priscis. *Quid? tu* Guyetus. *Quae tu* in Regiis. Sed *Quo tu* agnoscunt meliores codd. *spectator* Borrich. *amice* male in Dresd. et meo sec. ut et versu seq. *Te* in primo.

34. *verior*) *certior* conj. Heins. pro constantior, fidelior, quod tamen postea repudiavit.

35. *Apparent* -- *presso*) *nonnulla* cod. Heins. et Askew. *vestigia pressa* cod. Dresd. prima Veneta, Reg. Lep. et Volsci. male.

36. *signa* — *duos*) *voluptatis non iacuisse* in Regiis, meo sec. et aliis codd. ac edd. priscis. *nec* in Colot. Mentel. Modii Exec. Vatic. sec. Borrich. et Groning. in quibus etiam *voluptatis*. Passeratius: *voluptati iacuisse*. *voluntatis* in Neapol. vitiose pro *volutantis*, idque quarto casu pro *volutantes*, ut ex libro Farnesiano Lipsius Lect. Ant. II, 10, quae unice vera lectio est, probata Cupero in Addendis ad Lib. IV. Obss. Hemsterhusio et Heinsio in notis pag. 706. Legamus igitur: *Signa*, *volutantes non iacuisse duos* (Hemsterhusio ex libro Farnesiano praeplacet *volutantes nec* i. e. nulla vestigia presso toro apparent, nec signa, quibus deprehendatur, duos iacuisse volutantes). Verba *voluptari* et *volutari* (proprium nequitiae verbum, Gr. κυλινδεῖσθαι, Athen. XII, 11. Vid. Bergler. ad Alciphr. Epist. I, 23) passim confunduntur in codd. Vid. Senec. ep. 79, et 82; Patruum meum ad Petron. c. 79, pag. 393; et Graev. ad Iustin. XII, 16. BURM. Iacobs. in Specim. Emendatt. in auct.

vett. pag. 102 legebat: *Signa volutantes hic iacuisse duos.* Sed quum vulgaris lectio non minus apta sit (referuntur nimirum *signa voluptatis* per ἐπεξήγησιν *ad vestigia*), et plurium codd. auctoritate nitatur, in ea acquiesco. K.

37. *Adspice, ut in toto* etc.) *ut immoto* Markland. ad Stat. Sylv. pag. 299, qui etiam in marg. cod. sui *pectore* coniecerat pro *corpore*, cui etiam accedit Schrader. Emend. pag. 121 (improbante Dorvillio in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 13, cui epitheton *immotum* aptius cadaveri, cui illud datur a Lucano VI, 727, quam agitato pectori iratae feminae videtur). *Surgit* male in cod. meo pr. nam post *Adspice ut* requiritur Subiunctivus. Versu seq. *admisso motus adulterio* legebat Marcilius ad Catull. pag. 10, et sic Heinsius, Relandus et Marklandus, cui etiam *admissi notus adulterii* placebat in notis ad Statium, ut Broukhus. quoque coniecerat: vel *admisso natus adulterio*, quod et Patruus meus coniecerat. Eldikius: *Lividus admisso morsus adulterio.*

39. *Dixit -- dextra*) *suavia nostra* in Regiis, Colbertt. Exc. Scalig. Mentel. Borrich. Neapol. Heinsiano, Leid. et Voss. pr. Dorv. pr. meo utroque, ed. Ven. 1475, Reg. Lep. et Volsci. *somnia* pro varia lect. in cod. Scalig. *opposita veste* in Leid. sec. Voss. tert. ed. Vicent. 1481, et Beroald. sed *opposita dextra* tuentur caeteri codd. et sic in edd. Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. aliis.

40. *Prosilit in laxa*) *saxa* corrupte in Neapol. Dresd. Mentel. Borrich. pr. Leid. Voss. Dorvill. meo utroque. *in sacra* Modianus seu Groninganus. *laxa* tuentur caeteri codd. Passeratius *inlaxa* iunctim. Inepte.

41. *Sic ego — amoris*) Hanc lectionem praetulit Broukhusius. *Hic ego* in Heins. et meo pr. *custos reiector* cod. Perreii, i. e. reiicior. *custos recludor* in Colot. pr. tert. et quinto Vatic. Exc. Scalig. Heins. tribus Voss. meo utroque, sec. Leid. et ed. Vicent. 1481. *custode recludor* pr. Leid. uterque Dorvill. Dresd. edd. Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. idque placuisse videtur Scioppio in notis ad Priapei. Carm. V, qui explicat: excludor a Cynthia, quae

amorem tam sancte colit. *custodis rector* in marg. Voss. tertii ed. Ven. 1475, et Reg. Lep. *amoris rector* in ora cod. Askew. Guyeto hoc distichon erat suspectum, quod et Heinsio videbatur, vel legendum coniiciebat *custodis cultor*, vel *custodi excludor* in notis pag. 706; quod ultimum etiam Marklando inciderat: sed in marg. Ald. *custode excludor* adscripserat Heins. An forte: *tam sancti custos eludor amoris?* -- Vltimo versu: *Ex illa* Dorv. sec. *non mihi* in Mentel. Dresd. Neapol. Borrich. binis Leidd. pr. et tertio Voss. meo sec. ed. Ven. 1475; sed *non mihi* in caeteris codd. et edd. priscis.

ELEGIA XXX

Secutus Broukhusius (adeoque Burm.) editiones Scaligeri, qui ex tribus elegiis, ut in plerisque codd. et edd. priscis legebantur, unam confecit (cuius initium *Quaeris, cur veniam* etc. vulgo el. 31, et finit verbis *Semper vive meo* etc. el. 32, vs. 62), ac, ut Vulp. notat, *hic, si unquam alias, plura sibi licere voluit*, et *omnia miscuit ac pervertit*. Olim nempe in vetustissimis edd. Ven. Reg. Lep. Volsci et Beroald. duae post praecedentem sequebantur elegiae, quarum prior incipiebat *Quo fugis ah demens* etc. dein separata sequitur el. cuius initium *Quaeris, cur veniam* (el. 31) et finit vs. 62, el. 32. *Semper vive* etc. sed in Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. aliis, in tres digeruntur elegias, quarum prima el. 30 inchoat *Quo fugis* etc. altera el. 31. *Quaeris, cur* etc. tertia el. 32 *Qui videt* etc. quae absolvitur verbis *Semper vive* etc. sed plurimis distichis aliter collocatis, quam in Scalig. edd. In cod. Dresd. haec el. *Quo fugis* etc. inscribitur: *ad Cynthiam.*

1. *Quo fugis, ah demens* etc.) *o demens* in Vatic. sec. *Quos fugis* Mentel. Pro *nulla est fuga* in Exc. Scalig. *nusquam locus est, licet usque.* Altero vs. pro *sequetur* in Borrich. *redibit.*

3. *Non si -- aere doro*) *verteris* in nonnull. codd. et edd. priscis. *verteris in aere* ap. Octavian. Mirandul. in Viridario pag. 206 b; sed *vecteris* in cod. Perreii, Mentel. pr. Neapol. reliquis. *in aere* ex codd. quinque et edd. prr. praetulit et in contextu exhibuit Broukhus. male. Vid. Patruum meum ad Lucan. I, 587. *aera* est in Colot. Dresd. pr. Vatic. aliis. *vectere per aera* Heins. in notis pag. 706.

5. *Vel, si te sectae rapiant*) *Vel te secretae* cod. Dresd. *septae* in Modii Excerptt. seu Groning. *septem* in Mentel. et Leid. pr. *rapiant* pro *moveant*, ut in nonnull. libb. legitur, bene ex Regg. Colbertt. et edd. prr. praetulit Broukhus. quod a caeteris codd. firmatur, praecessit enim *moverit*.

7. *Instat -- amanti*) Forte melius interpungeretur: *Instat semper Amor, supra* etc. ut in repetitione emphasis maior sit.

9. *Excubat -- nusquam*) *ninquam* in binis Leidd. Dresd. tribus Voss. duob. Dorv. meo pr. ac reliquis codd. apud me Excerptt. et prr. aliisque priscis edd. *nusquam* edidit Broukhus. ex Groning. hac, ni fallor, ratione inductus, quia in praeced. locorum mutatio memoratur. *alter custos* male in Palat. pr. Gebhardi. *acer custos*, ut ap. Iustin. XXXVIII, 9. *acrioribus custodiis observari iubet*. Cic. ad Attic. X, 16. *acerrime observabimur*.

11. *Et iam — ille est*) Forte *sed jam si pecces* legendum. Dein *viderit ille* Borrich. Leid. sec. Voss. pr. et tert. meusque sec. sed recte *esse* in marg. ut in Neapol. caeterisque, nam *ille* in praeced. vs. *praesentis* Mentel. unus Dorv. et meus sec.

13. *Ista senes licet* etc.) *semel licet* cod. Palat. Dein pro *vita* in cod. Heins. *vite*. an voluit librarius *rite?* sed *vita* bene se habet.

15. *Illorum -- aures*) *onerantur* Neapol. et meus sec. *ornentur* in Exec. Modii seu Groning. sec. Leid. et tert. Voss. sed *onerentur* recte in reliquis.

16. *Hic locus -- sones*) *sonet* in Regiis, Dresd. Mentel. pr. Leid. Voss. Dorv. sec. meo utroque et edd. priscis. Sed *sones* legendum, quum sequatur *natasti*. Heins. in notis

pag. 706: *in quem tibia docta sones.* Ex hoc vs. male *docta* mox repetitur in cod. Dorvill. et Exc. Scalig. *iacta* enim est proiecta, seu *iactata* ap. Claudian. II, in Eutrop. 255. Dein mendosae sunt codd. et edd. vett. lectiones, in quibus *Menandri*, et *pallidus ora timor* exhibetur: *tumor* aeque ac praec. vs. *iacta* probat locus Hygin. fab. 165.

19. *Num iam -- undas*) *Nunc iam* in Groning. sec. Leid. tribus Voss. duob. Dorv. meo pr. et edd. antiqq. *Nunc tu* in meo sec. *Nun* Mentel. *Num iam* Scalig. *Tunc ah dura* Heinsius. *At tu dure* cod. Passerat. et Beroaldi. *At tu dura* Colotian. pr. et quint. Vatic. *Non tamen immerito* Neapol. et Dresd. *Non iam, dure, paras* Schrader. Emend. pag. 134, ut ad illum, qui in militiam abire parabat, non ad Cynthiam, haec referantur, ut supra vs. 1. *Quo fugis* etc. Mox *Phrygia* Mentel. et pr. Leid. *Phryxeas ire per undas* conj. Markland. in ora cod. sui; sed nihil immutari praestat. *per umbras* Dorv. pr. Altero vs. pro *Hyrcani maris* Ianus Helvetius legebat *arcani maris*, Euxinum intelligens, quod arcanum vocari putabat, quia in sinu Oceani remotissimo est, unde *vetitum mare* Senecae in Medea vs. 758. Pro *litora nota* Heins. coniec. *litora lata.*

21. *Spargereque alterna*) *spargere et alterna* ita edidit Broukhus. quia insuavis admodum ei videbatur elisio *Spargereque alterna*, ut in codd. et edd. priscis habebatur, neque tamen eum haec elisio offendit ap. Tibull. I, 3, 34. Vid. nos ad Lotich. IV, 5, 86. *Spargere fraterna communes c. p.* adscripsit Markland. ad oram ed. Graev. indicato Euripidis loco in Medea vs. 166, ubi illa de fratre suo Absyrto occiso, membris in via sparsis. Sed huc respici a Prop. non arbitror. Pro *caede* Heins. conj. *sede*, ut *spargere penates* sit dividere. Pro *alterna* Guyetus *externa*. *praemia magna* pro *dira* in Borrich. Heins. meo pr. *digna* pr. et tert. Voss. et Groning.

25. *Mi nemo obiiciat*, etc.) *Si nemo* Borrich. Heins. et meus pr. *memo* vitiose in Neapol. Heins. in notis pag. 707 divinabat: *Mnemonidum atque utinam*, vel *Dummodo*, aut *Si modo*, *Mnemonidum*, vel denique *Mnemonidum* •

utinam. Deinde *liceat modo*, *Cynthia*, *tecum* in Mentel. Borrich. Voss. meo pr. et in codd. Broukhusii, ut legebat Markland. ad Statii Sylv. pag. 289. *liceat* etiam in pr. Leid. Voss. tert. aliisque; sed *obiiciat liceat* auribus ingratus sonus, et *libeat* defendit locus Virg. Ecl. II, 78: *O tantum libeat mecum tibi sordida rura, Atque humiles habitare casas;* quem Prop. aperte imitatur. *obiiciet*, *liceat modo*, *Cynthia*, *tecum*, Livineius. — Altero vs. *Rorida* in Mentel. Dresd. Borrich. Colbertt. duob. Leidd. binis Dorv. et meo sec. *Florida* Vatic. quint. *Horida* meus pr. i. e. *Horrida*, ut in Heins. *Torrida* in Exc. Scalig. Heinsius conj. *Thespia* et de Helicone agi putabat. Sed versus in hac eleg. transpositi omnes fere coniecturas faciunt incertas. Pro *tenere* legitur *subire* in Leid. pr. Burm. In Scaligeri, Broukhusii et Burm. edd. vs. huius el. 31, et 32 *Quodsi nemo* etc. leguntur ante vs. 23. *Vna contentum* etc. et vs. 33, ac 34 *Nec tu Virginibus reverentia* etc. excipiunt vs. huius el. 26 *Roscida* etc. Burmannus igitur *nemo* repetitum suspicatur h. l. ex vs. 31 (in Burm. ed. 23). *Quodsi nemo* etc. et quum in tribus codd. *Si nemo antra subire*, in Leid. aliisque *virginei reverentia moverit oris* legatur, omnem locum ita restituit:

> *Si nemora adliciant, libeat tibi, Cynthia, mecum*
> *Roscida* (vel *Thespia* cum Heinsio) *muscosis antra subire iugis.*
> *Nec te virginei reverentia moverit oris:*
> *Hic quoque non nescit, quid sit amare, chorus.*

ut invitet Cynthiam, doctam et Musarum amantem puellam, secum potius in *nemora* iugi Heliconii secedere, quam in *nemus Dianae* sub religionis specie currere; cui coniecturae ait favere vs. 40 *Quum videt accensis* etc. qui tamen in codd. et edd. antiquis et hac nostra est el. 32, 9. — Wassenbergius pro *Mi nemo obiiciat!* coniecerat *Id nemo obiiciat:* Waardenburgius vero, quocum ille hanc coniecturam communicaverat, in Obss. ad h. l. Broukhusii edit. secutus, legit: *Vt nemo officiat*, patere enim ait causam, cur poëta in ruris solitudinem puellam invitet, hanc fuisse, ut iniquos

de se rumores extingueret, neve ipsius amori quisquam obesse posset. KVIN.

27. *Illic adspicias)* *Illis* coniec. Heins. *adspicies* in Regg. Colbertt. Borrich. duob. Leidd. tribus Voss. duob. Dorvill. aliis et edd. priscis. B. Sed quae praecesserunt coniunctivum requirunt, ut probe notavit Barthius. K.

29. *Vt Semela — Io)* *Et Semele* in Borrich. vitiose. *Vt semel* in pr. Leid. Voss. quarto, Dorv. sec. meo utroque. *Semele* in edd. priscis. Sed *Semela* in cod. Fruterii, Dresd. Neapol. aliis, quod rectum, ut *Circa*, *Penelopa* et similia. Vid. Heins. ad Virg. Aen. III, 386. *utrum est deperditus Ios* in Dorv. sec.

30. *Denique -- avis)* *a Troiae* in pr. Dorv. Heinsius in notis pag. 707 emendabat: *Devia ut ad Troiae tesqua volarit avis*, ut ad Idam montem, non ad Troiam ipsam, raptum Ganymedem innuat. Sed cum Patruo meo in Obss. Misc. Vol. II, pag. 105 legere malim: *Denique ut ad Troiam tecta vol. a.* ut *tecta avis* iungantur, sub forma nempe et imagine aquilae. Vid. Ovid. Epp. XVII, 46, coll. vs. 56; Lucian. Dial. Deor. XX, 6; ibique Hemsterhus. vel *tecta avis* sit furtim et ex improviso superveniens, ut *tectus hostis* et similia. *tesqua*, loca inculta et horrida, hic non convenientia sunt. Ruhnken. conj. *Denique ut ad Trois tecta volarit avis*, praeclara certe emendatione. Tros enim pater Ganymedis, qui propterea *puer regius* dicitur Virg. Aen. V, 252; et a Servio *Trois regis Phrygiae filius* exponitur. *volavit* Borrich. Heinsianus, meus pr. *volaret* in secundo, ed. Ven. 1475, et Reg. Lepid. sed *volarit* in reliquis, quod non tantum euphonia postulat, ut dicit Broukhus. sed et constructionis ratio, pendet enim ab *adspicias* vs. 27. Seq. vs. 32 *agar* cod. Palat. Gebhardi.

33. *Nec tu Virginibus etc.)* Vid. ad vs. 25. *noveris ora* cod. Borrich. et Heins. *Nec te virginei rever. moverit oris* cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. et sic Lipsius Lectt. Antiqq. II, 10, quod non improbasse videtur Passerat. et Guyeto atque Heinsio placebat. Sed ab Gebhardo reiicitur; melius certe est, quam quod Canterus in edit. suae marg. *reve-*

rentia legebat vocandi casu, hoc modo: *Nec tu Virginibus, reverentia, moveris ora.* Altero vs. male *non noscit* Mentel. Borrich. duo Leidd. Voss. pr. et tert. a manu pr. uterque Dorv. et meus pr. *nunc nescit* in Aldd. Iunt. Gryph. et Wechel.

35. *Si tamen Oeagri* etc.) Pro *si* cod. Ferrarii habet *sic*. Pro *compressa* cod. Puccii *comprensa* (et sic cod. Dresd. quam lectionem non esse nauci, notavit ad h. l. Barthius, *comprehendi alicuius figura* significare eius pulchritudine capi, *prendere* etiam de telo eiusque ictu posuisse Sil. It. XV, 635. K.) Patruus meus ad Quinctil. Decl. XV, 1, pag. 307 legebat: *Si tamen Oeagro* etc. ut *quaedam figura*, primo casu, ab Oeagro compressa dicatur, et *quaedam figura* sit una ex Musis, Calliope nimirum, ut *leves figuras* de puellis dicit I, 4, 9. *quondam* Dorv. sec. et meus pr. Deinde seq. vs. *occubuit* Dorv. pr. *ingemuit* Voss. tert. et meus sec. sed *accubuit* in marg. Vid. Schrader. Emend. pag. 118; Prop. I, 3, 3.

37. *Hic ubi — choreae*) *te prima statuant* Guyetus. *te* certe in quinto Vatic. Caeterum exprimit Gr. ἀρχίχορον, vid. epigr. Graecum ap. Murator. Thes. Inscr. tom. I, pag. 601, et emendatius ap. Dorvill. ad Charit. pag. 150. χοροποιὸς ἄναξ Sophocl. Ai. 712; et talis describitur Sappho in epigr. Anthol. Gr. lib. I, pag. 135 ed. Obsop. (Analect. Brunckii tom. III, pag. 261, epigr. DXXI).

38. *Et medius — Bacchus erit.*) *docta cuspide* in Regg. Colbertt. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. duob. Dorvill. meis et caeteris codd. ac edd. priscis, quod Passerat. tuetur. *tecta* primus correxit Scaliger, probante Broukhusio. rectissime (Laudat Broukhus. Catull. Carm. LXIV, 257; Virg. Ecl. V, 29; Ovid. Epp. XIII, 33; Senec. Herc. Fur. 904). *Qua medius posita cuspide* coniec. Heins. *Bacchus ero* Guyetus. Deinde vs. 40 pro *non valet* Puccius restituit *nil valet*.

ELEGIA XXXI

3. *Tota — columnis*) *Tanta* in Regiis, Colbertt. Dresd. Mentel. Borrich. Heins. pr. Leid. tribus Voss. Dorvill. utroque, meis et priscis edd. *tota* in altero Dorv. a manu sec. ut in Colot. pr. Vatic. Groning. et Scaligeri cod. *erit* Voss. tert. et Dorv. sec. *in speciem* Regii, Colbertt. duo Leidd. tres Voss. bini Dorv. et mei, cum edd. priscis. *Tantam erat in speciem* in Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. aliis. *Tota erat in species* Scaliger, et exponit εἰς ἰδέας, ut picturae, quibus ornata erat porticus, *species* dicantur. Sed verissime Heins. ad Ovid. Art. A. I, 73; Fast. III, 529; et in notis Prop. pag. 708 emendavit: *Tota erat in spatium*, vel *in seriem*, prius probat Auctor Elector. minor. Etonens. pag. 113. *in spatium* in contextum recepit Broukhus. Ponitur autem *in spatium* pro in rectum, in longitudinem, ut copiose animadvertit Dorvill. in Obss. Miscell. Vol. V, tom. III, pag. 14 sqq. Burm. Recte vero Hemsterhusius receptam lectionem, cuius sollicitandae nulla sit idonea causa, quaeque omnium codd. fide firmetur, retinendam esse putabat. *pennis columbis* in suo cod. legi observabat Dorvill. in Obss. Misc. l. c. sic et cod. Palat. *columbis* etiam Dresd. vitiose. K.

4. *Inter quas -- senis*) *Inter aquas* in nonnull. codd. quod Palmerio in Spicileg. pag. 303 placebat. male. *nurus* etiam perperam pro *senis* in Voss. tert. et libro Scalig. Cogitabam aliquando: *Inter quas Danai f. t. feri*, vid. Ovid. Art. A. I, 73 seq. *senem* tamen etiam appellat Danaum Hypermnestra Ovid. Epp. XIV, 43.

5. *Hic equidem -- ipso*) Hoc et seq. distichon Dousa Fil. et Vulpius collocandum esse censent post vs. 16 *Pythius in longa* etc. *Hic eadem* meus sec. *Hic quidam* conj. Markland. quod probat Dorvill. in Misc. Obss. Vol. V, tom. III, pag, 16. *quidam* enim aeque de viris illustribus ac obscuris dici notat, et Augustum intelligit, sub Apollinis imagine illic cultum, ut illius dei effigie in coena duodecim deorum ornatus ipse discubuit Augustus ap. Suet. c.

70, Burm. An *quidam marmoreus* bene dicatur, dubitat Barthius ad h. l. *equidem* i. e. plane, profecto. K. Apollinem ipsum Palatinum, Scopae opus, intelligendum esse, Scaliger et Broukhusius putarunt. Male. Apollo Palatinus stetit in medio ipsius templi, ut solent simulacra deorum, non in vestibulo sive porticu. Ad hunc, non ad statuam Augusti, referendi sunt vs. 15 sqq. hunc Dalecampius ad Plin. XXXVI, 5 confudit cum Capitolino Apolline, de quo idem Plin. IV, 13, et XXXIV, 7. non minus imprudenter Pompon. Sabinus ad Virg. Ecl. IV, 10 Apollinis Palatini bibliothecam (in qua Augustus sibi statuam posuerat, quae h. l. intelligenda est) confudit cum Atrio Libertatis. Male igitur etiam Dousa et Vulp. versuum ordinem mutandum esse putarunt. Santen.

6. *Marmoreus -- lyra)* Pro *carmen hiare* inepte in Leid. pr. duob. Dorv. et meo sec. *carmen habere*. vitiose in Ven. 1475, et Reg. Lep. *crimen hiare*, quod et in codd. Regiis. *hiare* sensu activo etiam ap. Pers. Sat. V, 1; ubi vid. Marcil. pag. 120, et sic Val. Fl. VI, 706. pro *tacita lyra* Koppiers. Obss. Crit. pag. 141 legendum existimabat *tecta*. Sed *tacita lyra* bene se habet.

8. *Quatuor — boves)* *artificis invidia* in Regiis, Palatino Gebhardi, Groning. Leid. pr. Voss. tert. utroque Dorv. G. Vlamingii, meo sec. et edd. priscis. Sed *vivida*, ἔμπνοα, sunt *spirantia signa* Virg. Georg. III, 34. Pro *artificis*, ut in libris pluribus legitur, recte edidit *artifices* Broukhusius, et defendit Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 19. laudat Plin. Hist. Nat. III, 41 *artifex dimicatio*; XII, 25 *artifex temperamentum*. Macrob. II, 9 *artifex nodus*. Iuvenal. X, 238 *artifex os*. Vid. et Barth. ad Stat. Achill. I, 322.

9. *Tum medium -- templum)* ita restituit Scaliger et ex Commelini libro probat Gebhard. *claro* in Regg. Colbertt. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, caeterisque codd. et edd. antiqq. *At medium Pario* legebat Guyetus, ut medium templi dicatur fultum fuisse columnis e marmore Pario. *Pario* etiam conj. Passerat. probante

Heinsio in notis pag. 708, et ad Ovid. A. A. I, 73, cui et *elato* vel *Graio* in mentem venerat. Caet. hoc distichon praecedenti anteponendum censet Dousa F. ad lib. IV el. 1, 3.

11. *Auro — currus*) *In quo Solis erat* cod. Perreii et tres Vaticc. *Et quo* in Regiis, Colbertt. Palatino Gebhardi, Mentel. Borrich. Groning. Leid. pr. quarto Voss. et tert. in marg. Dorv. primo, meis duobus et edd. prr. *Et auro* in sec. Leid. et pr. Voss. *a quo* in sec. Voss. *E quo* Dorv. sec. *erant* in sec. Leid. tribus Voss. et meo pr. sed optime se habet *Auro Solis erat currus*, quod in Voss. tert. a manu pr. male alii *Aurea Solis erat* etc. ut in cod. Scalig. quod placebat Heinsio, sed merito reiecit Patruus meus ad Ovid. Met. II, 107.

12. *Et valvae — opus*) *valvae* casu secundo, numero singulari capiebat Patruus meus ad Ovid. Am. III, 1, 40, idque rarius esse observat. Sed primum numeri pluralis casum hic esse arbitror, ideoque distinguendum: *Et valvae, Libyci nobile dentis opus*, per appositionem, ut paulo ante *Quatuor artifices* etc.

14. *funera* etc.) *funere* male in Voss. et meo pr. Altero vs. *deus* desideratur in Heins. et meo pr. geminationem praepos. *inter* improbatam Bentleio ad Horat. Sat. I, 7, 11 multis vindicavit Cuningham in Animadvv. c. XIII, pag. 247.

16. *Pythius -- sonat*) Tristanus tom. I Comment. Hist. pag. 77, et Spanhem. Obss. ad Callim. h. in Apoll. vs. 32 hunc versum ita producunt: *Actius -- canit*. Vnanimi quidem consensu omnes codd. et edd. vett. *Pythius* tuentur; *Actius* tamen hic praeferendum suadet noster IV, 6, 67 coll. vs. 11. Caeterum hoc vs. elegiam hanc absolvunt pleraeque edd. vetustae; et sequitur el. 32. *Qui videt* etc. Ant. Perreius editioni Ald. adscripserat: finem huius et principium illius seq. elegiae haud dubie desiderari. -- Sed Scaliger eum in ordinem digessit, quo edidit Broukhusius, quem secutus sum. BVRM. In Guarner. et cod. Dresd. sequitur eodem contextu el. 32. *Qui videt* etc. quod et in

edit. Brix. factum est. Muretus, Graev. et Vulp. cum Goetting. post vs. 16 asteriscos ponunt in media linea, ad indicandum desiderari aliquid. BARTH.

ELEGIA XXXII

1. *Qui videt, is peccat* etc.) Imitatur Callim. h. in Apoll. 10. Ὅς μιν ἴδῃ, μέγας οὗτος, ὃς οὐκ ἴδε, λιτὸς ἐκεῖνος. -- *Qui volet* Voss. pr. *qui te non viderit* in Exc. Scalig. Mentel. Borrich. Groning. Leidd. Voss. utroque Dorvill. et meis; nec aliter in Regiis et Colbertt. vel *qui non te viderit*, ut in Aldd. Iunt. Colinaei, Gryph. aliisque edd. *qui videt haec* cod. Dresd. Deinde *aegre concupiet* divinavit Heins. qui recte emendasse videtur *facti lumina crimen habent*, vid. eius notas pag. 708, et sic Markland. BURM. Nil mutandum: *facti crimina lumen habet*, doctius et magis poëticum. K.

3. *Nam quid Praenestis* etc.) *Praenesti* cod. Perreii, Mentel. duo Vaticc. Dresd. Borrich. Groning. Regii, Colbertt. Leid. pr. Voss. quartus, Dorv. pr. Askew. mei; ut ex cod. Vatic. et Farnesiano etiam affert Lipsius Lect. Antiq. V, 20. *pernosti* Vatic. quint. Voss. tert. in marg., Dorv. sec. ed. Ven. 1475, et Reg. Lep. De sortibus Praenestinis vid. Morisotus Cent. II, Epist. 86; Broukhus. ad Tibull. I, 3, 11; et Gorius ad tom. I Inscript. Florent. pag. 265, ubi male *Alaei* in minore versu affertur. *dubitas* corrupte in Colbertino. Pro *Acaci Telegoni* vitiose in codd. *Eaci* vel *Eaci Lethogoni* vel *Thelegoni*.

5. *Curve te -- Tibur?*) *Cur vatem H.* Regii Dresd. Colbertt. Mentel. Borrich. Vatic. sec. et tert. duo Leidd. Voss. pr. et tert. Askew. uterque Dorv. et mei, et superscr. in quarto Voss. et sic in edd. prr. *Cur autem* Vatic. quint. *Curva tenus* Vatic. pr. Beroaldus coniecerat: *Curva ten' Hercul. dep. esseda Tibur?* Lege cum Heinsio: *Cur tua in Herculeum te portant esseda Tibur?*

6. *Appia cur -- ducit anum?*) *te tua dicit anum* in Regiis et Colbertt. *dicit* etiam male in Ven. edd. et Reg.

Lep. Lectio *anus* non immerito offendit viros doctos. Alia res est supra el. 18, 20. Volscus *anum* interpretabatur *aniculam praestigiatricem*. Vulpius notat Propertium vel ex ira vel ex nimia familiaritate *anum* vocare Cynthiam (vid. et Barthii Vit. Chronol. ad a. 723). *anus* est in Mentel. Borrich. Heins. pr. Leid. Voss. et meo, et sic legendum contendit Markland. ad Stat. Sylv. IV, 4, 163, ut *Appia anus* dicatur quae *Appia annosa* Statio. Heinsius conj. *onus*, quod probat Broukhus. certus tamen locum in menda cubare. Eldikius tentabat: *Appia cur toties te via Tarracinam*. Vid. Antonini Itinerar. pag. 106, 107, et Pinedo ad Steph. Byz. h. vs. Wakkerus Amoen. lit. pag. 85 corrigit: *te, pia, ducit anus? pia* i. e. si pia sis: vel etiam per ironiam. Eruditus Anglus in Miscell. Obss. Vol. II, tom. I, pag. 106 tentabat: *Appia cur toties te via Lanuvium?* scil. deportat ex praec. versu; ut *ducit* ex interpretatione irrepserit. Neque haec emendatio nimium abit ab edita scriptura, nam in illis *via anum* latent fere vestigia vocis Lanuvium, et egregie confirmari potest ex loco IV, 8, 15 sqq. *Huc* (Lanuvium) *mea* etc. Neque tamen eam probat Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 18, et quod Cynthiam suam *anum* hic appellet poëta, aliis quidem exemplis Graecorum poëtarum ex Anthol. Graeca desumtis hanc inurbanitatem excusat; tandem vero eo inclinat, ut sibi valde blandiri profiteatur coniecturam Hadr. Relandi: *Appia cur toties te via ducit? Amas*: vel *Amas?* cum interrogatione. Neque diffiteri possum elegantem et ingeniosam esse hanc coniecturam, ut Cynthiae vagos amores exprobret, quibus plena erat Appia. Vid. Cic. pro Caelio c. 14. Saepius autem illud *Amas*, vel *Amo*, in fine pentametri quasi ex formula simili acuminis elegantia post alia additur; supra el. 8, 12; Ovid. Epp. V, 130; XI, 34; XVII, 88 al. Illa tamen eruditi Britanni emendatio magis mihi genium Propertianum, Relandiana Nasonianum potius referre videtur, praesertim propter illum locum IV, 8, 15, e quo patet, per viam Appiam puellas Romanas saepe Lanuvium petiisse, amorum causa, et quo minus

nunc illud Relandi *amas* placeat, causa est, quia hanc suspicionem mox vs. 17 *Falleris* etc. Cynthia indicat, adeoque bis idem diceret. BURM. Heinsii *te via ducit onus*, frigidum et coactum videtur. *Lanuvium* a vulgata lectione nimis recedit. Si quid mutandum, eum Marklando reponerem *anus*; quae emendatio genium Propertianum optime refert, et codd. auctoritate firmatur. Similiter *charta anus* ap. Catull. LXVIII, 46, ubi vid. Vulpium. *terra anus* Plin. H. N. XVII, 5. *testa anus* Martial. I, 106. KUIN.

7. *Hoc utinam -- vacabis*) *spatiare* Colbert. Borrich. Heins. sec. Leid. tert. Voss. mei. *quicumque* sec. Leid. *quocumque* pr. et edd. vett. *quodcumque vocabis* Borrich. Dresd. *quodcumque vacabis* pr. Vatic. Neapol. Mentel. Groning. quod probat etiam Markland. adscripto Ovidii loco Fast. II, 18, ubi vid. interpp. add. Calpurn. Ecl. III, 13. *vocaris* Voss. quart. *quicumque vocabit* vel *vacavit* Heinsius in notis pag. 709. idem in marg. ed. Ald. coniec. *O utinam spatiere loci* (vel *loco*) *quocumque vacabit.* Sic *vocare* et *vacare* confunduntur in codd. ap. Stat. Theb. VIII, 186; Lucan. II, 476, ubi vid. Patrui mei notas. (add. Drakenb. ad Liv. V, 8, 2; ad Sil. Ital. X, 112. K.) *quocumque vagaris* in aliis, quod placuit Lipsio, Dousae, et Gebhardo. Mox *nam tibi me* in Groningano, probante Schradero Emend. pag. 133. pro *vetat* male in Neapol. *vocat*.

12. *Porticus -- Attalicis*) *Actaicis* Borrich. pr. Dorvill. *Attaicis* Neapol. de hac Pompeiana porticu ad deambulationes extructa, praeter alios, vid. Mercurialem de Art. Gymnast. III, 2, pag. 182.

13. *Et creber -- ordo*) Pro *creber* Heins. conj. *celeber*. Dein *pariter platanis* duo Leidd. tres Voss. Askew. uterque Dorv. mei et edd. prr. male. Nam *creber pariter* ingratum sonant, et *pariter surgentibus* iungenda sunt; ut bene transposuit Dousa Fil. *urgentibus* in Regg. Dresd. Mentel. Groning. Neapol. pr. Leid. Voss. quarto, uno Dorv. meo utroque et edd. vett. *planis urgentibus* in Excerptt. Scalig. Gebhardus ex Palatino pr. affert *platanis urgentibus*, et ex sec. *platanis pariter urgentibus*, Markland. ad Stat. Sylv.

pag. 242 *crebri horti* legendum censet, quem optime refutavit Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 19 sqq. Burm. Scilicet monuit Dorvill. voc. *ordo* perquam frequenter de serie arborum ordine satarum dici, vid. Var. Cato Dist. 42; Horat. Carm. III, 1, 9; Virg. Ecl. I, 74, ubi vid. Cerda. et de ipsa platano Martial. III, 58. esse autem voces *ordinare* et *ordines* desumtas a re militari et acie instructa, conf. Virg. Georg. II, 277 sqq. neque mutandum esse ex Heinsii sententia *creber* in *celeber*, ea quidem passim mutari, vid. Burm. ad Ovid. Am. III, 53; sed h. l. a codicibus staudum. K.

14. *Flumina -- Marone cadunt*) Volscus et Beroald. hic argutantur respici ad Virgilium, qui in Eclogis sub persona Tityri se dormientem delectatum dicit aquarum susurro Ecl. I, 56, neque minus nugabatur Perreius, quum margini ed. Ald. adscriberet: *Maronem dici pro quovis poëta meridiante sub umbra arboris.* Turuebi expositionem, qui intelligebat statuam Maronis (Bacchi educatoris, vid. Fulgentius in *Dionysus*) vinitoris, comitis expeditionum Osiridis, positam in aquaeductu, qua saliebat aqua, probavit Passeratius, sed reiecit Broukhus. laudato Scaligero, qui de Marone Peloponnesi flumine non longe ab Alpheo cogitaverat. Marklandus edit. Graevianae adscripserat, legendum esse: *Flumina suspenso quaeque Anione cadunt*, et *suspensum Anionem*, ad aquaeductum nimirum, interpretabatur ex loco Manilii IV, 265. ingeniosa certe et palmaris videtur haec emendatio; *pendere* autem et *suspendere* proprium de opere fornicato, vel saxis erosis, vid. Senec. ep. 41; add. Avien. Descript. Orb. V, 731.

15. *Et leviter nymphis* etc.) Ita recte pro *lymphis*, quod in pluribus est codd. edidit Broukhus. (est enim h. l. de statuis sermo, memorantur: Maro, Nymphae, Triton. K.) Heins. autem legebat: *Et pariter Nymphis toto* (vel *moto*) *crepitantibus orbe*, vel *mota crepitantibus urna*, ut cinctus fingatur Triton a Nymphis in orbem crepitantibus. *Tot leviter lymphis* refinxit Puccius, et agnoscit Ferrarii liber -- Altero vs. pro *recondit* legitur *recludit* in quinto

Vatic. *retundit* Voss. tert. Heins. conj. *refundit* et refert ad concham ori admotam, unde aqua prosilierit; vel etiam legit *subito rore* i. e. quum Triton inflaret concham, etiam Nymphae inflabant, vid. eius notas Prop. pag. 709. *refundit* etiam praefert Patruus meus ad Suet. Aug. 78. *Qui subito* Markland. Burm.

18. *Non urbem demens*) *urbe excedens* (quod, sec. ord. Scalig., *demens* seq. vs. recurrat) corrigit Wakker. Amoen. lit. pag. 87. male. Santen. *in Addend.*

20. *Tendis -- nota mihi*) Pro *docto* Heins. conj. *cauto*. in ed. Graev. irrepsit *retia magna* et sic Dousa Fil. coniecerat, quod recte repudiavit Gebhardus. *vana* Heinsius.

21. *Sed de me minus est*) *est* non comparet in Voss. quarto a man. pr. *minor est fama iacturae* ex vet. cod. Scaliger edidit. *minus est* in Regg. Colbert. et reliquis. Sed forte distinguendum, *Sed de me, minus est:* dein *famae et iactura* Voss. quart. duo Dorv. Altero vs. in Neapol. *mineris* Groning.

23. *Nuper enim de te* etc.) *laesit* in Colot. *laeserat* Dorv. sec. *nostra me laedet* in meo sec. *me venit ad aures* Voss. quart. et *mi* superscr. a manu recentiori, ut coniec. Heinsius, vel *nostras mi laeserat*; qui etiam tentaverat *nostras qui laederet*: vel *nostras se didit*. Guyetus *nostras illudit*, et seq. vs. *urbe fluit*. Locutio *rumor me laedit ad nostras aures* offendisse videtur viros doctos, quam tamen ad Graecorum morem formatam notaverat Markland. adscripto Sophoclis loco ex Philoct. vs. 1445 seq. Vera sine dubio lectio est codicis Groningani, *nostras pervenit ad aures*, cui adstipulatur illud *me venit* in Voss. et sic h. l. legunt Wakkerus in Amoen. lit. pag. 88, atque Schraderus Emend. pag. 136. Altero vs. interpolatam lectionem *Rumpor enim* e Palatino producit Gebhardus. *Et rumor de te non bonus urbe fuit* male affert Abramus ad Cic. pro Milon. c. 16, pag. 858. Burm. Lectio *nostras pervenit ad aures* glossam sapere videtur Huschkio in ep. crit. ad Santen. Rectissime; ipse coniicit: *praecedit ad aures*. Sed nulla mutatione opus est. *Nuper* recentissime. Sic *Haec inter nos nuper notitia admodumst.* Terent. Heauton. I, 1, 1. Kuin.

24. *Sed tu* etc.) *tu* in omnibus codd. et edd. antiquis legitur. *te* a Scaligero est (quod male receperunt Broukhus. Vulp. et Gotting. atque retinuit Burm. K.) quod probasse videtur Heinsius ad Sil. XVII, 34, qui altero vs. coniec. *fabula poena subit*, vel *poena sua est*.

28. *Testis eris -- videre manus*) *testis erit* in Regiis, pr. Leid. Voss. pr. Dorv. et meo. *vincere Phoebe manus* in cod. Perreii, pr. Vatic. *vivere Phoebe* Colot. et Vatic. sec. Guyetus conj. *Te scit enim puras Phoebus habere manus*.

29. *altera lusu*) *luxu* in libris melioribus esse notat Broukhus. cui id impense placebat: sic certe in Borrich. Groning. sec. Leid. pr. et tert. Voss. et meis; ut passim hae voces confundantur (vid. Gronov. ad Senec. Hippol. 449; interpp. ad Nemes. Ecl. IV, 11. K.) sed *lusu* h. l. tuentur reliqui codd. quod et praeferendum videtur.

32. *Et sine -- reducta domum est*) *domum est* in Neapol. sec. Leid. tribus Voss. duob. Dorv. et meis, ut in ed. Scalig. Passerat. Plantin. aliis. *est viva red. domum* in Regg. Askew. et Groning. in edd. prr. et Beroald. Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Solius Borrich. et sui cod. auctoritate *est* eiecit Broukhus. Santenius ex vestigiis codd. in quibus *sine decreto est*, legendum existimabat: *Et sine dedecore est* (Male. Vulgatam lectionem confirmat vox *damnata* vs. 27, et *viva* vs. 32, atque vs. 62, ubi vid. not. KVIN). Male Vulpius vs. praec. *patrium* legebat, hoc sensu: *patrium amorem externo mutavit*. Auget en. rei invidiam, et patriam et lectum coniugalem externo amori postponere.

33. *Ipsa Venus, quamvis* etc.) *fertur corrupta* Neapol. Altero vs. revocavi *Num minus -- fuit?* (cuius tamen correctionis necessitatem equidem non perspicio. K.) ut recte in ed. pr. dederat Bronkhus. pro quo male *Nunc minus* in altera, licet sic in sec. Leid. pr. et tert. Voss. uno Dorv. meo utroque. *Non minus* in pr. sec. et quinto Vatic. et cod. Perreii. *Nec minus* in Dresd. aliis et editt. vetustioribus. Caet. locum hunc cum Euripideis contulit Valcken. ad Hippolyt. vs. 451, pag. 216.

35. *Quamvis Ida Parim* etc.) *Quamvis te Ida Pari* cod. Perreii, Colot. sec. Vatic. Heinsius, cui displicebat quod ad Oenonen nympham, quae minus recte *dea* appelletur; ad Venerem, quae in Ida Anchisen amaverit, respici putabat, coniectabatque *Quamvis Dardanium*, vel *Idaeum*, *pastorem*, vid. eius notas in Prop. pag. 709. Sed quid fet τῷ *dicat*, quo enim illud referri sic poterit? si *Dardanium* vel *Idaeum pastorem* admittamus, substituendum esset: *Quamvis Ida novum pastorem dicat amasse*; ut *novum pastorem* vocet Anchisen, oppositione Paridis, qui in Ida monte arbiter dearum sedit, et *Parim* librariis suggesserit *Idae* mentio, ideoque *novum pastorem* ex glossa marginal explicuerint *Parim*. Hinc *Phrygen* coniec. Schraderus, ut Paris dicitur Ovid. Epp. XVI, 201. -- Altero vs. *Huicque inter pecudes* conj. Heinsius, dura elisione. *accubuisse* simpliciter dictum forte ei displicebat, quod tamen ap. nostrum non sine exemplo est. BURM. Astius in Obss. vocem *quamvis* mendosam, et nomen quod respiciat Oenonen, in voce *quamvis* latere putabat; hinc legebat: *Pegasi*, (*Pegasis* Oenone dr. Ovid. Epp. V, 3) *te Ida P. p. dicit amasse*, *Atque inter p. acc. deae* (pro tibi) vel *deam*: ut sensus sit: Quamvis omnes Nymphae, ipseque Bacchus amoris Oenones cum Paride testes fuerint, tamen, quum haud sibi illum opprobrio esse putaret, eum servare atque fovere Oenône haud cessavit. Hanc postremam sententiam, notante Astio, extulit poëta vs. 39 seq. solemni imagine, qua amantes offerre sibi finguntur mala, tanquam amoris indicia atque illecebras; versu autem 39 legendum praecipit: *Num minus -- caduca manu?* Sed vid. notas. K.

37. *Hoc et Hamadryadum* etc.) *Hoc etiam* in pr. Dorv. Dresd. et Askew. *Amadriadum* Borrich. et meo utroque. *spectarit* corr. Markland. *dearum* pro *sororum* in Borrich. Heins. et meo pr. In edd. prr. legitur: *Hoc et Ham. spectabit t. s. Silenique senis: et p. i. tori*, et sic in codd. Regiis. *esse chori* Borrich. *Sollenusque -- tori* in Askew.

39. *Cum quibus Idaeo* etc.) *Num minus Id.* conj. Markland. quae correctio et mihi valde blanditur, propter

elegantem repetitionem e praecedentibus, coll. vs. 34. Mox *referes* pro *excipiens* in Exce. Scalig. *Naïca dona* Regg. tres Voss. Dresd. duo Dorv. mei et caeteri fere omnes codd. et edd. priscae. *accipies Naica dona* Askew. *exceperas* vitiose in ed. Graev. *Naïca dona* Volscus et Beroald. exponunt poma et flores, quae legere amant Naides, et a Paride acceperat Oenone. Sed Scaliger probante Livincio emendavit *Nai, caduca*. In nonnullis codd. *Naïca diva*, unde *Nai, cadiva* conj. Heins. ut *poma cadiva* ap. Plin. XV, 16, et 17. Sed quia *Naica* adiectivum forte sine exemplo est, et *diva* in nonnull. codd. legitur, forsan, deleta voce *Nai*, emendari posset: *Supposita excipiens, diva, caduca manu*, ut dicatur Venus cum Anchise in Ida monte poma ab arboribus cadentia legisse, ab Anchise ipsi donata, vid. Obss. ad vs. 35. Venerem enim hic *Naida* dici, absonum esset; sed servari potest, si de Oenone capiatur, quae *magno de flumine edita nympha* fuit, et ad quam spectant *Hamadryades sorores* vs. 37. Scaligeri igitur coniecturam *Nai, caduca*, (praeter Livin. Passerat. Broukus. et Vulp.) probavit quoque Santenius.

41. *An quisquam -- quaerit) quid dedit* Dorv. pr. *an qui dedit?* Pro *stuprorum* in marg. Voss. quarti *superorum*. Ferrarii liber *stultorum*. Deinde *ex agmine* in meo uno, aliisque codd. et prr. edd. Vnde, *An quisquam tanto stuprorum ex agmine* conj. Francius. sed *examine* pro turba fere innumera, ut propria vox de apibus. Sic deorum examen pro turba gentilium numinum, ap. Minuc. Fel. c. 22. Burm. Boltius in Silva Crit. p. 76 legit: *Et quisquam in tanto stuprorum*. Temere. Claudian. Bel. Gildon. 290. *An quisquam nobis devotior extat*. In ed. Gotting. extat *studiorum* pro *stuprorum*, credo, operarum incuria. Kuin.

45. *Haec -- Lesbia fecit) Haec eadem hacc* Scalig. *ante illam iam impune* inseritur in sec. Leid. pr. et tert. Voss. forsan non male. Licet hiatum (quo optimis poëtis nihil frequentius) hic praetulerit Broukhus. sed improbante et alterum praeferente Schradero Emend. pag. 136, et pag. 153. In Exce. Scaligeri, *Haec impune ante illam, impune*

et Lesbia fecit: ad Clodiae, sub Lesbiae nomine a Catullo amatae, libidines haec refert Abramus ad Cic. pro Coelio c. 29.

47. *Qui quaerit Tatios* etc.) *queritur* perperam in sec. Leid. et altero Dorv. *Tacios* in codd. unde vitiose *tacitos* in Neapol. et Askew. aliis. *Salios* ap. Passerat. Deinde *durosque Sabinos* in sec. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. Dresd. et meis, primis aliisque edd. priscis. *Drusosque Sabinos* in marg. tertii Voss. sed *duras Sabinas* emendavit Heins. ad Ovid. Am. II, 4, 15, et in notis Prop. pag. 710. Pro *Tatios veteres* Schraderus Obss. I, 7, et Emend. pag. 138 reponebat *Latias veteres*, ut vs. 61 *Graias* et *Latinas* coniungit. *Latias* tamen simplic. poni pro *Latinas*, non addito substantivo *matronas*, *heroidas* similia. Vellem exemplis veterum firmari. Mox in Regg. et Colbertt. etiam *pedem*, non *locum*, licet pro varia lect. in iisdem *sedem*, metro reluctante. Sed *pedem* in omnibus caeteris codd. et edd. prr. ac priscis (*locum* ed. Scalig.). *Qui posuit* in uno Colbert. *Hac posuit* pr. et tert. Voss.

52. *Hic mos -- fuit*) *Is mos* in meo sec. aliisque codd. et prr. edd. (Lectio auribus ingrata. K.) Sed *Hic mos* in uno Colbert. Borrich. Colot. pr. et sec. Vatic. Neapol. Groning. caeteris. *His* in Dorv. sec. Punctum collocabat Dousa post hunc versum. Vid. et Schrader. Emend. pag. 138.

54. *Et -- aquas*) *At post* in meo pr. Optime Markland. corr. *Et post antiqui*, vid. IV, 4, 2. Ianus Dousa P. in notis pag. 135 interpungebat: *Et post antiquas Deucal. aquas Dic mihi, quis potuit* etc. sensu in seq. distichon continuato, quod tamen non necessarium: neque opus eum Vulpio corrigere *At cum Deucalionis aquae*. Locum hunc cum Euripideis confert Valcken. ad Hippol. 451. Burm. *Sed cum D. -- antiqui* coniec. Valcken. in Fragm. Callim. editis a Luzac 1799, pag. 101. Kuin.

58. *Corrupit -- bovis*) *Corripuit* cod. Perreii, Colotii, et Scaligeri, pr. et sec. Vatic. quart. Voss. sec. Leid. in marg. et Askew. *Corrumpit* pr. Voss. et sec. Dorv. sed *Corrupit* in reliquis et meo pr. idque recte praefert Heins.

60. *Non potuit -- casta)* *clausa* Francius, ut in suo libro etiam coniecit Broukhus. sed quod in notas non retulit. *manere* Livineius. Perperam.

61. *Quod seu tu Graias etc.)* *Quod si tu Graias, seu sis imitata Lat.* hanc lectionem recepi, licet eam infecetis correctoribus deberi notet Broukhus. qui legit: *Quodsi tu Graias, sive es imit. L.* Legitur quidem in Exec. Scalig. Borrich. Neap. Groning. Dresd. Leid. sec. tribus Voss. Askew. duoh. Dorvill. et meo pr. ut et in edd. prr. Venetis et Reg. Lep. *tuque es imitata*, quod ex Palatt. et Commeliniano etiam profert Gebhard. Sed iam correctum fuit hoc vitium in Volsci, Beroaldi, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill. aliisque edd. in quibus *seu sis imitata*, et mallem cum Heinsio: *Quod seu tu G. seu sis* etc. *mitata* in sec. Leid et duob. Voss. an forte voluit descriptor *mirata?* ex Latini Latinii bibliotheca: certe *es mirata* hic praefert Schrader. Emend. pag. 140. Francius conj. *Seu tu sis Graias, seu sis imitata L.* vel, *Tu, seu sis Graias* etc. Merito autem lectionem illam *sive es imitata*, vel *seu es* genuinam esse dubitavit Vossius de Art. Gram. II, c. 31, pag. 290. Pro *Latinas* in Dousarum aliisque edd. *Sabinas*, quod derivatum ex vs. 47. *Latinas* tuentur codd. omnes, cum edd. prr. et priscis. Burm. Recte Passerat. Livin. Heins. et Burm. reponendum censuerunt: *Quod seu*, et hanc lectionem in ordinem recepi. *Quod* enim positum est pro quare, vel sed, vel redundat. vid. notas. Quem usum loquendi quum ignorarent librarii, *quod seu* mutarunt in *quod si*. Rescripsi quoque *seu sis*. Nam *es* ante vocalem constanter corripitur. Vid. Ovid. Heroidd. I, 41; VII, 7, 9; IX, 114 etc. Vulgarem quidem lectionem *sive es*, Broukhusius defendit loco Albinovani ad Liviam vs. 379, et exemplo Petri Bembi ex recentioribus. Sed ille locus Albinovani, ut probe observavit Burmannus, controversae lectionis est, et ibid. vs. 99: *Raptus es absenti* etc. *es* corripitur; neque exemplum Bembi, ut recte quoque notavit Burm. poëtae recentioris, et corruptas editt. veterum poëtarum secuti, magnum huic licentiae addit auctoritatis pondus. Kuin.

ELEGIA XXXIII

De Iside Aegyptiorum dea inscribitur in Borrich. et meo pr. V. 1. male *redeant* Guyetus. *noctes est operata novem* male in Vatic. quinto, et sec. Dorv. BVRM. *operari* est verbum sacrorum, vid. Broukhus. ad Tibull. II, 5, 95; Bentlei. ad Horat. Carm. III, 14, 16; Vlytius ad Gratii Cyneg. 42; et Pighius ad Val. Max. VI, 6, ex. 1. K.

3. *Atque utinam Nilo* etc.) *Atque utinam pereat Nilo* Groning. Borrich. Colbertt. Dresd. Vatic. quint. Leid. sec. Voss. tert. et quart. duo Dorvill. Askew. et mei, *pereant* Neapol. *Atque utinam pereat, Nilo quae* etc. Heinsius. Sed *Atque utinam N. pereat* praefert Dorv. Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 22, quia haec traiectio verborum, ut ait, versum attollere videtur. *repente* male in Palat. et Commelin. ap. Gebhard. *tepenti* Vatic. quint. *Ausit* unus Dorv. *Inachus* Borrich. et meus uterque.

5. *Quae dea tam* etc.) *iam* Passeratius. Mox *semper iniqua fuit* in marg. tertii Voss. Versu 8 pro *inire* Francius legit *obire*. Nec improbo, vid. Ovid. Epp. XIV, 101.

9. *Quum te -- Iuno)* Heins. verba sic transponebat, *Cornua quum Iuno te iussit habere puellam*. Sed alterum Propertii auribus magis placuisse, alia docent exempla, vid. II, 1, 51. *Si mihi* etc. III, 6, 25. *Non me* etc. Vid. nos ad Lotich. pag. 266 seq. et ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 656.

12. *Mansisti -- tuis*) *Mansisti et stabulis* Heinsius. Sed *Ah quoties* ex vs. praec. repetendum. *abdita vacca* conj. Markland.

15. *fuscis Aegyptus alumnis) fusis* vitiose in codd. Regg. pr. edd. et Volsci, qui *nigris* tamen in notis exhibet, et exponit: *Aegyptii solis ardore fusci.*

17. *Quidve tibi prodest)* ita in Regg. Colbertt. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis et caeteris omnibus codd. atque edd. vetustis. *Quid tibi, quid prodest* ex suo cod. Scaliger in contextum recepit, cumque secutus est Broukhus. sed omnium librorum auctoritatem uni codici praetuli. Seq. vs. forte corrigendum: *Sic tibi, crede mihi* etc.

19. *Aut nos -- fugabimus urbe*) *At nos* Dorv. pr. *scaeva* Voss. tert. Heins. meus pr. et Commelin. Gebhardi, quod hic Isidi potius convenit, quam *saeva*, ut in plerisque vett. locis librarii vocem *scaeva* eiecerunt. Vid. Iuretum ad Symmach. pag. 26; Colvium ad Apulei. pag. 48 seq. et ad Sidon. Apoll. pag. 23. *fugavimus* meus sec.

20. *gratia nulla fuit)* Scaliger contra omnium codd. fidem *fuat* legendum iussit, quod male in suam edit. recepit Bronkhus. qui rectius antea censuit, et in prima Commentarii sui ἰχνογραφίᾳ haec notavit » Semper mihi displicuit illud (Scaligeri) *fuat*, non ita solet loqui politissimi sermonis poëta. Neque assentiri possum Scaligero, qui ex hoc ipso loco *fuat* legi iubet ap. Tibull. I, 1, 67: *Ferrens ille fuat*, praesertim quum codd. nostri ibi legant *fuit*. « Recte *fuat* improbavit etiam Dorvill. in Obss. Misc. Vol. II, tom. I, pag. 107. Nec cum h. l. conferendum illud Virgilii: *Tros Rutulusve fuat*, quod alterius naturae est. Heins. in notis pag. 710 conj. *Cum Tiberi Nilo gratia nulla tua est.* Sed vett. codd. et edd. consensui acquiescamus.

21. *At tu -- dolore es*) *Aut tu* in Regg. et priscis edd. *dolori* Scaliger emendavit, licet *dolore* in omnibus codd. legatur. Sed praefero coniecturam Heinsii: *nimium implacata dolori es* vel *impacata*. Marklandus: *pacata.*

22. *ter faciamus iter*) haec est omnium codd. et edd. vett. lectio. Scaligeri unius auctoritatem secutus est Bronkhus. qui edidit *refaciamus iter*, et sic Vulpius et Gotting. Verbi autem huius sic positi exemplum simile apud ullum poëtam dari posse, dubito; licet ita etiam Markland. in marg. libri sui correxerit. Quae vero pro prima in *refacere* producta affert Scaliger, et pro secunda *refacere* pro *reficere* Broukhus. hic aliena sunt, et vett. auctoritate destituta. Palmerius conj. *rem faciamus item*. Inepte. Vir doctus ap. Gruter. Suspic. inedit. XVII, 10 aeque male corrigebat: *vacui Perficae eamus iter*. Withofius legebat *rite teramus*, vel *rite iteremus iter*, sed prius praeferebat. Idem antea cogitaverat scripsisse auctorem *calfaciamus iter* i. e. saepe teramus, ut ap. Suet. Aug. 71, poëta invito. *ter faciamus*

defendunt Passerat. Gebbard. et Modius Lect. Novantiq. XVIII, pag. 82. Sed veram et simplicissimam lectionem arbitror: *perficiamus iter.*

23. *verba sinis mea ludere*) *sinis me ludere* Heinsius, pro perdere, quod minime displicet, et sic affert B. Pius ad Lucret. IV, 25, quamvis *verba ludere* possint dici, ut supra el. 25, 27: *Mendaces ludunt flatus in amore secundo.*

24. *flectant*) hic forte pro *flectantur*, vel *se flectant*, et *sidera tarda* per appositionem dicuntur.

26. *An nondum*) *At nondum* Mentel. Groning. pr. Leid. et Voss. quart. *lenta* pro *lassa* in Exc. Scalig.

28. *Corrupitque -- aquas*) *novas* Dorvill. sec. *Icare* vid. Lucian. dial. deor. XVIII, pag. 249, ubi observat Hemsterhus. *Icarium* Graecis semper, *Icarum* Latinis dici.

31. *Tu quoque -- peristi*) *Tuque o* in Mentel. Borrich. Neap. duob. Leidd. pr. Voss. uno Dorv. et meo sec. ut et in cod. Fruter. *Tu quoque Eurytion* Voss. quart. et sec. Dorv. *et Eürytion* dat Puccius. *Eurytio* pr. Leid. et Dresd. *Tu quoque Oerytio* Ven. 1475, et Reg. Lep. *Tu quoque o Euryteu* affert Valens Guellius ad Virg. Georg. II, 456.

35. *Me miserum* etc.) *ut poto non es mutata falerno* in aliis legi testatur Latinus Latinius P. II Biblioth. pag. 61, quod ex vs. 39 interpolatum apparet. *nihil est mutata* bene defendit Broukhus. et multis vett. locis hunc abruptum admirabundi et secum loquentis sermonem, licet sequatur *formosa es* etc. illustravit. Cic. Verr. I, 14. *Vt hoc pacto rationem referre liceret -- Quodsi illinc inanis profugisses* etc. Ovid. Am. I, 8, 33 sqq. al. similia exempla orationis obliquae in tertia persona, et deinde directae in secunda, dedit Raphel. Obss. Xenoph. ad Act. I, 4, et Torrenius ad Val. Max. II, 1, 2. In aliis enim codd. et edd. priscis *nihil es* legitur; sed *est* etiam in Mentel. Heins. utroque Dorv. Leid. Voss. meis. Pro *vina* inepte in ed. Graev. *vitra.*

37. *Quum tua -- sertae*) *Quin tua* Guyetus. *sua* Heinsius. *praependent* Groning. sec. Leid. tres Voss. meus

sec. *propendent* cod. Heinsii. Sed *praependent* in reliquis et edd. priscis. Dein *demissa in pocula serta* duo Leidd. pr. tert. et quart. Voss. Askew. duo Dorvill. et mei, edd. prr. et vetustae praeter Dousarum Raphelengianam, in qua *demissae sertae*, ut in Neapolitano. *sertae* enim feminino genere a Propertio efferri testatur Charisius lib. I. *Serta neutro genere dicuntur, ut Virg. Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Sed Propertius feminino extulit, Cum tua praependent demissae in pocula sertae. Et Cornel. Severus: Huc ades Aonia crinem circumdata serta.*

38. *Et mea deducta -- legis*) *delicta* in Regiis et edd. prr. vitiose, et sic olim edidit Volscus, qui crasso satis errore in notis emendandum monet *vocem delictam*, a *deliquo*, et exponit, multo potu madidam.

39. *Largius effuso — Falerno*) Assentior Broukhusio, ab Heinsio hic discedenti, qui *infuso* vel et *fuso* legebat, et de potatione potius, quam de libatione in mensa agi existimabat, quam tamen intelligi suadent *madeat* (*maneat* perperam in Mentel. et Leid. sec.) *tibi mensa* et praesertim *effuso*, ut ap. Petron. c. 38, c. 73, c. 135. Et ad hanc libationem vini in mensa referendum illud Virg. Aen. I, 76: *Dixit, et in mensam* etc.

41. *Nulla tamen lecto* etc.) *pota* pro *sola* conj. Heins. nil muto ob seq. vs. coll. el. 32, 35. Versu seq. *vos* in Mentel. pr. Leid. ac Dorvill. et meo sec. unde forsan legi posset: *Est quiddam, quod nos quaerere cogat, amor:* est quiddam, quod feminas cogat, ut nos viros quaerant. Vid. I, 10, 14. -- Seq. versu 43 *absentis* in Exc. Scalig. et edd. priscis. Praestiterit forsan: *Semper in absentes felicior aestus amantis*, vel *ferventior.*

ELEGIA XXXIV

Superioribus continuant varii codd. Mentel. Dresd. Excerpta Modii, Askew. meus uterque, alii, cum edd. prr. in caeteris novum carmen inchoatur, cum Inscriptione *ad Lyn-*

ceum poëtam. Elegiam hanc cum Petron. c. 79 conferendam esse notavit ibi Gonsalius.

1. *Cur quisquam -- Amori?*) *Cum quisquam* Mentel. Heins. pr. Leid. et meus pr. in quo *faciem* omisit descriptor, ut et in Heinsiano. *in faciem* meus sec. et *non credit*, etiam in Regg. Mentel. pr. Leid. et quarto Voss. *credit*; sed *quisquam credat* rectius, et *quisquam* cum contemtu ac stomacho dicitur, ut notat Patruus meus ad Virg. Aen. I, 48. pro *Amori*, quod agnoscunt Neapol. Dresd. Fruterii cod. Mentel. Palatt. et Commelin. Gebhardi, Heins. Vossiani, reliqui et edd. priscae, legitur *amico* in Borrich. edd. Aldd. Iunt. Colin. Gryphii, aliis; unde Heinsius conj. *Cui quisquam faciem dominae iam credat amico?* -- *amari* vitiose in Groning. sed *Amori* defendunt verba vs. 5. *Polluit ille deus.* Altero vs. *puella fuit* Voss. quartus. Burm. Pro *Cur quisquam* Astius reponendum censet *Et quisquam.* K.

4. *Formosam -- quisque petit*) *Formosas* Excerpt. Scalig. *Et formam raro* meus sec. Commelinianus Gebhardi.

5. *Polluit ille -- amicos*) *amores* pr. Palat. Gebhardi. Pro *cognatos* legitur *coniunctos* in meo pr. Heinsii et Broukhusii cod. *deos* Regius sec. Et quum displiceat valde, ut Cupido dicatur *polluere cognatos*, et *solvere amicos*, legendum videtur: *Polluit ille deos, coniunctos solvit amicos*; ut dicatur Cupido deos inter et homines dissidii et discordiarum fomes esse, et amoribus infames reddere. Vid. nos ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 15.

8. *Colchis et ignotum nonne*) *nonne* suspectum et languidum videtur, praesertim quum mox sequatur *nonne tuae* etc. Forte igitur scripserit poëta: *Colchis et ign. sponte secuta virum est*; deleta interrogationis nota. Id enim invidiam auget Medeae *ignotum* virum *sponte* sequenti, qua de re ipsa queritur ap. Ovid. Heroidd. XII, 109. *Ignotum Colchis*, deleta copula, transponebat Francius.

9. *Lyncen, tune meam potuisti* etc.) *nonne meam* Mentel. et Leid. pr. *potuisti, perfide, curam Tangere* mutato verborum ordine Leid. sec. tres Voss. Groning. duo

Dorvill. ut in aliis legi notat Latinus Latinius. *numne tuae* sec. Dorvill. et meus pr. *tum cecidere manus* Mentel. Neap. Dresd. Borrich. Heins. duo Leid. tres Voss. pr. Dorv. meus uterque, edd. prr. et e cod. Regio Guyetus.

11. *non constans illa et tam certa* etc.) *tum certa* in Regio, probante Guyeto. *tam* deest in meo pr. Livineius legebat: *Si non tam constans illa, et iam recta fuisset, ut recta puella* infra vs. 46, sed *certa puella* Propertio etiam usitatum, vid. I, 19, 24, 8, 45. -- Altero vs. *Possis in tanto* cod. Fruterii. *possisne* cod. Perreii, alii. *Posses* Mentel. Excerptt. Scalig. Groning. mei, h. e. *Posset et*, ut in Voss. quarto, et a m. pr. in tertio, Askew. et edd. priscis. *possis ne* coniec. Perreius. Heinsius: *Posses tun' tanto*, vel *Possesne in tanto*. -- *Posses in* tuentur Neapol. Borrich. Dresd. idque ex cod. Palat. aliisque probat Gebhard. *Posset et* praefert Livineius, ut legitur etiam in Regg. et Colbertt. *Posses tu tanto* Marklandus. *Posset ut* vel *In tanto posses* Francius.

17. *Lecto te solum — uno*) *de lecto solum* Heinsius. *Te solum lecto* Francius: quod admitterem, si cum sec. Dorv. transponamus *te lecto deprecor*. Sed parum refert.

18. *Rivalem possum* etc.) *possem* Heinsii cod. Palat. Gebhardi et meus pr. *possim* Voss. tert. quod praeferebat Francius. Mox *solum* Dresd.

20. *Stultus -- tremo*) *et stulto* Borrich. *quid stulto* Dorv. sec. et Dresd. *qui stulto* in aliis ap. Latin. Latinium. Non valde elegans videtur repetitio, *Stultus*, *quod stulto* etc. ideoque facile admitterem Heinsii coniecturam in notis pag. 711: *Stultus et in nullo saepe timore tremo* i. e. ubi nulla timendi causa est, omnia tuta tremo. Idem Heins. ad oram ed. Ald. tentaverat liberius: *Atque inconsulto saepe timore tremo.* Gebhard. ex Palatt. probat *tremore tremo*, improbante Broukhus. et Patruo meo ad Ovid. Met. II, 180.

21. *Vna tamen — remitto*) *cui crimina* Heinsius. *Vna tamen tanta remitto crim. causa* Neapol. Mox *Errabat multo quod tua dextra* idem conj. Heinsius.

23. *Sed nunquam -- severae*) *me fallet* in Heins. pr. Leid. meo sec. Sequentem vs. sibi suspectum esse ed. Aldinae annotaverat Heinsius.

25. *Lynceus ipse — amores*) *sacros* male in pr. Leid. Colbert. Mentel. et meo sec. Probo coniecturam Broukhusii: *Lynceus ipse meos insanit serus amores*, certe *serus* in cod. meo pr. et *meos* in Excerptt. Modii. *meos serus* in Heins. cod. *serus iam insanit* Francius. Vulgata est ap. Nestorem in Vocab. pag. 75. Pro *solum* Heinsius *Insolitum nostros*. Pro *laetor* Ian. Gulielmius Quaest. Plautin. ad Pseud. c. 6, pag. 238 emendabat *sector* pro *insector*, quod recte reiecit Gebhardus. *Olim te nostros* conj. Broukhus. Sed *solum* hic est, te ex omnibus hominibus aut caeteris amatoribus. Burm. Ab hoc versu *Lynceus ipse* etc. novam orditur elegiam Barthius Advers. XXV, 4, invitis omnibus libris. K.

28. *aut rerum dicere*) *ducere* Dorv. pr. *discere* in Borrich. Heins. et meo pr. Versu praeced. *Socraticis chartis* legebat Francius.

29. *Aut quid Cretaei*) *Lucreti* restituit Scaliger, quod probarunt Turnebus, (Adv. XVII, 26) Passerat. Guyetus, Broukhus. et Hemsterhus. forte quia praecedit *rerum dicere posse vias -- Erecthei* Leid. pr. *Erethei* Excerpta Modii. *Erechthei* Mentel. Leid. sec. Voss. pr. et tert. *Critei* cod. Vaticanus. *Cretheis prosunt tibi* Borrich. *Aut quid Erecthei tibi prosunt carmina lecti* in aliis haberi notavit Latin. Latinius. *Crethei* Voss. quart. Groning. Dorv. pr. et meus sec. *Eretei* Dorv. sec. in meo pr. erat lacuna: *Aut quid . . . prosunt*. *Cretaei*, quod in Dresd. aliis, ut et in edd. priscis legitur, non displicebat Oudendorpio, ut forte *Rhianus*, Cres, intelligatur, qui Heraclea composuit, de quo Rhiano vid. interpp. ad Suet. Tib. c. 70. *Epimenidem*, poëtam Cretensem, indicari putabat Canterus, et ed. Aldinae adscripserat Perreius. Scaligerianum *Lucreti*, ut ante eum Turnebus legebat, forte non sine ratione quis in dubium vocare posset, quia Graecum poëtam hic requiri sqq. docent, et quae infra vs. 41 et sqq. occurrunt. Heins. coniecit

Aut quid Erechthei, vel *Tyrtaei*, vel *Aut quid Smyrnaei*, vel denique *Cretaei tibi prosunt carmina tecti* i. e. Labyrinthi, ut innuat poëtam aliquem, qui Cretensia scripserit. Sed omnes incertae coniecturae sunt. Certe *Smyrnaei* et *Erechthei* eadem de causa reiiciendum, qua *Cretaei* repudiavit Scaliger, et Barthianum *Cittaei*, i. e. Zenonis, explosit Broukhusius, quia sic patria tantum poëtae, non vero eius nomen exprimitur; quam ob rem Oudendorpii *Cretaei*, seu Rhiani, etiam improbandum. Itaque *Tyrtaei* prae caeteris coniecturis Heinsianis magis arrideret, quod ex vet. cod. ad marg. ed. Ald. adscripserat etiam Perreius, et a Colotiano, ac duob. Vaticc. confirmatur; et sic legendum coniecerat Beroald. sed postea *Critaei*, h. e. *Cretaei* praetulit, Epimenidem intelligens. *prosunt tibi* sec. Leid. tres Voss. et meus pr. *possunt* male in Dorv. sec. Burm. Legendum *Cretaei* i. e. Epimenidis, non *Lucreti*. Etenim quum haec scriberet Propertius, nondum eam auctoritatem adipisci potuerat *Lucretius*, ut eius carmina in manibus essent, imo in deliciis et amoribus. Exstabant autem aetate Propertii καθαρμοὶ Epimenidis, carmina lustralia, quorum meminit Suidas, et Eustathius ad Dionys. Periegeten, atque ad sec. Iliados librum. Proderant igitur Epimenidis carmina piacularia, quorum recitatione homines, domus, urbes expiabantur, in aliis morbis animorum curandis, nil tamen valebant auctore Prop. ad amorem temperandum, quum is nimium crevisset. Vulp. Astius in Obss. coniec. *Aratea*, ut ultima syllaba vi caesurae producatur. Arati enim Phaenomena magnam apud Romanos celebritatem habuisse, et vocem *Aratea* propius ad vestigia lectionis Codd. accedere, quam *Lucreti*. Equidem existimaverim, non librarios, sed poëtam ipsum, ut saepius, hoc loco plures interpretum correxisse. Lego *Cretaei carmina*. Sic *Dore poeta* III, 9, 44; ubi vid. not. et Obss. *Ascraeum carmen* Virg. Georg. II, 176. *Ascraei veteris poetae* Prop. II, 34, 7. *Tyrtaei* grammaticis vel etiam librariis originem suam debere videtur. Kuin.

30. *Nil iuvat -- senex*) *noster senex* Palat. Gebhardi

et meus sec. Per *senem* intelligunt vel Socratem *senem Hymetto nutritum* Iuvenali dictum, vel Homerum, cuius versus nil in amore valere dicit lib. I, 9, 11; vel denique Epicurum, qui *senior Gargettius* vocatur Statio Sylv. I, 3, 94. Vid. Corrad. ad Cic. Fam. XV, 15. *Tyrtaeum* igitur, si admittamus, duos diversos significabit, dicetque, neque bellica Tyrtaei carmina, neque Epicuri philosophica te in amore aliquid iuvabunt, licet etiam de Epicuri carminibus, quae de Amore scripsit, intelligi possit, qui *senex* dicitur, quoniam longaevus vixit, non minus quam Epimenides. Si vero Epicurum intelligamus, favebit correctioni Scaligerianae *Lucreti*, ut Latinum poëtam Graecis inseruerit.

31. *Tu satius — Philetam*) Pro *satius* Schraderus Emend. pag. 141 conj. *potius* nullis codd. addicentibus, et alterum Propertio usitatissimum. Wassenbergius pro *satius* substituebat *face*, formam antiquam Catullo et Ovidio usurpatam. *meliorem Musis* Leid. pr. et Dorv. sec. *memorem Musis* in Regg. Colbertt. Excerptt. Scaliger. Heins. Askew. Dresd. Groning. et edd. priscis. *Musis memorem* Borrich. duo Leidd. tres Voss. meus uterque. *Inmitte* vitiose pro *imitere* Voss. tert. *immittere* Dresd. *mirere* sec. Leid. et pr. Voss. *Musis memere imitere Phileten* codicem suum habere testatur Dorvill. in Miscell. Obss. Vol. V, tom. III, pag. 22, additque, se *Musis meliorem* non intelligere. *memorem Musis* probat etiam Gebhardus tanquam venustius. Markland. in marg. ed. Graev. legebat: *Tu satius memorem Muses imitere Philetem. — Muses*, τὰς μούσας, *Graeca terminatione.* Vid. eum ad Stat. Sylv. IV, 6, 56. *Musis memorem imitare Philetam* Gulielmius ad Plaut. Pers. II, 1, 1. Sed *meliorem Musis* legi voluit Scaliger, quem secutus est Broukhusius; neque aliter Dalecampius in notis marginalibus ad Athen. IX, pag. 401 (Recte, vid. notas). *Tu satius Musae numeros imitere Philetae* tentabat Struchtmeyer. in Animad. Crit. pag. 98. Ipse, cum Andrea Schotto, vid. eius notas ad Procli Chrestom. pag. 29, conieceram aliquando: *Tu satius mollem Musis imitere Philetam* i. e. Musis tuis seu carminibus exprime lenem et tenerum Philetam. Vid.

I, 7, 19. Eldikius tentabat in suis ad me literis: *Tu satius teneri lusus imitere Philetae*; epitheton *teneri* Philetae aeque aptum quam Propertio, cui ab Ovidio datur Art. A. III, 333. *lusus* autem, ut Nasoni Trist. II, 223; idque non male Philetae convenit, qui παίγνια, seu *lusus* scripsit, carmine elegiaco; et *somnia* ac *lusus* copulantur sine offendiculo. Santenius conj. *Tu satius Musam leviorem imitare Philetae.* Mihi tamen praeferenda videtur, licet liberior, emendatio Heinsii: *Tu satius Mimnermum, aut Coum imitere Philetam;* ut socius Philetae et Callimacho commode adiungatur Mimnermus, de quo I, 9, 11. Hinc Koppiersius Obss. Philol. pag. 148 sqq. propius vulgatae lectioni adhaerens, substituebat: *Tu satius Mimnermi, aut Musam imitere Philetae, Et non inflati carmina Callimachi*, vel, *Tu satius Mimnernum aut Musam imitere Philetae.* Nomen *Mimnermi* hic restitutum debetur Heinsio, neque dissimulare possum, *Coum Philetam* valde mihi blandiri, ut III, 1, 1, et sic passim Φιλητᾶς ὁ Κῶος ποιητὴς apud Athenaeum, Photium, Stobaeum, scholiastem Theocriti, alios.

32. *Et, non -- Callimachi*) *inflantis* Borrich. Heins. Voss. pr. et meus. *inflantis nomine* sec. Leid. et Voss. tert. *inflantis omnia* Neap. et Groning. *inflatis omnia* meus sec. Markland. notaverat, constructionem esse, *Et somnia Callimachi non inflati* i. e. tenuis; et pessime Scaligerum haec exposuisse censebat, qui *inflatum Callimachum* pro turgido interpretatur, ut Lynceum adhortetur potius ad imitationem mollis ac teneri Philetae, quam ad *somnia inflati* Callimachi, per quae intelligit Callimachi αἴτια, morosum atque obscurum, ut ait opus, et in quo somniaverit se Musarum coetui intervenisse, et ab illis carmina sua accepisse. Certe Callimacho Ovidium praeferebant puellae Romanae, ut ipse iactat Am. II, 4, 19. a Scaligero discedit Hemsterhusius, neque verisimile existimabat, de Callimacho hic tam inique iudicasse Propertium, qui illum et Philetam sibi praecipue imitandos proposuit. Ideoque assentior iis, qui haec Αἴτια ex elegis, non vero hexametris constitisse censent. Illud vero Callimachi opus hic indicari consentit

Hemsterhus. sed non tamen adeo obscurum fuisse opinatur, quia in illis vett. fabularum morumque rationes exponebantur. Ad haec quoque *αἴτια* hoc in versu respici censent Brodaeus et Obsopaeus ad Anthol. Gr. I, pag. 140, et lib. III, pag. 402 seq. de iis vid. Parrhas. in Quaes. per Epist. pag. 217, et Meurs. ad Helladii Chrestom. pag. 46; add. Bentlei. et intpp. ad Callimach. Fragm. pag. 416, 417. *somnia* hic eiicienda, et pro iis *carmina* substituenda putabat Koppiersius. Sed forsan Callim. in *αἰτίοις*, vel elegis amatoriis, somnia poëticis coloribus deducta scripserat, ad quae respiciat Propertius. Burm. In *αἰτίοις* Callimachum somnium finxisse, se sibi visum esse inter Musas versari, a quibus omnem illam poëticae eruditionis copiam et varietatem acciperet, et hoc ipsius commentum vocabulo *somnia* respexisse, plures interpretum cum Scaligero statuunt, vid. Iacobsius in Animadvv. ad Anthol. Gr. tom. III, P. II, pag. 181. Astius vero in Obss. ad h. l. rectissime monuit, Callimachi *Αἴτια* sive carmina de causis et originibus fabularum plane diversa fuisse a Callimachi elegiis, vid. Addenda ad Sulzeri opus: *Theorie der schönen Wissenschaften* tom. II, pag. 86 sqq. et quum satis incerta minimeque verisimilis ei videatur causa a Burmanno allata, cur Propertius Callimachi elegias nominaverit *somnia*; adstipulatur Koppiersio *carmina* reponenti. Ego vero non intelligo, quomodo *carmina* cum *somnia* permutari potuerit. Retinendum est *somnia*, omnium codd. auctoritate munitum, et eo sensu capiendum, quo Catull. I, 4, et Martial. IX, 1, 5 sua carmina *nugas* vocarunt. Etiam Graeci quaecumque suo in genere infirma sunt et debilia, *ὀνείροις* comparare solent. K.

33. *Non cursus* etc.) *Nam rursus* duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. Dresd. *Iam* cod. Heinsii et meus pr. *Nunc* Guyetus. *Num* in Exce. Scalig. qui legendum iussit *Non rursus*, et exposuit, Ponticum non iterum tractaturum, quae Callimachus antea in *Αἰτίοις* tractaverat, in quibus Acheloi fabulam et fluvium Maeandrum, et Nemea ad Archemori exsequias descripta, affirmat. Sed haec minus feliciter a Scaligero exposita esse, monet Hemsterhus.

Dousa quoque adscripserat, errasse Scaligerum, nam *rursus* h. l. *retrorsum* significare, et cum *Fluxerit*, non autem cum *referas* coniungendum esse. Wakkerus Amoen. lit. pag. 91 eum Hemsterhusio legebat: *Nam rursus -- Fluxerit* etc. *casus* conj. Markland. In Modiano seu Groning. et Commeliniano Gebhardi *cursus*, et sic in aliis legi notavit Latinus Latinius. (Et haec lectio, quam etiam probavit Astius, qui tamen minus recte legit *Nam cursus* pro *Non cursus*, mihi unice vera videtur. K.) Heinsius: *cursus Flexerit*. In plerisque codd. et edd. priscis *Fluxerit*; idque defendit Pontanus ad Macrob. pag. 641. Idem Heins. in notis Prop. pag. 712 locum sic constituebat: *Nam luctam licet -- Luxerit ut m. fractus amore liquor* vel *tactus amore*. Sed *fractus* praefero: quod Cantero (Nov. Lect. c. 16) et Passeratio placebat. *factus* pessime Barthius ad Gratii Cyneg. vs. 337, quam vitiosam scripturam hausit ex antiquis edd. eaque plurimos etiam codd. obsidet. Vera lectio (quam Broukhus. Vulp. et Gotting. edit. tuentur) est: *Luxerit ut magno fractus a. l.* quae firmatur ex Ovid. Heroidd. IX, 139. Vid. nos ad Lotich. I, 11, 18, pag. 79. Burm.

36. *Errat -- vias*) *Erret -- refluat unda vias* mallet Wakkerus Amoen. lit. pag. 91; sed et III, 5, 26 sqq. similis varietas modorum obviat. Barth. *ad h. l.*

37. *Qualis et* etc.) hoc distichon sequenti postponendum, atque ad Antimachum quatuor hos versus referendos censebat Heinsius, et *Adrastum tulerit vocalis Arion Tristia ad Archemori funera* legebat, non *Tristis*, ut in codd. pluribus et edd. priscis. Haec autem forte in Ponticum dici, qui Thebaida scripsit, coniiciebat. *Tristia* probarunt etiam Broukhus. Vulp. edit. Gotting. *Orion* vitiose in Mentel. Groning. Leid. pr. et meo. *equos* Dresd. *Tristis et Archemori funere* in Leid. Voss. Groning. Dorv. et meo utroque.

39. *Amphiaraeae -- quadrigae*) metro vim inferunt codd. in quibus *Non Amphiareae*, aut *Amphiariae*, vel *Nil Amphiareae prosunt*, ut in Vaticc. Regg. Colbertt. Leidd. Voss. Dorvill. Groning. Borrich. Askew. meo utroque, et

edd. priscis. *Haud Amphiareae* in cod. Perreii. *Non Amphiaraae* cod. Dresd. *Non Amphiarae prosint* Palatinus Gebhardi, et Dorv. pr. *prosint tibi* etiam est in Leid. sec. pr. et tert. Voss. Dorv. pr. et meo sec. *Amphiarerae nil prosunt* in Neapol. *possunt tibi* Mentel. et Leid. pr. *possunt tibi* in Voss. pr. et tert. Leid. pr. Dorv. ac meo sec. *prosunt tibi* in Voss. quarto et meo pr. *tibi prosunt* Dorv. sec. Verissime. Heinsius *Amphiaraëae*. Secundam enim et tertiam in *Amphiaraus* corripi patet ex III, 13, 58. Nimis licenter Marklandus: *Non non Amphiaraëae tibi fata quadrigae*, deleto *prosunt*. Adhaesit forte Scaligero, qui in sua edit. exhibuit: *Non non Amphiaraëae tibi fata quadrigae Prosint.* -- BURM. Astius in Obss. legendum censet: *Amphiarai et nil prosunt tibi fata quadrigae, Aut Capanei magno* etc. K.

40. *Aut — Iovi*) *magno* omittitur in Excerp. Scalig. (qui et in ed. sua omisit, edidit nimirum: *Prosint aut Cap. grata ruina Iovi.*) Heins. Borrich. Groning. Dorv. et meis, ut in Ven. 1475, et Vicent. 1481, Volsci, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliis. Sed *magno* ex vet. cod. (recte) reposuit Muretus, quod firmatur a Mentel. Voss. caeterisque. *irato* conj. Heins. ad Ovid. Fast. I, 287, et in notis Prop. pag. 712; vel potius, *Aut Capaneus spreto.* Sed prius praefero.

41. *Desine at Aeschyleo* etc.) Hanc lectionem textui reddendam censui, pro *Desine Achilleo*, ut edidit Bronkhus. secutus emendationem Scaligeri, qui tragoediam *Achillem* intelligi putabat, ut Ennii Achilles a vett. laudatur. Ad Homeri Iliada respici putabat idem Broukhus. *Achilleo* etiam placebat Marklando. Sed obnituntur omnes codd. et editt. vetustae, in quibus constanter *Desine et Aeschyleo.* Sic in Regg. Colbertt. Dresd. Leidd. Voss. Dorv. meo utroque, Groning. caeteris, quibus proxime accedit Neap. in qua *Aechileo* et pr. Dorv. in quo *echileo*. In Leid. sec. et *esculeo*. Et hanc lectionem *Aeschyleo* omnium verissimam existimo propter additam *cothurni* vocem. Vid. Horat. Art. P.

280; et quia Ponticus Thebaica scripsit, ut poëta Aeschyli tragoediam Sept. c. Th. respiciat: idque praetulerunt Liviueius ad h. l. Vrsinus Virgilio cum Graecis collato ad Ecl. VIII, 10, et Wakkerus Amoenitt. lit. pag. 92 seq.

42. *Desine — choros)* *membra referre* Dorv. sec. quam lectionis varietatem ex aliis etiam notavit Latinus Latinius. Heinsius *solvere membra*, ut cum *Desine*, ablata distinctione, iungatur, quomodo *frangi artubus* Horatio Od. III, 6, 22, et *fractos enervi corpore gressus* dixit Petron. c. 119, ubi vid. interpp. Sed nil muto. *toros* vel *thoros* male in nonnull. codd. et edd. antiquis. *deos* Leid. sec. et Dorv. sec.

43. *Incipe iam angusto* etc.*)* *Incipe et* Dorv. sec. *augusto* in meo sec. *arguto* conj. Heinsius. Pro *includere* in Mentel. pr. Leid. Dresd. sec. Dorv. et meo *componere*. Sed *includere* in Regiis, Colbertt. Groning. caeterisque et edd. prr. ut in Venetis, Volsci, Aldd. Iunt. Colin. aliis; quod verum est; nam *componere* modo praecessit. Ita ex aliis etiam *Incipe et angusto versus componere toruo* affert Lat. Latinius. Pro *torno* in meo sec. *turno*. Recte vero Broukhus. recepit *versus includere torno* pro torno polire, vid. Inret. ad Symmach. pag. 313, et de verbo *tornare* Heins. ad Prudent. pag. 125.

44. *Inque tuos — veni)* *Inque meos ignes* Heins. ut *in meos ignes* dicat, pro ad meos amores veni, carminibus cantatos, ut ap. Ovid. Am. II, 18, 40, et sic Markland. cui etiam in mentem venerat: *inque tuos gyros*, ut ap. Ovid. Rem. 398. *dure poeta* non sollicitandum, neque cum aliis, teste Gebhardo, *pure* legendum, aut cum Heinsio *crude*, quod recentem in amore exponebat, multo minus cum Scriverio *Dore poeta* substituendum est. Vid. III, 9, 44.

46. *Despicit — deos)* *decipit* in marg. Voss. tert. An forte *despuit* reponendum, ut saepe librarii hoc verbum eiecerunt, substituto notiore *despicit*, vid. Rigalt. ad Minuc. Fel. c. 8, pag. 71, et Davis. *tecta puella* Mentel. Leid. pr. Voss. Dorv. et meus a man. sec. *spreta* Heinsius, qui etiam ad oram ed. Ald. pro *puella* coniec. *fa-*

villa. Mihi aliquando *rara puella* arridebat, ut I, 8, 42; sed *recta*, ut etiam in cod. meo sec. est, bene se habet.

47. *Sed non ante* etc.) *succumbat* Voss. tert. *succurrat* Voss. quart. *gravi t. aratro* legitur in cod. Guarn. et sic emendarunt Dousa, Passerat. Acidal. ad Vellei. Pat. et Heins. ad Valer. Fl. VII, 555, quibus assentior. In reliquis codd. extat *gravis taurus aratro*, et *gravem taurum* exponit Broukhus. validum, adultum. — Altero vs. pro *haeserit* Dorv. sec. *laeserit*, probante Cantero Novar. Lect. V, 16. Vatic. quint. *exerit*. Gruterus Suspic. ined. lib. XII, c. 8 legit: *Cornu quam haeserit*, et confert cum istis Apuleii, *longe peiores inhaesimus laqueos*. Sed *cornua haeserit* recte se habet. Forsitan praestiterit hic: *Sed non a. gravi t. submittit aratro Cornua, quam* etc. *submittit* certe in aliis legi testatur Lat. Latinius (quod glossema redolet. K.) *supponere* dixit Ovid. Am. III, 10, 13. Posset etiam *subiungit* legi cum Ruhnkenio, quod propius ad *succumbit* accedit.

49. *per te patieris amores) patiere labores* Marklandus. Burm. Censor operis Burmanniani in Bibl. Amstel. Crit. Vol. II, P. II, pag. 19 corrigit: *Nec tu tam duro per te potieris amore*, ut *potiri amore* Graecorum more dictum sit pro, potiri re amata. Citra necessitatem, ut opinor. K.

50. *Trux tamen a nobis ante*) Displicet hic illud *ante*, quia praecessit: *Sed non ante gravi* etc. Lego: *Trux tamen a n. arte d. e.* et sic saepe variant codd. ut ap. Tibull. II, 1, 24; Virg. Aen. IX, 315; Claudian. I in Eutrop. 167. Burm. Recte correxit Burm. *arte*: neque nobis arridet emendatio Censoris operis Burmanniani in Bibl. Amstel. l. c. *Trux ante a nobis arte domandus eris*, cui *tamen* frigere videbatur. Remanet enim illud frigidum *ante*; oratio ipsa sic paulo molestius decurrit; et partic. *tamen* omnino recte posita videtur. *vobis* cod. Dresd. *erit* cod. Guarn. et Dresd. Kuin.

51. *Harum — mundi*) hunc et tres sqq. versus censebat Vulpius transponendos esse post vs. 57, quia *harum* non habet quo referatur, et sic mutato versuum

ordine connecti possit cum illis: *Vt regnem mixtas* etc. — Versu seq. *Haec cur* in meo pr. Pro *cur* male in Voss. pr. *Quare fraternis.*

53. *Nec si -- undas*) *restabit ad undas* edidit Broukhus. (quem secuti sunt Vulp. edit. Gotting. et Burmannus. K.) ex ed. Dousae, quod et in cod. Perreii, Colot. et duob. Vaticc. legitur. Sed quaenam haec verborum constructio, *aliquid restabit post Stygias ad undas?* nisi quis ita intelligat: *Nec si post* (*obitum* nempe) *aliquid e nobis supererit ad undas Stygias.* Sed quod durum et contortum videtur. In plerisque codd. et edd. priscis: *Nec si post Stygias aliquid restaverit undas*, ut in sec. Leid. tribus Voss. Groning. Askew. utroque Dorv. et meis, cum Ven. 1475, et Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci, Aldd. Colin. Gryph. aliis. Sed malim *umbras* quam *undas*, ut ap. Ovid. Met. I, 139; X, 11. *restabit erumnas* in Mentel. Vatic. quinto, Dresd. Leid. primi marg. uno Dorvill. et pr. Palat. Gebhardi. Novi qui ex vitiosa hac scriptura eliciendum putabat *arenas*. Sed *erumnas* natum esse ex glossa, qua librarii *aliquid* explicuerunt per *poenas*, seu *aerumnas*, *post mortem timendas*, existimat Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 23: *si post Stygias aliquid restaverit undas* etiam Heinsius praeferebat et Markland. (Recte, et hanc lectionem in ordinem recepi. K.) Sed fortasse legendum: *Nec si p. St. aliquid superaverit undas* vel *umbras*. Verbum *superare* pro superesse, restare, descriptoribus minus forte notum, sed optimis auctoribus usitatum est. Vid. Barth. ad Stat. Theb. IV, 735; notas ad Ovid. Trist. II, 69; et nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 180. *superare* autem vel superesse aliquid post Styga ac Tartarum, credebant vett. vel suspicabantur, quamquam alii infernum esse negabant. Vid. Cael. Rhodigin. Lect. Antiq. lib. X, c. 12; Senec. Phoeniss. 144; Herc. Oet. 741. BVRM. — *post Stygias undas* ab aliis explicari post mortem, ut Lucret. II, 43, probat Eldikius. Sed vel sic *ad* abundat. Wassenbergius eleganter et ingeniose conj. *Nec si post Stygias aliquid restabimus undas.* -- SANTEN. in *Addend.*

54. *Nec si consulto* etc.) hunc vs. Guellius ad Virg. Aen. IV, 209 connectit cum vs. 51, et affert: *rationem quaerere mundi Et si consulto* etc.

55. *Adspice me* etc.) *relicta est* legitur in plerisque meis codd. Leidd. duob. tribus Voss. utroque Dorv. meo sec. et reliquis, excepto solo Heinsiano; neque aliter in edd. vetustis. Itaque *est* hic reposui, a Broukhusio deletum, quia in quibusdam codd. non apparebat. — Altero vs. Heinsius: *Nullius et prisco Marte triumphus avi.* Nimia licentia. *avi* in nonnull. codd. deest. *ani* Mentel. in Voss. quarto *triumphus erit.*

57. *Vt regnem -- puellas*) *Et regnem* in Heins. *regimen* vitiose in edd. prr. *miseras* pro *mixtas* perperam in Dorv. sec. Seq. vs. pro *quo* legitur *quod* in Regg. Colbert. meo sec. et edd. antiquis.

59. *Me iuvet -- corollis*) *iuvat* Dresd. *externis* pr. Vatic. Neapol. Dresd. Borrich. Groning. et Dorv. sec. ut ex suis codd. etiam affert Nestor in Vocabular. pag. 37 b. *extremis* Askew. et unus Colbert. *aeternis* Regii et alter Colbert. cum edd. priscis, quod Marklando placuisse miror. *aeternum positum* in meo sec. Perperam Stewech. ad Apulei. VI, pag. 345: *Me iuvat aeternum positis languere corollis.* Heinsius ad marg. ed. Ald. conj. *in vernis corollis.* Sed *hesternis* recte in cod. Perreii et Fruterii, Colot. Mentel. Excerptt. Scalig. sec. et quinto Vatic. ut Lipsius e suis codd. probante Gebhardo, idque ex Vaticano affert Livineius, et firmatur ex loco Cic. ap. Quinctil. lib. VIII, c. 3, pag. 703: *Videbar videre alios intrantes, alios exeuntes, quosdam ex vino vacillantes, quosdam hesterna potatione oscitantes. Versabatur inter hos Gallius unguentis oblitus, redimitus coronis. Humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis.* Vid. Patruum meum ad h. l.

60. *Quem -- ossa deus*) *tactu* inepte in Voss. tert. *iactus* in Heins. Borrich. meo pr. Sed *tetigit iactu* iungenda, et *certus* de ictu non fallente frequens. *tetigit* vero est vulneravit, percussit, vid. Muretus ad Catull. ep. 21. Forte Prop. respexit locum Theocrit. III, 17.

61. *Actia Virgilium* etc.) *Virgilio* cod. Perreii, et Fruterii, Exc. Scalig. Mentel. Heins. Dresd. duo Leidd. tres Voss. Borrich. meus uterque et Dorvill. cum edd. priscis. Vnde Perreius marg. ed. Ald. adscripserat, subintelligendum esse *licet*, vel *fas est*. Sed *Virgilium* referendum ad *iuvet*. *Virgilio* inde factum, quod *Virgiliom* exaraverint librarii.

63. *Qui nunc Aeneae* etc.) *Qui nunc Aeneam Troianaque suscitet arma* in Dorv. sec. et ita Passerat. ex codd. *Aeneae Troianaque* in aliis. Altero vs. recte Broukhus. *Lavinis*, pro *Laviniis*, quod alii maluerunt, defendit Broukhus. quem etiam vid. ad Tibull. II, 5, 51. (et Heynii Obss. ad Tibull. l. c. atque ad Virg. Aen. I, 2. K.) Pro *Iactaque* legebat Salmas. ad Solin. pag. 219 *Factaque*, negans usquam sibi lectum *iacere moenia*, ut loquitur Solinus c. 25; sed vid. Patrui mei notas ad Virg. Aen. V, 631.

67. *Tu canis umbrosi* etc.) *spineta* Borrich. Groning. Heins. Dorvill. sec. et meus pr. an forte *vineta* legendum? ut ap. Stat. Sylv. III, 5, 104. *umbrosis* in Neapol.

69. *Vtque decem -- puellam*) *Atque* male in Leid. sec. et altero Dorv. *puellas* in Regiis, Colbertt. Dresd. Mentel. Neapol. Groning. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. pr. Dorv. meo utroque et edd. priscis. Forte librarii inepte coniunxerunt *decem puellas*.

71. *Felix -- amores*) *mercatur* recte emendabat Schraderus Emend. pag. 143, laudante Koppiersio Obss. Philol. pag. 143, qui idem bene correxit *vili pomo*, ut ipse dudum conieceram.

75. *Quamvis -- avenam*) Hanc Scaligeri lectionem merito probarunt et receperunt viri docti. *suas avenas* Passeratius, qui in libro vet. reperit *suas avena*, quod et in edd. antiquissimis legitur. *sua avena* in Regg. Colbertt. Borrich. Groning. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis. Mox *Laudatur facilis* in Neapol. Mentel. Heins. Leid. aliis et edd. priscis.

78. *Quo -- iugo*) *quo viret herba iugo* Voss. pr., Leid. Heins. meus uterque et alii. *viget* unus Colbert, sed recte *quo venit uva* vir doctus ap. Schrader. Emend. pag. 143. Burm. Male, *viret* doctius et magis poëticum. K.

79. Rectius distinguit Wassenbergius: *Tale facis carmen, docta testudine quale Cynthius impositis temperat articulis.* -- SANTEN. *in Addend.*

81. *Non -- legenti*) *illi* Borrich. Heins. et meus pr. *virent* a manu pr. in Neapol. *terenti* pro *legenti* ad marg. ed. Colin. coniec. Broukhus. sed quia in notis eius non comparet, postea id ipse repudiavit. Altero vs. *Huic in amore* meus pr. et pro *sive peritus* in Leidensi *parvus.* in Voss. pr. *paratus.*

83. *Nec minor his animis*) *Nec memor* in meo sec. *his animis* omittunt cod. Heinsii et meus pr. *animans* in Exce. Scalig. pro varia lect. *his animus* cod. Fruterii, ut *animus* sit pro audacia ac fiducia, IV, 1, 45. *aut si minor ore* Regii, Colbert. Askew. Leid. Dorv. pr. meus sec. et edd. priscae. *aut si minor* Dresd. *etsi minor* tentavit Markland. *aut sim minor* Vatic. quint. Borrich. Groning. Leid. sec. Voss. pr. et quartus cum meo pr. *nec sim* Voss. tert. et Dorv. sec. *Nec minor his animos, aut his minor ora*, ut de Virgilio et Ansere, invido eius hoste et olorem hunc interstrepente capiatur, quod probat Dorvill. in Obss. Miscell. Vol. V, tom. III, pag. 24. *Nec minor his animi, nec segnior ore* Heynius ad Donati vitam Virgil. §. 67. certe procacem fuisse illum Anserem patet ex Ovid. Trist. II, 435. Recte vero Scaliger legit, *nec se minor. cessat* in Borrich. et Heinsiano.

85. *Haec quoque* etc.) *Hoc quoque* Voss. quart. *profecto* male affert Nestor in Vocabular. in *proficiscor* pag. 164. *laudabat* in Exce. Scalig. Heins. sec. Leid. pr. et tert. Voss. et meo utroque. *laudebat* Dorv. sec. *ludebat* optime se habet, et a reliquis firmatur. Altero vs. *Laochadiae* in Regg. Mentel. meo sec. aliisque et edd. prr. pro *flamma* in Borrich. Heins. Leid. sec. tribus Voss. meoque pr. *maxima cura*, quod probasse videtur Heinsius in notis pag. 713. *flamma* hic accipi potest ea notione, qua ap. Ovid. Trist. II, 373 de Homeri Iliade: *Quid prius est illi flamma Chryseidos? utque Fecerit iratos rapta puella duces?* add. vs. 383. Sed forte minus recte Varro dicitur *maxima*

flamma Leucadiae, quae aptius diceretur *maxima flamma Varronis*, ideoque praeferendum videtur cum Marklando *maxima fama*.

87. *Haec quoque lascivi — Catulli)* turbatum hic a librariis fuisse, olim suspicatus erat Broukhusius, et in primis notarum formis adscripserat h. l. transponendum: *Haec etiam docti cant. scripta Catulli*, et mox: *Haec quoque lascivi confessa est pagina Calvi*, quia cognomen *docti* Catullo velut proprium propter Graecarum literarum peritiam semper fere adhaeret apud vett. Sed quia hoc in Commentarium postea non retulit, sententiam mutasse videtur.

88. *Lesbia — Helena)* *quin ipsa* Mentel. Borrich. duo Leidd. Vossiani, meus pr. sed *quis* in marg. Voss. tert. et quarti, utroque Dorv. edd. prr. -- Vs. 90 *vulnera* male in Vossiano et vs. 92 perperam *funera* in aliis.

91. *Et modo formosa qui multa* etc.) *multa Lyc. passus* Wakkerus Amoen. Literar. c. 12, pag. 94, Galli nomine omisso, qui satis designatur. Sed quod in caeteris poëtis hic nominatis locum etiam habere posset, etiamsi eorum nomina non fuissent addita. Sed cur Varronis, Catulli, Calvi nomina etiam exprimit, satis caeteroquin ex iis, quae adduntur, nota? *quam multa* Mentel. duo Leidd. Voss. Groning. uterque Dorv. Dresd. meus pr. et edd. priscae. *qua* ed. Scalig. *qui multa* Colot. et quint. Vatic. *quo* Neapol. *quis multa* Vatic. pr. Heinsius conj. *qui mulsa*, ut *vulnera mulsa* pro permulsa, et *mulcere vulnera* dicantur, quod aliter *fovere vulnera*, vid. eum in notis Prop. pag. 713, idque non improbabat Oudend. ad Suet. Aug. c. 66, pag. 273. Sed hoc sensu *mulsa vulnera* non videntur placuisse Graevio, qui in epp. ad Heins. tom. IV Syllog., pag. 641, 644 seq. exemplum simile produci desiderabat, ut verbum insolentius notat etiam Dorvill. in Obss. Misc. Vol. V, tom. III, pag. 24 sqq. qui ipse tentabat: *Et modo formosa qui inulta*; ut *qui* non elidatur, sed corripiatur, exemplo Virg. Ecl. VIII, 108. *Credimus an qui amant.* add. Lucret. V, 75. Pro *formosa* Francius tentavit *deserta*, sed nimia licentia. Mar-

kland. in marg. ed. Graev. conj. *Et modo formosa qui flente Lycoride Gallus.* Quam coniecturam amplecterer, si vel ab uno cod. confirmaretur. Barthius in Advers. XLI, 26 corr. *De modo formosa quam multa Lycoride Gallus.* Male. Versus autem minor expressus est ex Euphorione, quem Graecum poëtam Latinis numeris reddiderat Gallus, apud Photium in Biblioth. pag. 471 ed. Schotti, ut illic ad marg. notatur: Κωκυτὸς μοῦνος τὸν ἀφίλκια νίψεν Ἄδωνιν. Caet. quod notat Broukhus. ne unum quidem poëtae huius Galli fragmentum apud ullum Grammaticum exstare, in eo fallitur, ut vel ex illis Vibii Sequestri in libell. de Flumin. pag. 34 patet: *Hypanis Scythiae, qui, ut ait Gallus, uno tellures dividit amne duas.* conf. quae de fragmentis Galli habet Fabricius Bibl. Lat. I, c. 14, pag. 429 Ern. Finem autem huius eleg. imitatus videtur Ovid. Art. Am. III, 339. Burm. Mitscherlich. Obss. in Catull. et Prop. pag. 165, iisdem rationibus inductus, quibus Wakkerus legebat *passus*, locum ita emendat: *Et modo formosam qui multa Lycorida questus* (*Lycorida questus* erat Gallus i. e. fastum et levitatem illius) *Mortuus* etc. K.

IN LIBR. III ELEG. I

Ad Calimachum et Phileten veteres elegiographos cod. Dresd.

1. *Callimachi -- Philetae*) Wassenbergius: *Coum fama, Phileta.* Solet aliquando Propertius ita genitivos adhibere contractos. SANTEN. *in Addendis.* cod. Dresd. *Philitae.*

3. *puro de fonte*) in Vatic. quinto, *purus de fonte sacerdos.* -- *Vestro de fonte* legunt alii, et sic in marg. libri sui coniecerat Markland. qui *vro* scriptum fuisse putabat (i. e. *vestro*), unde *puro* enatum fuerit; sed praecessit *vestrum nemus.*

5. *quo pariter carmen tenuastis*) *quod pariter* Groning. *quid* cod. Dresd. *cantu tenuistis* in aliis legi notat Lat. Latinius. *tenuistis* constans fere librorum veterum scriptura est, nempe Regiorum, Colbertinorum, Menteliani, Borrich. Askew. Dresd. duor. Leidd. trium Voss. mei utriusque, ed. Venet. 1475, Vicent. 1481, et Reg. Lep. unde *teruistis* Gebhardus, male, vid. Barth. ad Stat. Sylv. IV, 7, 9. *tenuastis* certe est in sec. Dorvill. et ita iam excusum in ed. Volsci inveni. Beroaldus quoque testatur, bonos codd. habere *tenuastis*, neque aliter editum in utraque Aldina, Colinaei, Rovill. Gryphii, aliisque, recte. Vid. Stat. Sylv. V, 3, 98; Lambin. ad Horat. Epist. II, 1, 225; Cuper. Obss. pag. 32.

6. *Quove -- aquam*) *Quave pedem ingressi, quamve tulistis aquam* in aliis apud Lat. Latinium. *quave bibistis aqua* in Borrich. Heins. primo Voss. Dorvill. meo itidem priore, Commeliniano Gebhardi, et ed. Volsci, in Venet. 1475, et Vicent. 1481 *quave bibistis aquam.* sed in reliquis vett. excusis *quamve bibistis aquam.* Altero vs. pro *moratur* cod. Dresd. *requirit*, male.

8. *versus eat*) *erat* in Heinsiano et Borrich.

9. *Quo — levat — Nata*) *Quoi* Fruterius. *levet* et mox *triumphet* Heinsius, et sic Markland. ut optantis sit potius,

quam indicantis, licet alibi quidem satis magnifice de se loquatur Propertius. Vid. Barth. ad Claudian. I in Rufin. vs. 297, ubi male affert: *Musa vehatur equis.* Altero versu *Nota*, quod ex vet. libro praetulit Passerat. etiam est in Askew. Sed *a me nata* Bronkhus. tuetur propter vs. 17, ut se parentem elegiae Romanae glorietur, sicuti supra vs. 3; *et an me* cod. Dresd.

11. *Et mecum -- Amores*) *At mecum* in Heins. et meo priore. *currum* Dorvill. ut in Palatin. Gebhardi. *vectentur* Heins. et Markland. *currum* hunc, quo se efferunt poëtae ad sidera, bene illustravit opportunis aliorum locis Huetius ad Manil. lib. II, vs. 58, quibus add. Pind. Olymp. IX, 121.

13. *missis -- habenis*) *immissis habenis* legisse Auratum notaverat Dousa. *immissis mecum certatis habenis* Heins. *mittere habenas* in epigr. Petronii, vid. Anthol. Lat. tom. I, pag. 581.

16. *canent*) *canant* Heins. ut in Groning.

17. *de monte Sororum Detulit*) *de fonte* vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. quod non improbasse videtur Passerat. *de morte futurum* apud alios legi notat Lat. Latinius. *rettulit* in Heins. et meo priore.

19. *vestro date serta poëtae*) *date vestro* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Neap. Borrich. Voss. quarto, Heins. primo Dorvill. meo sec. et primis edd. *Non faciat* Heins. ut optantis sit, quomodo supra vs. 9 sqq. *levet*, *triumphet*, et *vectentur amores* corrigendum censebat.

21. *quod vivo detraxerit*) ita in vet. cod. Fruterii, Excerpt. Scalig. Groning. Heinsiano, utroque Dorvill. meo priore, et priscis edd. Venet. 1475, Vicent. 1481, Volsci, Beroaldi, Colinaei, pr. Aldi, et Iunt. ut legendum notavit Gebhard. probante Bronkhus. *detraxerat* in duobus Leidd. tribus Voss. Mentel. sec. Aldi, Rovill. Gryph. Canter. aliisque. *detraxit* Dresd. Altero versu in multis codd. *onus* vel *honus*. cod. Dresd. *reddit onus*. in pr. Dorvill. *opus*, ut in aliis legi testatur Lat. Latinius. Placet valde emendatio Marklandi *Ut mihi -- detraxerit -- foenore reddat honos.*

25. *Nam -- arces*) vitiosa in Regiis, Colbertinis, Menteliano, pr. Leid. et Borrich. scriptura, *ab regno*, quam etiam ex suo libro profert Livineius, et in priore Dorv. *obregno*, quod provenit a librariis, quibus *equus abiegnus*, seu ἵππος δουράτεος Homeri erat incognitus. -- cod. Dresd. *aeque*. *Artes* male in Regg. Colbertt. Neapol. Askew. Leid. sec. Voss. pr. et quarto, pr. Dorv. et meo altero. Burm. Saepius librarii in his vocibus scribendis aberrarunt, vid. Sil. It. VIII, 662; Oudendorp. ad Lucan. IV, 800; Drakenb. ad Sil. XIII, 770. Kuin.

26. *Fluminaque -- viro*) *Fulmina* vitiose in Voss. tert. *esse* in Borrich. Heins. Voss. Leid. pr. et meo sec. *ipse* in pr. Dorv. *Haemonium cominus isse virum* Heins. in notis Propert. pag. 714.

27. *Idaeum — parui*) *Xanthumque et Simoënta* Guyetus. Ideo forte, quia Idam Phrygium et Cretensem hic a Propertio confundi existimant nonnulli; quum haec ad Idam, Cretae montem, Iovis patriam referenda sint, unde, *Cretaeum Idam* vocat. Ovid. Am. III, 10, 25. Ab illo autem Cretae monte Ida dictus est *Iupiter Idaeus*, de quo vid. Vales. ad Excerpt. Peiresc. pag. 133, et Spanhem. ad Callim. hymn. in Iov. vs. 6.

28 *Hectora -- rotas*) sic optime Fruterius et Livineius restituerunt; nam in codd. et edd. vetustis legebatur: *Hectora per campos ter maculasse rotas*, ita certe in duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meisque, et caeteris fere omnibus codd. et edd. priscis. Sed *ter campos*, *ter m. r.* eleganti anadiplosi, recte edidit Broukhus. idque etiam probasse iam videtur Passerat.

29. *Deiphobumque — sine armis*) *sine armis* hanc Scaligeri correctionem, Guyeto probatam, secutus est recte Broukhus. ut edidit etiam Vulp. in plerisque codd. *Polydamantes in armis*, ut in Regg. Colbertt. pr. Leid. Voss. pr. et tertio, Groning. utroque Dorv. et meo priore. *Polydimantes in armis* Borrich. *Polydamantas in armis* Leid. sec. et Voss. tert. Dresd. Neap. et priscae edd. *Polydamantem in armis* Askew. *Polydamanta sub armis*

vet. cod. Perreii, ut legendum notat Markland. ad Stat. Sylv. pag. 264, et sic Heins. et ex vet. libro Passerat. vid. etiam Gebhardum. *Et Polydamanta, sine armis Qualemcumque Parin* distinguebat Marcilius ad Pers. Sat. I, 7, coniungens *Parin sine armis* seu inermem et qualemcumque. Scaliger: *Polydamantes.* Broukhus. *Pulydamanta* scribendum censuit: more Graeco, praeeunte Heinsio ad Ovid. Met. XII, 547 (quod in Πολυδάμας prima corripiatur); sed qui ipse id postea reiecit. Bvrm. nempe ad Ovid. Heroidd. V, 49, ubi recte monuit membranas vett. in locis Ovid. Propertii, Persii I, 4, Sil. It. XII, 212 constanter pro vulgata *Polydam.* scriptura stare, et Graecis non modo Πολυδάμας, et Ion. Πουλυδάμας, sed etiam dialecto Dor. et Aeol. Πωλυδάμας dici. Vid. et Dausqueius et Drakenb. ad Sil. It. l. c. *Poludamanta* Burm. edidit, *Pulydamanta* Vulpius. Kvin.

31. *Exiguo -- et tu Troia*) *nunc Pergamon, et tu* Guyetus; ut ap. Virg. Aen. II, 555: *Troiam incensam et prolapsa videres Pergama*, et sic *Troiae Pergama* Lucret. I, 477. forte ita voluit Guyet. quia et *Ilion Troiam* quasi diversas urbes posuisse ei videbatur Propertius. *Ilios* hic praefert Broukhus. sed parum referre patebit ex Heins. notis ad Ovid. Heroidd. I, 48; et quod ad sonum auribus gratiorem attinet, mihi *Ilion* probandum videtur. Apud Homer. certe et Virg. non nisi neutro genere occurrere, observat schol. ad Il. ί, 71, et Servius ad Aen. III, 3, qui addit, Horatium feminino genere extulisse, de quo vid. Bentlei. ad Carm. III, 3, 23.

32. *bis -- dei*) corrupte *evecti* in Mentel. *Oetae* unus Colbert. et Borrich. *Oete* Neapol.

33. *Nec -- Homerus*) *memorabit* Askew. *memoratur* vitiose in aliis, posita in fine huius versus distinctione.

34. *Posteritate -- opus*) *sensit* in duob. Leidd. tribus Voss. duobus Dorvill. meo sec. et reliquis fere, cum vetustis edd. *Prosperitate* perperam in Borrich. Heins. et meo priore, inepta lectione.

35. *Meque -- nepotes*) *Teque* in Heins. et meo priore

Male, ut et *laudavit* in Regg. et priscis edd. *auguror ipse* recte tuetur Broukhus. pro *esse*, quod vetustiores praeferunt edd. et a Passeratio probatur. *ipse* servant etiam pr. et sec. Vatic. Perreii cod. Dresd. Mentelian. Heinsian. et reliqui. *ipse deae* Neapol. *post cinerem* Mentel. Dresd. et pr. Leid. Burm. *auguror ipse* i. e. ego conscientia fretus meritorum, aeternam nominis famam mihi ipse auguror ac polliceor. Sane noster animose, et ut decebat spiritum excelsum, quamvis in materia tenui: tamen valde modeste, si conferas cum Horat. Od. III, 30. Nasone ipso Metamorph. in fine. Broukhus.

37. *Ne mea — Provisum est*) *Non mea* in sec. Leid. Heins. Borrich. meo priore, et aliis ap. Lat. Latinum. *Nec* Mentel. Leid. pr. et Dorvill. *Me mea cont. l. indicer* in prr. edd. *contemto* pro vili, et ideo praeterito sepulcro, ut I, 20, 21. *Promissum est* in quinto Vatic. Groning. sec. Leidensi, et pr. Voss. perperam. Gebhardi *Latio deo* pro Apolline, merito repudiavit Broukhus.

39. *Carminis -- orbem*) novam elegiam, inscripto titulo, *ad librum suum*, hic inchoant plerique codd. et edd. vetustissimae; et sic Aldus in pr. edit. cum inscriptione, *poëmata solum vacare morte*. Vt in Iunt. et Colinaei. Sed in Ald. altera a. 1515, Roëllii, Seb. Gryphii 1551, eiusque haeredum a. 1561; tum Christoph. Plantini Antuerp. 1560, et Scaligeri haec praecedentibus connectuntur. In edit. Ant. Gryphii 1573, Canteri et Dousae novae elegiae initium est a vs. 41 *Orpheu etc.* quod secutus est Vulp. *Gaudeat insolito* male in vet. cod. Fruterii, Palat. Neap. Regiis, Colbertt. Dresd. pr. Dorvill. et priscis edd. unde Heins. *hinc solito*. Burm. *Gaudeat et solito* Puccius emendavit. Santen. *in Add.*

ELEGIA II

1. *Orpheu -- lyra*) *Orphea detinuisse* in Modii et Scalig. Excerptt. Mentel. pr. et quinto Vatic. Neap. duob.

Leidd. tribus Voss. Borrich. Groning. Askew. utroque Dorv. meo priore, aliisque ap. Lat. Latinium. *Orpheu te tenuisse* in Regg. Colbertt. et meo sec. ut in primis edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci, Aldd. Iunt. Colinaei, aliisque et ap. Octav. Mirandulam Viridar. illustr. poët. fol. 183. *Orpheu te tenuisse* Beroaldina. *Orphea te tenuisse* et minore vs. *sustinuisse* Guyetus e cod. Reg. ut Lips. Modius, aliique. Vulpius: *Orphea detinuisse* primo versu, et altero *sustinuisse* edidit, quae insuavissimum reddunt versum. *Detinuisse feras* librariorum oscitantiae debetur, seq. versus lectionem cum primo confundentium. Neque venusta repetitio, si utroque versu *detinuisse* legatur, ut censebat Scalig. Cogitabam aliquando, *Orpheu, te mulsisse feras*, ut imitatio sit Virgil. Georg. IV, 510 de Orpheo: *Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus;* vel, *flexisse*, sed mox sequitur *flexit equos*, nisi illuc *duxit* cum nonnullis codd. substituendum videatur. Praestat igitur, cum Broukhus. admittere coniecturam Heins. *Orpheu, te duxisse feras.* cuius vid. notas ad Prop. pag. 715, ubi etiam *domuisse* coniicit; quod firmari posset loco Phaedri Prolog. III, vs. 58 de Orpheo: *Qui saxa cantu movit, et domuit feras, Hebrique tenuit impetus dulci mora.* Quo loco etiam *flumina detinuisse* in minore versu adstruitur. *Ducere* hac in re etiam ap. Horat. de Orpheo et Amphione Art. P. 396. -- Altero versu pro *sustinuisse*, quod in vet. cod. Fruterii, pr. Leid. Dresd. Dorvill. Neapol. Mentel. Excerptt. Scaligeri, Askew. aliisque codd. et prr. edd. etiam legitur, et a multis probatum fuit, Broukhus. *detinuisse* recepit, quod eiusdem notionis est. *Sustinuisse* tamen h. l. propter *concita flumina* praefert patruus meus ad Valer. Fl. III, 100, et ita affert Octav. Mirandula l. c. BVRM. Burm. edidit cum Broukhus. *detinuisse*, Vulp. recte *sustinuisse*, neque enim video, cur ab hac lectione, quam codd. omnes tuentur, recedendum sit. Ayrmannus, Prof. quondam Gissensis, in Silva emendatt. criticar. (Gissae 1726) pag. 7 conj. *Orpheu delinisse feras.* Harlesius aliquando coniecerat: *Orpheu, te traxisse*, vid. eius Chrestomath. Lat. Poët. pag. 80, ut Senec. Herc. fur.

573: *Quae silvas et aves, saxaque traxerat Ars.* Mihi legendum videtur: *Orpheu, te lenisse feras.* Haec lectio et auribus gratior est, et confirmatur loco Horat. Art. P. 393; neque tantopere a codd. scriptura recedit, quam Heinsii, aliorumque coniecturae. Kuin.

3. *Saxa -- artem*) ita in omnibus fere codd. et edd. vetustis, neque aliter e suis affert Nestor in Vocabulario pag. 35, et 177. *Thebis* in pr. Dorvill. *Thebes* ap. Octav. Mirandulam. *Thebanam agitata per artem* Heinsius. *Phoebeam agitata per artem* tentabat V. D. in Miscell. Obss. Vol. II, pag. 109, et musicam Amphionis artem intelligebat, ut *Phoebeus Amphion* Statio Sylv. III, 2, 41; sed in notis illic subiectis, Patruus meus nihil immutandum contendit, quia et montis Cithaeronis, et urbis Thebarum mentio satis ostenduut, quae ars intelligenda sit, et loca plura poëtarum, quae affert, in quibus simpliciter *artes* memorantur, satis manifestant *artem*, de qua agitur. Ruhnkenio *Thebas* e glossa provenisse, veramque lectionem suo loco movisse videbatur. Semper vero scribendum *Cithaeronis*, nam male el. 13, 25 *Cythaeronis* in ed. Broukhus. Altero versu pro *muri* vitiose in Neapol., pr. Voss. et sec. Dorvill. *in numeri*. Burm. Astius conj. *Saxa Cithaeronis* blandas *agitata per artes* etc. adducto loco Horat. Art. P. 395: *Saxa movere sono testudinis et prece blanda Ducere, quo vellet* etc. Kuin.

5 seq. *fera — flexit equos*) *duxit* in Borrich. Commeliniano Gebhardi, Heins. et meo pr. *Ad te rorantes* male in ed. Graeviana. *flumina flexit* perperam in aliis ap. Lat. Latinium. *rorantes* vel *parentes* (tibi obsequentes) *aquas* conieccrat Heinsius. *aquas* olim Broukhusio etiam in mentem venerat. Eldikius suis ad me literis refigendum suspicabatur: — *aures Galatea sub Aetna flexit aquis*. Sed *fera Aetna* pro horrida, recte adstruitur a Passerat. ut *feri saltus* Claudian. Cons. Olybr. 186, et *fera arva* Manil. I, 86. *ferox — aquas* conj. Wakker. Amoenit. Lit. c. 12, pag. 28. Per *equos* Broukhus. intelligit pisces frenatos, quibus deae marinae vehebantur, sed rectius V. D. in Miscell.

Obss. Vol. II, pag. 111 equos marinos, in pisces desinentes, ut Tritoni *coeruleos equos* tribuit Ovid. Heroidd. VII, 50.

9. *Quod non — columnis*) *Non quod* Vatic. quint. *Si non Taenariis* male Guyetus, et sic ap. Octav. Mirandulam. *Taenariis domus est mea fulta columnis* in altero Regio. Burm. *Quid? non* emendabat Ayrman. l. c. Kuin.

11. *Nec -- silvas*) *Phaeacidas* in pr. Voss. *feacias* Mentel. *Phacatias* in Regg. Colbertinis, et prr. edd. *Phocacias* Borrich. *Phaeacias* ap. Octav. Mirandulam, ut in Groning. duobus Leidd. Voss. tertio et quarto, meoque sec. Aldd. Iunt. Colin. aliisque, sed metro adversante. *Phacaces* affert Nestor in Vocabul. pag. 99. vera scriptura est *Phaeacas*, ut in Excerptt. Scalig. quomodo Livinei. et Passerat. et sic Cerda ad Virg. Aen. III, 291, et Heins. notis ad Prop. pag. 715.

12. *Non — liquor*) *Atque operosa* Guyetus. *Non nemorosa* Heins. sed vulgata non sollicitanda. Schrader, Emendatt. c. 8, pag. 147 legebat *arva* pro *antra*; sed *antra* recte se tueri posse videntur, si intelligamus, veteres ex aquaeductibus in hortos, in quibus *antra* (Grotten) aquam derivasse. *Martius* male in duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis codd. et priscis edd. *Marcius* scribendum viri docti dudum observarunt. Pro *antra* in Neapol. *ante*.

13. *At -- choris*) *Vt Musae* in meo sec. *Et* in Borrich. seq. vs. *At defessa* in Heins. et meo priore. *decessa* in Regg. recte videtur Scioppius Verisim. I, 10. hic *At* ter repetitum substituisse, *At Musae* etc. *At defessa* etc. ut ap. Virg. Georg. II, 467. Francius distinguebat: *At Musae comites, et carmina, cara legenti.* Pro *cara* in Voss. quarto *rara*, quod non spernendum. *grata* in Groning. Dorv. sec. et aliis ap. Lat. Latinium.

15. *Fortunata -- libello*) *est* in Mentel. Regg. Colbertinis, Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meo priore, et priscis edd. pro *celebrata* in Voss. pr. Borrich. et meo primo *cantata*, ut in marg. sec. quod prae-

fero; et favet Livincii Vaticanus, in quo est *cantata. numerata* in vet. cod. Fruterii, sec. Leid. pr. et tertio Voss. utroque Dorv. et meo primo: quam vocem librarii cod. Borrich. et Heinsiani ingesserunt seq. versui. *suae* in Voss. tert. pr. Dorv. et aliis codd. Lat. Latinii. pro *formae* vitiose *fortunae* in pr. Voss. *tam monumenta* in Dorv. sec.

17. *Nam — ducti*) *ad sidera coeli* in Groning. *moles ad sidera ductae* legebat Heins. *montes ad sidera ducti* olim divinaveram in notis ad Lotich. pag. 14, et 196, et ad Anthol. Lat. pag. 448 seq.

18. *Nec -- domus*) conf. quae de hac aede scripsit Parrhasius in Quaesitis per Epist. pag. 111. *coelum imitata*, ut de Pantheo dicit Dio Cass. LIII, pag. 722: θολοειδὴς ὂν τῷ οὐρανῷ προσέοικεν.

20. *vacant*) male *vacat* in Dresd. Leid. sec. tribus Voss. sec. Dorv. et primis aliisque antiquis edd. et ap. Octav. Mirandulam. *vacant* firmatur a Mentel. uno Colbert. Neapol. Groning. et Heins. meisque.

21. *Aut -- honores*) *subducit* Neapol. Leid. sec. et alter Dorv. male: sequitur enim *ruent*.

22. *Annorum -- ruent*) *Armorum* in Mentel. Colbertino, quinto Vatic. primo Leid. et meo priore. Male in ed. Graev. *Annorum aut tractu*, quod merito improbat Auctor Elect. Eton. Minor. pag. 117, qui in tribus codd. *Armorum* legi testatur. Neque mihi placet Broukhusii coniectura, *Annorum aut actu*. Ita *ictus fortunae* Ovid. Pont. II, 7, 41. *Sic ego continuo Fortunae vulneror ictu.* Broukhusii tamen correctionem non improbandam censebat Ruhnken. si *actus* ea notione acciperetur, qua annus *agi* et *circumagi* passim dicatur. Santenius conj. *Annorum aut ipso pondere* i. e. *solo pondere*, vel *Annosa aut ipso*. *Arvorum* in pr. Voss. *ictus* in meo sec. Heinsius tentaverat: *Ventorum aut ictu*, ut *icta vento aequora* Lucan. II, 458, vel *Annorum aut numero*, sed haec minus arrident. *Pondere* Mentel. duo Leidd. Voss. pr. et quartus, uterque Dorv. et meus pr. unde legendum diu arbitratus sum: *Annorum aut ictu, aut pondere victa, ruent*, vid. ad Anthol. Lat. tom. I,

pag. 315. *Pondera victa* hoc in loco placuisse videntur Patruo meo ad Petron. c. 83, pag. 409, et ad Valer. Fl. I, 831. Withofius coniecerat: *Annorum aut ictu aut pondere.* Eldikius: *Annorum aut tacito pondere*, ut *anni taciti*, et *tacito passu labi* Ovidio, et *occultum aevum* Horatio. BURM. Vulgaris lectio non sollicitanda; *ictu* ad *pondera* et *ruent* longe efficacius, quam *tractu* vel *actu*, et altae Pyramidum moles atque Mausoleum recte ac praeclare *pondera victa annorum ictu* dicuntur, nec placet concursus ablativorum *ictu*, *pondere*, quamvis Burm. eum distinctione, *ictu*, *pondere victa*, *ruent*, adiuvari dicat. KUIN.

23. *At -- excidet*) *ingenium* male in Heins. Dorvill. et meo priore. *ingenii* in quarto Voss. Heinsius coniec. *At non ingenti quaesitum nomen ab aevo*, quia sequitur *ingenio*, repetitione, ut forsan ipsi videbatur, minus grata. Idem ed. Ald. adscripserat: *ingenii quaesitum nomen Homeri Excidet*, me non probante.

ELEGIA III

1. *Visus eram*) *Nisus eram* male in meo priore. B.

3. *Reges -- tuorum*) *Et res*, *Alba*, *tuas*, *et regum* conj. Heins. Markland. legebat *fata*. neutrum probo. *regum gesta tuorum* in Dorv. sec. et aliis ap. Lat. Latinium.

4. *Tantum -- meis*) Heins. conj. *Tantum operis numeris ducere*, reclamantibus omnibus libris. *dicere* pro *hiscere* legebat Schrader. Emend. c. 8, pag. 148. male. Vir doctus, nescio quis, ap. Gebhardum legebat: *Quantum operis! nervis hiscere posse m.* Quod si admittatur, sic distinguendum erit (*Quantum operis!*) *nervis* etc.

5. *Parvaque — ora*) *iam* Guyeto et Heinsio placebat, quod blanditur. Pro *admoram* in Mentel. et pr. Leid. *admittens*, ut in Palatino Gebbardi *admittam*. Vulgatam minime sollicito, vid. Virg. Ecl. III, 43; Ovid. Heroidd. XVIII, 17; Met. X, 282; XII, 425, ubi *admovere ora* legitur. *amoram* in Borrich.

9. *Victricesque moras Fabii*) ita recte legitur in codd. Regg. Colbertt. Groning. aliisque et edd. antiquissimis, et et sic legit Merula ad Ennium pag. 465. deterius et minus poëtice in aliis, *Victorisque moras Fabii*, ut in Borrich. et Voss. tertio. *Victorisque moram* in Excerptt. Scalig. quod margini ed. Graev. adscripserat etiam Markland. *Victoresque* Voss. pr. et meus. *Victoresque mora* in Palatino Gebhardi, qui ex Commeliniano praefert, *victoresque moras Fabii.* Francius: *victoremque moram.* Mox *pugnamque sinistram Cannarum* correxerat Heins. *ad sua vota* legendum censebat Markland. intelligens vota, quae ab aliis facta sibi audire solebant, iam ipsi facere cogebantur, et quae ideo *sua* dici possunt.

11. *Hannibalemque -- fugantes*) *alacres* in sec. Leid. Heins. Borrich. tribus Voss. sec. Dorv. et meo utroque. *acres* in pr. Dorvill. *lacies* corrupte in Neapol. *a sede* Dresd. *Romana sede* recte tuetur Broukhus. contra Passeratii coniecturam *Romana ex aede* i. e. fano dei Tutani, quem ab Herculis exercitu fugato id nominis accepisse indicat epigramma Varronis editum Anthol. Lat. tom. I, pag. 27.

13. *Quum — Phoebus*) *spectans* in Heins. Borrich. et Harleiano Musaei Britannici, quae lectio satis refellitur ex Ovid. Met. II, 557: *Abdita fronde levi densa speculabar ab ulmo*, *Quid facerent.* add. I, 667; est enim proprium de insidiatore, ut ap. eumdem in Ibide vs. 181. *Castalio e culmine* Guyetus, quod recte improbat Heins. *Castalio ex agmine* tentavit Koppiers. Obss. pag. 146; sed vulgatae potius acquiescamus; *ex arbore* enim est, e luco Castalio. Eldikins suis ad me literis conii. *Quum me Castalio speculans ex aethere Phoebus.* pro *nixus* est *versus* in Dresd. *visus* in Regio. *iussus* pro varia lectione in mei cod. sec. marg. *ab antra* in Askew.

15. *Quid -- flumine quis te*) Heinsius emend. *Quid tibi cum tali, demens, molimine?* sed alterum defendunt vs. 2, et vs. 5. respicit procul dubio ad fontem Castalium in radicibus Parnasi, et in animo forsan habuit locum Virg. Georg. III, 291. *quisve* in Regg. et altero Colbert.

16. *iussit opus*) *epos* hic legebant Heins. et Francius. Vid. Heins. ad Ovid. Rem. Am. 396. Patruus meus praeferebat *opus*, quia saepe etiam de poëmate epico dicitur. Vid. quae notavi ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 538.

17. *Non — fama*) ita recte emendatum pro, *Non hic*, ut in vetustis edd. et variis codd. quibus accedunt etiam duo Leidd. tres Voss. Dorvilliani ac mei; sed *hinc* recte etiam Fruterius, Heinsius et Francius. Pro *ulla* in Neapol. *illa* a manu pr. et *tuae* in Excerptt. Scalig. Altero versu *prata tenenda* male in Palat. Gebhardi, cuius coniecturam *formis rotis* pro conformibus et aptis, merito explosit Broukhusius.

19. *Vt -- libellus*) haec ex epigr. quod inter Stratonis παιδικὰ legitur, desumta esse monuit Valcken. ap. Koppiers. in Obss. pag. 150. (Anal. Brunck. tom. II, pag. 370, ep. 50. Vid. Iacobs Animadvv. in Anthol. Gr. Vol. II, P. III, pag. 94. K.) Πολλάκι φοιτῶσιν ὑποκόλπιον, ἢ παρὰ δίφροις βληθὲν, τολμήσεις κεῖνα θίγειν ἀφόβως· ubi παρὰ δίφροις βληθὲν, *in scamno iactatus* Propertio imitationis colorem praebuit.

21. *Cur -- gyros*) *proscripto sevecta est pagina gyro* in Regiis, Colbertt. Menteliano, Groning. duob. Leidd. tribus Voss. et utroque Dorvill. ut in vetustiss. edd. nec aliter in meo priore, nisi quod in illo sit *libro* pro *gyro* et in secundo *praescripto sev. e p. gyro*, ut in Askew. sed *praescriptos evecta est pagina gyros* legendum iam monuerunt Lips. Var. Lectt. III, 12; et Gnellius ad Virg. Ecl. VI, 12, et recte. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 469.

23. *Alter — arenas*) sic optime emendatum ex melioribus codd. nam male in aliis *tradat arenas*. Adhaeret noster Virgilio Aen. V, 163: *Litus ara — Altum alii teneant*. Vid. Dorvill. ad Charit. pag. 697.

24. *medio -- est*) *est* desideratur in Borrich. aliisque ap. Lat. Latinium. Burm.

26. *Qua -- solo est*) Burmannus auctoritate codd. quos tamen non nominatim induxit, delevit *est*, sine idonea ratione. K.

28. *Pendebautque -- pumicibus*) *canis* corrupte in meo sec. et in marg. *tempora* pro varia lectione.

29. *Ergo -- imago*) Ferrarii liber habet *Illic Musarum*. Heins. legebat: *Plectraque Musarum*, vel *Cerea*, imago nempe, vel *Orgia*. Eldikius *Organa* coniecerat. *Illic Musarum* vel *Hic et Musarum* Francius. Sed vetusta significatione *ergo* pro *deinde* exposuit Broukhus. *Cylleni* pro *Sileni* in Leid. Voss. pr. et tertio. *origo* pro *imago* in Excerpt. Scalig. pr. Voss. et Leid. corrupte. Pro *fictilis* in Palat. Gebhardi *futilis*, unde ille *fusilis* coniiciebat.

30. *et calami -- tui*) *et thalami pane tegaee tui* in Regg. *Pan e Tegce* in Colbert. Dresd. meoque pr. o *tegeee* in pr. Leid.

31. *Et -- columbae*) *Vt Veneris* in Groning. *Et Veneris volucres dominae* transponunt Voss. tert. et Dorvill. sec. mox placet coniectura Passerat. *mea cura* legentis, tam propter locum Virg. Ecl. I, 58. *raucae*, *tua cura*, *palumbes*, quam quia confirmatur a cod. Colotiano. Burm. Recte autem Burm. lectionem vulgarem servavit, neque in ordinem recepit Passeratii emendationem, ingeniosam quidem, sed non necessariam, et unius tantum cod. auctoritate fultam. Kuin.

32. *Tingunt -- lacu*) *Cingunt* male in Heins. et meo pr. *Fingunt* in Voss. tert. Palatino Gebhardi et Harleiano Musaei Britannici. *Gorgonico* in meo sec.

33. *Et diversa -- puellae*) *iura* legebat Scalig. quod a Vatic. quint. firmatur, et a Markland. probabatur. *Et diversa novem* in Colotiano. *novae* in Borrich. *turba* in Regg. et uno Colbert. *rura* in altero. *turba* quoque in primis edd. quod repetitum ex praecedentibus. *Et diversa novem sortitae iura* Heins. Sed sequor Broukhus. *rura* praeferentem, miror autem auribus ipsius placere potuisse sonum ingratissimum *diversae sortitae rura puellae*, praesertim quum mox recte damnaverit cod. sui scripturam: *E quarum numero me contigit una dearum*. Legendum itaque e cod. Colotiano: *Et diversa novem sortitae rura*, et sic Francius malebat, ut unaquaeque Musarum in diversa, seu remota,

abierint rura distinctis officiis, ad hederas et flores carpendos in thyrsos et serta. *diversa rura* eo dicuntur sensu, quo ap. Virg. Aen. V, 166: *Quo diversus abis?* add. VII, 150, de qua vocis significatione vid. notas ad Ovid. Heroidd. XII, 145; ad Val. Fl. IV, 387. Burm. Burmanni emendationem, meo iudicio verissimam, in ordinem recepi. Astius *diversae* i. e. secreto ab aliis, coniungit cum *exercent*, et lectionem *sortitae iura* i. e. suo quaeque iure s. munere, quod poëtis tribuere solent, retinendam censet, quum *rura* nullum aptum sensum fundere ipsi videatur: quid enim, inquit, absurdius fingi potest, quam rura tribuere Musis, e quibus flores ad serta poëtis offerenda carpant? Mihi secus videtur, vid. notas. Kuin.

35. *Haec -- nervis*) *haec thyrsos* male in Commelin. Gebhardi, et quart. Voss. in quo superscr. *in*. et *thyrsos* in meo sec. Sed venustatem locutionis *hederas in thyrsos legit* sollicitare nefas. *in thyrsos* enim finem consilii notat, pro, in usum thyrsorum, ut ap. Virg. Aen. VII, 13; Lucan. III, 674. Vid. Heins. ad Claudian. I in Ruf. 152, et patrui mei notas ad Petron. c. 89. *haec carmine nervos* male in vet. cod. Scalig.

36. *Aptat — rosam*) *aptat* hic elegantissimi usus verbum, vid. interpp. ad Nemesian. vs. 90. *at illa* edidi ex sec. Leid. Borrich. Neapol. Voss. pr. et quarto, priore Dorvill. et meo sec. et sic Livinei. Francius et Markland. ad Stat. Sylv. IV, 6, 57, pag. 224, et Schrader. Emend. c. 5, pag. 88. *rosas* in Voss. quart. *utramque rosam* Voss. pr. et uterque Dorvill. quam lectionem amplexus et Palmerius, ex suo cod. deductam, eamque probavit Fruterius et Gruterus Suspic. inedit. lib. 14, c. 12, qui *utramque rosam* de candida et rubea intelligebat, sed recte id reiecit Gebhardus, et *manu utraque* merito vindicatur a Broukhus. et sic legendum suadent *tenerae manus* disticho praeced.

37. *una sororum*) *dearum* in omnibus fere codd. et edd. antiquis: sed quod recte eiecit Broukhus. nam glossam sapit vocis *sororum*, ut etiam in cod. Heins. semper

enim pro ratione rei, de qua agitur, satis intelligitur, quae *sorores* intelligantur, licet saepius librarii varia corruperint loca, in quibus vel Musae, vel Parcae, vel Furiae memorantur, ut docuit Gronov. ad Stat. Sylv. VIII, 553. BURM. Caeterum simile somnium Callimachus finxerat, vid. Brunck. Anal. III, pag. 270, ep. 565, et Ennius, vid. interpp. ad Horat. Epist. II, 1, 50. K.

39. *vectabere cycnis*) ita constanter omnes libri scripti et editi, nisi quod in sec. Gebhardi Palatino *laetabere*, in priore *metabere*, quam tamen lectionem, *metabere*, merito ut ineptissimam reiecerunt Gronov. (ad Liv. XXXVIII, 17) et Broukhus.

41. *Nec — cornu*) *Nec tibi* Fruter. *Ne* Passerat. et Guyetus. *sint* Groning. *praeconia* vet. cod. Perreii, Scalig. Mentel. Dresd. Regg. Colbertt. Borrich. Neapol. Vatic. pr. et sec. Askew. Leid. pr. Voss. tert. et quart. Dorv. sec. et prior meus. *praeconica* in sec. Leid. Voss. et Dorv. pr. meoque sec. peius adhuc *clauso praeconia* in aliis ap. Lat. Latinium.

42. *Flare -- nemus*) Pro *flare*, ut recte edidit Broukhus. in omnibus fere codd. et edd. vetustis *Flere*; quod tuetur Gebhardus, et sic legendum contendit Voss. ad Catull. pag. 226. motus hoc versu poëtae Veronensis: *Multi raucisonis efflebant cornua bombis*, ut in cod. Mediolanensi, ubi tamen in aliis codd. *efflabant*. et recte *flare* hic probant Fruterius, Dousa, Guyetus et Scalig. ut *flator* in Gloss. antiqq. αὐλητὴς vertitur; et *flare* magis convenit heroico et graviori carmini, vid. ad I, 9, 10. Pro *cingere* male *tingere* in cod. Perreii et Scalig. Neapol. pr. Vatic. Askew. aliisque ap. Lat. Latinium. *tinguere* tamen praefert Gebbard. et cruentare ac pollucre exponit.

45. *Barbarus — Rhenus*) ita ex vet. cod. correxit Scalig. et ante eum Volscus ac Beroald. probante etiam Passerat.. et Markland. quibus consentit cod. Perreii, pr. ac sec. Vatic. et marg. quarti Voss. *saevo* in Regg. Colbertt, Borrich. Dresd. Groning. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. meo sec. et edd. vetustis. *scaevo* sec. Leid. Heinsian. et meus pr. pro *vectet* male Gebhard. legit *verrat*.

48. *Nocturnaeque -- fugae*) Pro *fugae* conieceram aliquando *viae*, sed praefero ingeniosam emendationem Marklandi, qui legendum adscripserat: *nocturnasque canes*, *ebria signa*, *faces*, per appositionem; et hanc coniecturam firmabat loco Plutarch. in Pyrrho pag. 390. D. λαβὼν στέφανον τῶν ἰσχίων, καὶ λαμπάδιον, ὥσπερ οἱ μεθύοντες, ubi *coronas* et *faces* coniungit velut *signa ebria*. Burm. Sed lectio vulgaris non sollicitanda, coronae et faces per illa ipsa *signa ebria* intelliguntur. Kuin.

49. *Ut -- puellas)* *exornare* in pr. et quarto Vatic. et vet. cod. Perreii, qui magis sibi placere adscripserat lectionem cod. Pucciani *exorare*, quod etiam Heins. coniecerat. *extaurare* in Regg. Colbertt. prr. edd. et Palatino Gebhardi, quomodo a librariis scriptum fuisse coniicit pro *externare*, sed *excantare* sinceram lectionem esse affirmat, quam tuetur Broukhus. derivata locutione a frugibus, ex agro in agrum traductis. Non opus igitur est, ut cum Livineio *expugnare* reponamus. Burm.

52. *Philetaea*) vulgo: *Philetea*, Dresd. *Philitea*. Sed *Philetaea* legendum esse monuit Santenius in Obss. ad loca nonnulla vett. poëtar. latinor. quum forma *Phileteus* non idonea auctoritate nitatur. *Philetaeus* confirmant codicis Lupachinii penes ipsum excerpta. Vid. Beck. Commentarii Soc. Philol. Lips. Vol. I, P. II, pag. 151. K.

ELEGIA IV

1. *De triumpho Caesaris* inscribitur in Borrich. et meo utroque cod. *de Caesaris triumpho* Dresd. *Descriptio triumphi* in vetustis edd. *Arma meus Caesar* coniecerat Heins. sed vid. Rhodium ad Scribon. Larg. pag. 12. mox *meditaris* idem ed. Aldinae adscripserat, quia in illa, ut in pluribus aliis, legebatur vs. 4 *sub tua iura*, et sic Advers. I, 9, quamquam *sub nova iura* eidem edit. annotaverat; sed in tota elegia sermo ad ipsum Augustum non dirigitur. *meditantur* ex membranis Basileens. excogitavit Barth. Advers.

XXXVII, 9, tanquam dictum esset: Augustus et dii meditantur arma adversus Indos.

3. *Magna viae merces)* ita ex emendatione Heinsii edidit Broukhus. pro *viri*, ut in omnibus fere codd. et edd. antiquis male legebatur. *Virum* enim dici Augustum, quem paulo ante *deum* vocaverat, absonum est. Idem Heins. in marg. ed. Ald. etiam coniecerat *viris* pro ducibus et militibus Augustum comitantibus. In Adversariis autem coniecerat, *magna operi merces*; sed *magna viae merces* praeferendum, licet recipere non audeat editor Elector. Etonens. Minor. pag. 118.

4. *sub tua iura fluent*) ita in omnibus fere scriptis editisque vetustis, quibus accedunt duo Leidenses, tres Vossiani, uterque Dorvill. et mei: sed *tua* non habere quo referatur, quia non alloquitur Caesarem, et corruptum esse ex *sua*, notat Broukhus. recte, *sua iura* ponuntur pro *eius*. Absurda lectio est *sub tua colla*, quam in aliis haberi notat Lat. Latinius. Burm. Male Burm. Broukhusium secutus *sub sua iura* in textum recepit; lectio enim *sub tua* et codd. omnium auctoritate nititur, et auribus gratior, et magis poëtica est; probavit eam quoque Burm. ad Lucan. III, 151: *Degen Deutsche Anthologie der Röm. Elegiker* pag. 228 ex Lucani verbis I, 17. *sub iuga iam isset Araxes* h. l. legendum esse coniecit: *sub tua iuga fl.* non probo. Kuin.

5. *Seres -- virgis*) haec est egregia partim Iani Guilielmii in quaest. Plautinis pag. 239, partim Heinsii ad Claudian. IV; Cons. Hon. 317; Advers. I, 9; et in notis ad Propert. pag. 716: loci huius restitutio, quum antea in omnibus editis legebatur, *Sera sed Ausoniis veniet provincia virgis*, ut habetur etiam in Regiis, Colbertinis, Menteliano, Askew. Leidd. Vossianis, Dorvillianis, meis, reliquisque codd. et prr. edd. quam lectionem frustra tuentur Passerat. et Gebhardus (et Frid. Gottl. Barth. qui explicat: *ultima terra* i. e. India, quomodo κατ' ἐξοχὴν vocabatur, *sera* quidem, *sed tamen fiet* provincia. K.) et sic Dorleans ad Tacit. cui *Sera Provincia* exponitur *Serica*. sed haec palmaria

emendatio stabilitur loco Horat. I, 12, 53, et Lucan. I, 17, ubi vid. schol.

6. *Partha tropaea*) *parta tropaea* in primis edd. et Aldinis, Iuntina, Colinaei et Gryphii.

7. *date lintea prorae*) *date bello* in Mentel. Dresd. ut de suo sec. testatur Broukhus. et de uno cod. editor Elector. Etonens. pro *lintea* corrupte in quinto Vatic. *littora*.

8. *Et solitum armigeri ducite munus equi*) *ducite pondus equi* coniecerat Heins. in marg. ed. Ald. ut de equitibus dorso equorum insidentibus dicatur, quomodo *pondus* saepe pro sessore. Verba *armig. equi* de equis cataphractis male explicuit Vulp. *armigerae aquae* legebat editor Elector. Etonens. Minor. pag. 118, cum praecedentibus coniungens, pessime. Patruus meus emendabat: *Et solitum armigeri discite munus equi* i. e. vos equi, pace et quiete tam diu vacantes, et qui iam dedidicisse videmini bellum, solitum rursus discite opus. Nam *munus* de bellico opere, passim, ut Frontin Strateg. IV, 1, 1. Sed illud *discite* minus apte succedit *proris bello expertis* vs. praec. adeoque equis, aut terrestribus copiis, bello non minus expertis, licet pacis intervallo quieverint, minori laude munus suum velut *iterum discere* ut incitaverit poëta, vix placere non diffiteor. Mallem legere: *Et solitum armigeri sumite munus equi;* ut *sumite* ponatur pro, *iterum sumite munus*, vel opus bellicum, quia additur, solitum. *sumere* autem *bellum* propria rei militaris locutio est, vid. Casaub. ad Suet. Caes. c. 60; Heins. ad Ovid. Heroid. XVI, 371; Drakenb. ad Sil. I, 272; add. Plin. XV, 18; Flor. IV, 12. Si quis vero in Passeratii sententiam discedere malit, qui de equis, viris fortibus virtutis causa donatis et ab armigeris eorum ductis, exponebat; vel, quia *triumphi* et *tropaea* Augusto hic plus semel spondentur, ad equos ante currum triumphalem coronatos et phaleris ac torquibus ornatos, quae *solita munera* bellica erant equis ipsis induta, respici contendat; vel hac explicatione admissa, *sumere* praeferendum erit, pro induere ornamenta triumphalia. Nam *ducere* pro ferre ac portare re-

ete dici, probandum esset. -- *Ad -- currite* Eldik. ut citatae orationis vis defectu copulae intendatur.

9. *omina -- cladesque piate*) *omnia* in vet. cod. Perreii, Dresd. Colotiano, pr. et sec. Vatic. duobus Leidd. pr. et tertio Voss. pr. Dorvill. meo utroque, et edd. priscis; sed recte *omina* in Askew. et aliis codd. Vid. Canter. Nov. Lect. I, 8 (solemnis librariorum error, vid. interpp. ad Aurel. Vict. de vir. illustr. c. 31, 1; Cic. Catil. I, 13, 46; Drakenb. ad Sil. It. IX, 4. Kvin.). *Cladem que piate* in Neap. Leid. altero, tribus Voss. et meo pr. *classes clademque* Groning. *classem clademque* prior Dorvill. *classesque piate* in uno Regio et Borrich. *Crasso cladesque* Dresd. *cladesque piatae* male in meo sec. nam *date lintea*, *ducite munus equi*, *ite* et *consulite* exigunt *piate*. Flor. I, 12. *ea clades ingentibus expiata victoriis.* Markland. suspicabatur vocem *Carras* hic latere, sed *Crassos* recte adstruxit Broukhus. conf. et el. 4, 48.

11. *sacrae fatalia lumina Vestae*) *satiae* corrupte in uno Voss. unde *Latiae* coniecerat Heius. *numina* in Groningano et sec. Dorvill. ut in aliis legi notavit Lat. Latinius. *limina* Regii, Colbertini, Mentel. Borrich. Voss. tert. in marg. meus primus, et edd. vetustiores; quod de sacrario seu interiore Vestae templo capiunt. Sed vera lectio *fatalia lumina*, quae in Colot. sec. et quinto Vatic. meoque altero habetur. Burm. Recte; de permutatione vocabb. *limen* et *lumen* in libris antiquis vid. Catull. LXIV, 272; Sil. It. XVI, 229; interpp. ad Val. Flacc. IV, 28; Drakenb. ad Sil. I, 66. *lumen* et *numen* Oudendorp. ad Lucan. VII, 199; Burm. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 9 seq. Kvin.

13 seq. *Qua -- equos*) *Quom videam* in Voss. quarto, i. e. *quum vid.* ut in sec. Leid. et meo: sed receptam lectionem ex usu vett. esse, patebit ex notis ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 536; add. Ovid. Met. XV, 868; Stat. Sylv. III, 2, 127. — *spoliis onerato Caesaris axe* recte Muret. Scalig. Dousa, et Lipsius, quomodo etiam Heinsius correxerat in ed. Ald. olim enim in vetustis edd. *oneratos Caesaris axes*, ut in plerisque etiam codd. et Regiis, Colber-

tinis, Menteliano, Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis; idque defendit Fruterius Veris, III, 2, tom. V Fac. Crit. Gruteri. Hinc seq. versu etiam in Heinsiano, meo priore, aliisque, et ap. Lat. Latinium, *saepe resistet equus*, posita post *oneratos axes* distinctione. Forte offendebantur, qui hoc mutarunt, elisione in pentametri fine *resistere equos*, quae hic artificiosa est, et vindicat lectionem Ovidii locus Trist. IV, 2, 54. Neque in hexametro id refugit Stat. Theb. III, 299: *Hos assistere equos, hunc ensem avellere dextra.* Dorvill. coniecerat: *Qua videam spoliis onerati Caesaris axe*, vel *ornato Caesaris axe*, sed vulgata praestat. Respicit ad spolia a curru triumphali dependentia. Burm.

15. *Inque — legam*) Burmanno, quia praecessit *videam*, tautologum videtur *spectare incipiam*, adeoque praefert Heinsii emendationem: *Inque — spectare puellae Incipiam titulis oppida lata suis*, attamen lectionem *oppida lata* (non *capta*, quia sequitur *captos duces*) repudiat, quum vulgarem *oppida capta* et ipsa Ovidii imitatio Trist. IV, 2, 20 tueatur. Neque vero etiam *spectare*, *zuschauen*, tautologum esse mihi videtur; est enim verbum significantius quam *videre*, et quum additum sit *inque sinu nixus puellae*, egregie pingit videntis curiositatem et voluptatem. Kuin.

19. *serva prolem*) *prolem serva* in pr. Leid. Askew. meo secundo, et edd. vetustis; reliqui recte in vulgatam conspirant. *e sit in aevum* Heinsius.

21. *sit haec illis*) *sit et illis* vitiose in Menteliano et pr. Leid. *hoc illis* Voss. tert. *his illis* Fruterius. Male Guyetus: *sit illorum*, quod, sequente *quorum*, sonum auribus ingratissimum incutit. *haec illis* recte in reliquis codd. et edd. vetustis.

22. *Mi sat erit sacra plaudere*) *Me* Groning. Borrich. Mentel. Neapol. duo Leid. tres Voss. Heinsian. duo Dorvill. et meus uterque; sed *mi sat erit* iure praefert Broukhus. quia id Propertio amatum, vid. I, 12, 19 al. *mi* quoque in codd. Regiis, aliisque, et primis ac vetustioribus edd. legitur; male tamen in his *media via*, quod etiam in Regg.

Colbertinis, Askewiano, et meo sec. Sed *sacra via* in tribus Vatic. Perreii et Fruterii codice, Neapol. Groning. Palatino et Commeliniano Gebhardi, caeterisque; ut legendum iam monuit Volscus, et in suis codd. haberi notarunt Beroald. et Passerat. licet *media* ediderint; sed alterum recte probatum Iano Donsae F. et Gebhardo, Markland. quoque codici suo adscripserat, *mi sat erit sacra* legendum esse.

ELEGIA V

1. Novam hinc elegiam ordiuntur plurimi codd. Regii, Colbert. Borrich. Askew. Leid. sec. tres Voss. uterque Dorvill. et mei, ut et omnes edd. vetustae, praescripto titulo, *ad amicam iratam*. Sed in edd. Scalig. cum praecedente connectitur. Pro *veneramur* Heins. coniecit: *pacem venamur amantes*. Burm. Astius legendum statuit: *pacem veneremur amantes!* hoc sensu: colite, o amantes, pacem; non bene conveniunt tenero Amori bella, saevae sunt Veneris rixae; nam dura cum puella proelia ego quoque iam experior, licet neque avaritia, neque luxuria illorum sint causae. Kuin.

2. *Stant -- mea*) *Stent* coniecerat Heins. vel *Sat mihi*, quod et Livineio in mentem venerat. *stant* pro *manent* interpretatur Passerat. Broukhus. vero a manu poëtae fuisse credebat: *Sunt* (sic cod. Dresd.) *mihi*; repudiante et contra Propertii mentem censente patruo meo ad Val. Fl. II, 84, qui *stant* exponit: desinunt, finiuntur, quod admittere videtur Dorvill. Obss. Miscell. Vol. VII, tom. I, pag. 105, et sic fere Rob. Stephanus in Thes. Ling. Lat. qui *stant* explicat, non exercentur, quiescunt. Recepta lectione contenti simus, ut sensus sit: obfirmato animo proelia exercere constituimus et solemus, licet pacis deus sit Amor. *proelia dira* Markland.

3. *Non -- auro*) *Nec tamen* in tribus Voss. binis Dorvill. meo utroque et vetustis edd. *Nunc tamen* tam hic quam tribus sqq. versibus *Nunc bibit* etc. male Guyetus. *iniusso*

sec. Leid. an voluit librarius *iniusto?* sed *invisa* sanissima lectio est. Vid. Ovid. Met. XI, 130. *rapitur* vitiose in pr. Voss. et Leid. mox *Nec venit* in aliis legi notat Lat. Latinius. *in gemma* Francius.

5. *aratur*) *arntra* male in pr. Dorvill.

6. *Nec — tua*) *ire paro clade* in vet. cod. Perreii, Mentel. Askew. pr. Leid. altero Colbert. a manu pr. *ire paro classe* in Excerpt. Scalig. Heinsiano, Borrich. codd. Regiis, Dresd. et pr. Colbert. sec. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, et priscis edd. *aera paro clade* in vet. cod. Fruterii, Groning. et sec. Colbert. a manu sec. *aere* Neapolit. *aera paro clade* in pr. sec. et quinto Vatic. aliisque apud Lat. Latinium. Pro *aera paro* in aliis *peto.* Marklandus: *aera peto classe.* Broukhus. in ora ed. Colin. coniecerat: *Nec misera aera paro clade, Corinthe; tua:* coniungens *misera Corinthe*, et de statuis ex aere Corinthio factis intelligens. Ruhnkenius coniiciebat: *Nec mista aera peto clade.* Acidalius ad Vellei. Pat. I, 13 legebat: *Nec miser. aera peto classe, Corinthe, tua,* iungens *aera tua* et reiiciens emendationem Scioppii *clade tua*, ut in MSS. invenit Palmer. Spicileg. pag. 804. Patruus meus ad Lucan. III, 287 prae caeteris praefert lectionem: *Nec miser ire paro classe, Corinthe, tua* (ita Ovid. Amor. II, 11, 8, *Fallacesque vias ire Corinna parat*) eo sensu: non ingredior mare nave Corinthiaca, ut in terris remotis mercatura ditescam. Haec lectio certe praeferenda coniecturae Heinsianae in notis ad Prop. pag. 717: *Nec mi serta paro clade, Corinthe, tua.* Per *serta* intelligens laurum triumphalem. Burm. *clade* vel librariis debetur, ut ap. Lucan. III, 286, ubi pro *classibus* in codd. nonnullis male legitur *cladibus*, vel Grammaticorum interpretamentum est; *aera Corinthi* apprime respondent *mille Campaniae iugis*; legendum igitur cum plurimis et optimis libris: *Nec miser aera paro classe, Corinthe, tua.* Kuin.

7 seq. *O prima — opus*) *frangenti* male in Neapol. *fugienti* Dresd. *caute* in Mentel. priore Leid. Voss. pr. et quarto, utroque Dorvill. et meis. *pectore* Voss. tert.

9. *Corpora -- arte*) *componens* sec. Leid. et Voss. tert. *vidit in arte* in codd. plerisque et edd. vetustis. *non vidit inertem* coniecerat Heins. in ora ed. Ald., quod legitur in Colotiano, Leid. sec. et tert. Vossiano. Idem Heins. notis ad Propert. pag. 717 *mentem non addidit arti.* Sed *vidit* est providit, procuravit. Passeratius tuetur lectionem codd. *mentem non vidit in arce*, quia mentem seu rationem in capite, velut in *arce*, positam statuebant; et sic Gebbardus, repudiante Broukhusio. Sic de anima rationis capaci Claudian. IV; Cons. Honor. vs. 234: *hanc alta capitis fundavit in arce.* Vid. Davis. ad Cic. II de Nat. D. c. 56, et not. ad Lotich. III, pag. 201. Neque tamen hic ita legendum probare velim. Sed vel cum Broukhus. per *artem* intelligenda est *fabrica corporis*, quo sensu *artem* exponi posse, firmat locus Stat. Theb. XI, 468, ubi homines *diri Prometheos artes* vocat; vel forte castigandum: *Corpora disponens*, ignem *non* induit *arti*: ut *mentem*, glossae instar, supposuerint librarii, ex sequente *animi.* Prometheus, qui primos effinxit homines, quum *ignem*, seu *divinae particulam aurae* deesse videret, eum a diis mutuatus est, unde Iovi *ignem*, i. e. igneam illam animi vim eripuisse, et propterea Caucaso alligatus fuisse fingitur. Per hunc vero *ignem*, diis abreptum, intelligendam esse *mentem animi* indicat Claudian. d. l. vs. 229. *induere* autem elegans hac in re verbum esse, patebit ex not. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 514. Burm. *addidit* tamen hic non mutandum, sed retinendum puto, si legamus, *ignem non addidit arti*, ut in loco Horatii Carm. I, 16, 13 ss. Tibull. II, 4, 36; ubi vid. Broukhus. *disponens* vero *corpora* id. qd. Gr. διαπλάσσων ἀνθρώπον, ut observat Dausquenius ad Basil. Seleuc. pag. 23. Santen. *in Addend.*

11. *Nunc — iactamur.*) *infandum* in aliis teste Passerat. quod probat Guyetus, et sic vet. cod. Fruterii, Livinei. ex coniectura. et e MS. Palmerius. *intactum* Palatinus Gebbardi: unde *intacti* coniecerat Broukhus. *in tantum* in omnibus codd. et edd. vetustis, quod non sollicitandum. *maris aequor* h. l. subintelligendum censet patruus meus

ad Val. Fl. II, 375. *ventis* in Aldd. Iunt. Colinaei, Gryphii, aliisque.

12. *atque — nova)* *arvis nectimus arva nova* in Voss. quarto. *quaerimus* pro *nectimus* male in meo sec.

13, 14. *Haud — rate)* *ad infernas rates* in Regiis, Colbertinis, Mentel. Borrich. Heins. Groning. duobus Leidd. Voss. primo et tert. a manu sec. utroque Dorvill. meis, Palatino Gebhardi, antiquis edd. et ap. Octav. Mirandulam in Viridario illustr. poët. fol. 184; idque praefert Dorvill. in Miscell. Obss. Vol. V, tom. III, pag. 7; sed *ab inferna rate* tuentur Ant. Perreii cod. Colotianus et tres Vaticc. recte, vid. Tibull. III, 3, 10; Sil. Ital. V, 267. Gebhardo quoque et Markland. *inferna rate* placuit. Sed quia Latinitati obstat *vehi a nave*, recte Schrader. Emend. c. 8, pag. 148 corrigebat: *Nudas at inferna, stulte, vehere* rate. BURM. Male, *ab* referendum ad *vehere*, est τμῆσις KUIN.

15. *Victor — Mario* etc.) Hanc a Iano Gulielmio in Quaest. Plantin. pag. 239 propositam emendationem amplexus est Broukhusius, quum in vetustis edd. legeretur *miscebitur umbris*. Certe *miscebitur* est etiam in Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis, et ap. Octav. Mirandulam fol. 184. *umbris* in pr. Leid. uno Voss. Askew. binis meis, ac sec. Dorvill. *misceberis* Francius. Sed *miscebimur* recte Livineius et Modius ex cod. Posthiano h. e. Groningano. in quo *miscebimur undis*. *undis* quoque in sec. Leid. et priore Dorvill. *miscebimur* vero requirunt praecedentia *iactamur* et *nectimus*, idque ex Commel. libro etiam praetulit Gebhardus. Male Passerat. *cum victis umbris* coniungit, nam *victor cum victis* eleganti locutione pro *victores et victi*, ut seq. vs. *Iugurtha cum Mario*: vel *victores miscebimur cum victis*. Nam passim vett. plurali utuntur, ubi de duobus per praepositionem *cum* coniunctis agunt, ut multis exemplis probat patruus meus ad Ovid. Met. I, 320; ad Lucan. IV, 619: sic et alibi saepe peccatum, ut infra el. 9, 20. Idem Passerat. quoque *Indis* coniecerat, quod Gulielmius occupavit, vel *miscebere Cimbris*, quia poëta

Marium alloquitur seq. vs. atqui Marius, ut recte monuit Brouklius. ibi iungitur cum Iugurtha, qui sane non erat Cimber. Improbavit et hanc coniecturam Gebhardus. Burm. Etiam aliis in locis *undis* et *Indis*, vid. Burm. Anthol. Lat. tom. I, pag. 256. *undis* et *umbris*, vid. Sil. It. XIV, 512 a librariis permutata sunt. *Miscebimur Indis* vera lectio. Kuin.

17. *non -- Iro*) *discat Craesus abire* corrupte in Mentel. Borrich. Voss. et Leid. pr. Dorv. meoque.

18. *Optima — die*) *parta* in Heinsiano, Dresd. et meo priore. (*parca* debetur Scaligero, et probatur a Gataker. ad Antonin. XII, 23, pag. 356. Santen. *in Addend.*) *acta* cod. Fruterii, et Neapol. cum pr. et quint. Vatic. et sic affert Alb. Eyb in Margarita Poët. c. 13, ed. Basil. 1495. *apta* Gebhardus. *tarda quae venit acta die* Guyetus. *propera* Heins. ad marg. ed. Ald. ut innuat optimam esse mortem, quae cito venit.

19. *Me iuvat in prima*) *iuvet* in Neapol. et Mentel. ut Guyetus, et disticho sequenti; et sic Markland. et Schrader. Emend. c. 7, pag. 145; forte etiam *a prima* corrigendum, ut *a teneris adsuescere multum* Virgilio. Altero versu *Musarumque comis* vitiose in uno Colbert. et sec. Dorvill. Haec et sqq. ex Solonis Elegiacis deducta esse censet Ruhnken. quae edidit ad Callim. Fragmenta pag. 421: Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου, Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

22. *Et — rosa*) Synes. Epist. 32, pag. 95: ἐν στεφάνοις καὶ μύροις μεθύοντα καὶ κωμάζοντα. add. quae notavit Dorv. ad Char. pag. 97, et cf. Stratonis epigr. ap. Rutgers. Var. Lect. lib. IV, pag. 411. Markland. suspectum videbatur caput in verna *semper* h. v. suspicabatur ergo Prop. scripsisse *in tenera rosa*. Sed illud semper non tam stricte capiendum opinor, praesertim si *caput in verna rosa habere* explicemus, molliter reclinatum esse in pulvillis rosa, vere vel aestate decerpta, fartis (vid. notas).

23. *Venerem gravis interceperit*) in pr. Dorvill. *Ve-*

nerem caput int. an forte librar. voluit *cana interc. aetas?* sed sanissima est lectio vulgata.

24. *Sparserit -- comas*) *integras* in cod. Fruter. excerptis Scalig. Leid. pr. Livineii codd. Borrich. Groning. meo utroque, Voss. pr. et quarto, in quo superscr. *in nigras. integras* quoque in vetustis edd. *ingratas* in quinto Vatic. sec. Leid. et tert. Voss. *Sparsit, et integras* in Dresd. Regiis, Colbertinis et sec. Dorvill. Olim coniiciebam, *sparserit et niveas*, i. e. nivis instar canos capillos per caput sparserit. Sed recte Broukhus. vindicavit *sparserit et nigras*, ut in cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. aliisque et ita Guyetus. Firmat Ovid. imitatio Trist. IV, 8: *Inficit et nigras alba senecta comas.*

25. *Tum -- mores*) *liceat* in Groning. *perdiscere iura* Heinsius; sed alterum tuetur illud Virg. Georg. I, 51: *Ventos et varium coeli praediscere morem.* Sic *ventorum mores* Lucret. I, 194, ubi vid. Gifanii Collectanea pag. 378. *mundi rationem quaerere* vocat noster II, 34, 51. -- Versu seq. *Qua deus* (*arte* nimirum) in quarto Voss. a manu sec. sed *Quis deus* recte se habet, vid. Ovid. Met. XV, 68.

27 seq. *Qua venit Exoriens* etc.) Totum hoc distichon transponendum censebat Broukhus. infra post vs. 34 *Solis et atratis* etc. non immerito eum offendisse videtur insolens locutio, qua *exoriens* simpliciter ponitur, non addita voce *Sol*, quae, admissa eius transpositione, repetenda ex vs. praeced. Pluribus de hoc loco egi in notis ad Lotich. pag. 249; et ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 264 seq. Si quis tamen Broukhusii transpositionem repudiet, necesse erit, ut, sublata maiori distinctione post *deficit*, *exoriens Luna* hic coniungatur, et *Qua venit exoriens* (*Luna*) *et in plenum redit*, inter se opponantur. *unda* Dresd. *defidit unda* Palat. conf. notas.

29. *Vnde -- Eurus*) *superent* in Groning. et sec. Dorvill. quod admitti potest propter seq. *captet*, vel *captat* cum Francio corrigendum. *superant cuncti* in pr. Voss. *cuntis* pr. Dorvill. dein *flumine captet* in Mentel. Leid.

pr. et Dorvill. pro *Eurus* in Palatino *eurus*; unde *Corus* Gebhardo placebat.

31. *Si — arces*) *sit ventura* Mentel. duo Leidd. tres Voss. meus uterque et Dorvilliani cum primis edd. sed recte Passerat. et Gebhard. tuentur *Si* pro *an.* (ut ap. Sallust. Iug. 47, 2; Liv. II, 25; V, 42. Vid. Drakenb. ad Liv. tom. I, pag. 939. Kvin.) *axem* Dresd. *substruat arces* in Borrich. *qua* pr. Leid. *qua subruat artes* Mentel. *arcem* praefero ex Palat. ac Colbertino (sed *arces* ποιητικώτερον. K.) et altero versu *bibat* ex Mentel. pr. Leid. et sec. Dorvill. et sic Francius. Est autem imitatio Virgilii Geor. I, 380: *et bibit ingens arcus*, ubi vid. Vrsin. in Virg. cum Graecis collato pag. 123. Quod autem Rhodigin. Lect. Ant. XXII, 29; et Turnebus Advers. XXIX, 31. hoc in versu *caeruleus* contra omnes codd. et edd. proferant, forte eorum memoriae obversabatur illud Virg. Georg. I, 452: *Caeruleus pluviam denuntiat, igneus Euros.*

33. *Aut cur Perrhaebi*) *Per herebi* in Mentel. Borrich. Dresd. pr. Leid. et meo. in altero nostro *Perhebi.* *Perebi* in Neapol. *Penei* Dorvill. sec. a manu sec. *Pirrei temuere c. mundi* Askew. Formam adiectivi Propertianam *Perrhaebas Pindus* pro *Perrhaebaeus* vel *Perrhaebeus* firmat Steph. Byz. in Περραιβός. τὸ ἐθνικὸν, inquit, Περραιβαῖοι· τὸ θηλυκὸν κατὰ κοινότητα ἡ Πέρραιβος καὶ Περραίβη.

34. *Solis -- equis*) *attractis* Mentel. unus Colbert. Heinsian. Groning. duo Leidd. tert. et quart. Voss. meus uterque, Dorv. sec. et in marg. *auratis. actractis* Askew. *a tractis* Borrich. *astratis* pr. Vatic. *aratis* in pr. Dorvill.

35. *Cur -- Bootes*) sic Regii, Colbertt. Groning. aliique, ut iam ediderunt Volscus et Beroald. *seros* Neapol. *senis* in Voss. pr. Heinsiano, et priore Dorv. quod ad veram lectionem *serus* accedit, neque aliter omnes edd. vetustae ante Scalig. qui edidit *segnis*, ut in tert. Voss. *serus* Bootes dicitur, quia, ut ait Catull. Carm. LXIII: *vix sero alto mergitur Oceano.* -- *servus* vitiose in ed. Gryph. 1551. *Cur serus versetque boves*, vel, *versetve* Heinsius.

36. *Pleïadum -- chorus*) *spisso igne* antea in omni-

bus fere codd. et vetustis edd. legebatur. Sed *spisso imbre*, propter Pleïades imbriferas, optime restituit Heins. in notis ad Ovid. Met. X, 508, quem etiam vid. ad Valer. Fl. V, 46.

38. *Plenus et in partes*) *ut in partes* corrige cum Heinsio. Burm. Correctio supervacanea. K.

39. *Sub terris si iura deum*) *sint* in Mentel. binis Leidd. meo sec., Dorvill. et edd. antiquis. *sin iura* Askew. *sunt* Heinsianus, tres Voss. pr. Dorvill. et meus. Sed bene correctum est *si*, ut iubet vs. seq.

40. *si furit*) *ferit* in Colbert. Mentel. et pr. Leid. *fuerit* vitiose in Askew. pro *furit*.

41. *Aut — Phinei*) *Anne Alcmaeoniae* in Perreii et Colotii cod. pr. et tert. Vatic. Burm. *Anne Alcm. furiae*, *an ieiunia Phinei*, I. P. sic notatum erat in Ferrarii libro, ubi I. P. significat, credo, Iovianum Pontanum; caeterum Puccius quoque *Anne* coniecerat. Santen. *in Addendis*.

42. *Num rota, num sc. num sitis*) *Non rota, non sc. non sitis* in Mentel. Neap. et pr. Leid.

44. *et Tityo iugera pauca*) *et* deest in Mentel. pr. Leid. et Voss. tert. a manu pr. *an Tityo* coniecerat Oudendorp. ut in vet. cod. Perreii, Colotiano et pr. Vatic. *pauca iugera* Markland. *parva* exponebat, addens, se dixisse ad Statium.

45. *An — gentes*) sic edidi propter consensum omnium codd. et vetustiss. edd. coniecturam enim suam *escendit* textui ingessit Broukhus. Novi *ascendere* saepe a viris doctis restitutum fuisse multis veterum locis, (solent enim interdum librarii verbis ex praepositione *e* compositis a capite adiicere literam *d*, vid. Drakenb. ad Liv. 38, 25, 8, et quos laudavit ad Liv. II, 28, 6, tom. I, pag. 359. Kuin.) sed saepe etiam minus opportunam in eo substituendo adhibitam vel affectatam fuisse curationem, vid. Ruhnken. ad Rutil. Lup. I, pag. 48, et quae notavi ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 185: hic certe scripturam antiquam revocandam censui. *gentis* in Neapol. Mentel. pr. Leid. Voss. et

Dorvill. pro *gentes* in Excerptt. Scalig. *mentes*, ut legebat Heinsius, et Markland. Saepe enim bae voces inter se permutantur, ut ap. Horat. Od. I, 3, 26. Vid. notas ad Ovid. Met. I, 99; Markland. ad Stat. Sylv. I, 2, 183, et quae dedi ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 145 et 474. -- Altero versu pro *haud ultra* in variis codd. et edd. antiquis *aut*. In meo priore distinguitur: *Et timor : aut ultra quam rogus esse potest.* Sed in vet. cod. Perreii, Colotiano, pr. et quint. Vatic. aliisque, *haud ultra.* -- *ire potest* olim coniecerant Broukhus. et Francius.

47. *Exitus hic vitae superet mihi)* *superest* in duobus Leidd. pr. et tertio Voss. utroque Dorvill. meis, et priscis edd. sed in reliquis codd. *superet*, optantis modo, ut in Groning. Voss. quarto a manu sec. aliisque, quod recte contra Gebbardum tuetur Broukhus. -- *Crassi signa referte domum.* Flor. IV, 12, 63. *Parthi quoque, quasi victoriae poeniteret, rapta clade Crassiana ultro signa retulere.* Vbi vid. Freinshemium. add. Ovid. Fast. V, 585 sqq. Plures *signis* bis Parthorum *receptis* inscriptos Augusti numos, aureos argenteosque, oculis exhibitos et illustratos videre licet. ap. Patin. ad Suet. Aug. c. 21, et in Thes. Morelliano tom. I, ad Tab. XI, pag. 223 sqq. et ad Tab. XVII, pag. 297 sqq.

ELEGIA VI

Ad Lygdamum inscribitur in variis codd. et edd. antiquis. Lygdami quoque mentio fit lib. IV, el. 8. Omnes Scaligeri in hac elegia transpositiones probabat Guyetus. BVRM.

1. *Dic — puella)* quid *sentis* in Askew. Puto, si scripsisset, *quae sentis*, non additurum fuisse *vera*, neque etiam tam postulabat Propertius, ut animi opinionem explicaret Lygdamus, quam ut simpliciter vereque, quomodo se Cynthiae res haberent, utque illa affecta esset, enarraret. Leni ergo manu corrigendum arbitror: *Dic mihi de nostra quaerenti vera puella.* WASSENBERGIVS.

2. *Sic tibi sint -- iuga*) *si tibi* in sec. Dorvill. *sint dominae* in Heins. et meo priore. *depta* in Neapol. *lenta iuga* male alii intruserunt, quod recte damnavit Gebhardus. Perperam etiam nonnulli *dominae* casu tertio accipiunt, et peius adhuc alii *dominae iuga* explicant: sic, Lygdame, nunquam ames, liber sis ab amoris imperio, ut Passerat. *Sic* passim boni ominis voto inservit, ut I, 21, 5; Ovid. Met. VIII, 357 al.

3. *Num me — Haec referens*) *Dum me* in duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis. *Non* Neap. *Num*, ut edidit Passerat. in vet. cod. Perreii, Colotiano, et pr. ac sec. Vatic. *Tu me* Fruterius. *Cur me* Heins. pro *tumefactum* forte praestiterit *stupefactum*. *stupere* enim de subita animi agitatione dicitur, tam in laetis quam adversis, quae praeter spem metumve nuntio non exspectato ad nos deferuntur. (Nil mutandum; *tumefactum*, quod omnes codd. tuentur, longe exquisitius verbum est, et orationis serici convenientissimum. Sil. It. VI, 597. *secundis -- tumentem*. II, 28. *tumefactaque corda secundis*. De omni animi graviore motu *tumere* usurpatur, vid. Burm. ad Lucan. V, 53; ut οἰδάνεσθαι, vid. Iacobs Animadvv. ad Anthol. Gr. tom. I, pag. 149. KVIN.). Seq. vs. coniecerat Heins. *Haecne refers?* *Nec referens* in Borrich. et meo primo. *Illa refers* in quinto Vatic. BVRM. Cod. Dresd. super litera H appositum habet N, ut *Nec* legendum videatur, sed sensu contorto. BARTH.

5. *Omnis enim debet sine vanis esse relator*) ita ex Regiis, et altero Colbert. edidit Broukhus. idque pro varia lectione etiam inveni in marg. sec. mei cod. et in ed. Veneta 1475, Reg. Lepid. ac Volsci idem excusum fuit. Sed quod Broukhus. loquendi modum inde derivet, ut *Lygdamus veluti Consul referat ad Propertium*, *quasi ad Senatum*, scriptum a Broukhus. nollem. Si *relator* hic locum habet, simpliciter accipi debet de narratore, ut vs. praeced. Sed offendunt *referens* et *relator* spatio nimis vicino iuncta. Verum longe aliam lectionem exhibent vett. codd. et edd. nam in duobus Leidd. tribus Voss. utroque

Dorvill. Dresd. meisque, *sine vano* (vel *vanis*) *nuncius esse*: quod et in reliquis omnibus legitur, et in ed. Vicent, 1481, Aldina utraque, Iunt. Colinaei, Gryphii, Mureti, Rovillii, Scalig. caeterisque; et ap. Octav. Mirandulam in Viridar. illustr. poët. fol. 184, quod nescio cur posthabitum fuerit. Forte *relator* in contextum irrepsit ex glossa marginali, verbis illis: *sine vano nuntius esse*, apposita, unde *sine vano* mutatum in *sine vanis*, ut staret versus, *sine vanis esse relator*. Ea autem notione *relator* pro narratore vix ap. Augustei aevi scriptorem reperitur. Nam in epist. Balbi ad Cic. epp. ad Attic. VIII, 15, ex qua locum affert Broukhus. longe alia significatione poni de eo, qui ad Senatum refert, ipsa verba manifestant: *consilio Senatus*, *auctore te*, *illo relatore*, *Pompeium et Caesarem coniungi posse*.

6. *Maioremque — fidem*) in omnibus fere codd. et edd. priscis legebatur: *Maioremque timens servus habere fidem*. Mendi originem inde ortam recte divinavit Muretus, quia in suo vet. libro scriptum *metuens*, sed ab alia manu substitutum erat *timens*, unde ipse ex corrupta scriptura *metuens* (quae tamen Francio probabatur), detracta ultima syllaba, emendavit *metu*: quamquam illud *timens* deinceps reliquos libros tam manu exaratos, quam typis excusos, occupavit, et placuisse videtur Scaligero, cui *timens* exponitur εὐλαβής· et hanc quoque lectionem secutus est Passerat. atque in marg. libri Ald. Perreius *timens* exponebat, *fallere timens*, *reverens*. Mureti tamen calculo recte assenserunt Guyetus et Heins. qui et ipse ex coniectura sic legendum ed. Aldinae adscripserat, et, Scaligero hic insuper habito, id recepit Broukhus.

7. *ab origine dicere — ista bibam*) Malim *ab origine ducere prima* h. e. deducere, repetere, ut in loco Virg. Aen. I, 736; haec autem verba fere commutantur, ut *ducere* et *dicere carmen*, vid. Broukhus. ad Tibull. II, 1, 54 (add. Burm. ad Ovid. Fast. III, 326; Drakenb. ad Sil. XII, 221. K.) Si quis tamen *dicere* pro *narrare*, *indicare*, praeferat, non valde refragabor. *Auribus hausta*

bibam coniecerat Heins. sed receptam lectionem tuetur locus Ovid. Trist. III, 5, 14: *Et lacrymas cernens in singula verba cadentes, Ore meo lacrymas, auribus illa bibi.*

9. *Siccine eam incomtis*) *Sicut eam* Mentel. Borrich. Askew. Dresd. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. et mei, cum priscis edd. *Sic ut eam* in Regiis, et ita in Palatinis et Commeliniano Gebhardi, sine interrogationis nota.

11. *Nec speculum strato*) ambiguam Passeratii explicationem (an in lecto strato nullum erat speculum? an cum lecto strato?) amovebimus, si cum Heins. legamus: *Nec speculum in strato* etc. nam *in* absorpsit ultima praecedentis vocis litera. *Haec speculum* male in meo sec. *Non speculum* Francius.

13. *Ac — lacertis*) *Ad* Mentel. et pr. Leid. *At* Groning. cum Palatt. et Commelin. Gebhardi, ut legebat Livineius. Sed emendandum: *an moestam*, ut video etiam coniecisse Dousam Fil. probante Gebhardo. In solo Askew. *Agrestem teneris*; in qua scriptura latet forte *Ac tristem*. Sed mox sequitur: *Tristis erat domus*. In Voss. tert. *niveis*; sed *teneris* superse. quae confusio ex versu praeced. orta est. *vectam* corrupte in Neapol. pro *moestam*.

15. *Tristis erat domus — ipsa loco*) *Tristis erat domina?* Heinsius. Sed *domus* hic ponitur pro domesticis, ancillis, ut I, 11, 23 (vid. notas). *tristis s. p. ministra Carp.* in Askew. Cogitabat Virg. Georg. I, 390: *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellae*, ut illic notat Valens Guellius.

16. *medio loco*) reposui, quia sic iubebant omnes membranae et editt. vett. quibus accedunt Leidd. Voss. meus uterque, et pr. Dorv. in cuius altero legebatur *toro*, ut affert Heins. ad Valer. Fl. II, 138, et in notis Propert. pag. 718 emendat. *colo* in aliis legi scribit Lat. Latinius in Biblioth. Prof. pag. 61. Broukhus. ex sola Dousae P. coniectura in contextu exhibuit *foco*, notatque *focum* saepe pro penatibus ac familia dici; et hoc praefert Struchtmeyer Animad. Crit. II, 1, pag. 93: sic quoque in ora ed. Ald. olim coniecerat Heins. sed postea delevit. Neque

causam video, cur deseramus constantem omnium fere codd. scripturam, praesertim quum *medius locus* in lanificio honoratior herae erat proprius. (Idque praetulisse videtur Francius, cui simplicius videbatur *medio loco* i. e. in medio domus, vel media inter ancillas ipsa. SANTEN. *in Addend.*). Possis etiam, si consentirent codd., *media* domo. Nam saepe *domus*, *locus*, et *torus* in codd. confunduntur.

17. *impressa siccabat lumina lana*) *impraesa* corrupte in Mentel. pro *lana* fortasse legendum *laena*, ut Cynthia lanae trahendae dedita, induta fuerit laena, seu pallio viliore domestico, qua luminibus impressa lacrymas abstersérit. Heinsius ad marg. ed. Gryph. 1573, cui variantes cod. Neapolitani adscripserat, etiam *laena*, vel *palla* emendavit.

19. *Haec — servo*) verba Cynthiae esse, monuerunt Perreius, Beroald. Ianus Dousa P. et Livineius, qui recte refutat Beroaldum et Canterum, praecedentia vs. 14. *Tristis erat domus*, etc. male ad Lygdamum referentes, quasi illa retulerit Propertio, quod satis refutant *iurgia nostra* vs. 18; singula enim inquirentis et rogantis Propertii sunt. *Nec te teste* in Regg. Dresd. et meo priore. *Haec me teste* Mentel. et prim. Leid. pro *est poenae* Passerat. in aliis libris legi notat *inpunae*, unde Guyet. *Inpune est servo* etc. sed nihil omnino novandum. *Est pene sero* Dresd. *Est poenae — fidem* per interrogationem legenda putabat Francius.

21. *Ille — facto?*) *Illa* in Regiis, Mentel. Voss. pr. et tert. Dorvillianis, et meo priore a manu sec. *miserum* Borrich. duo Leid. Voss. pr. et tert. et a man. sec. in quarto, et utroque Dorvill. *potestne uno* Heins. ad oram ed. Ald. dein *fato* sec. Leid. *pacto* in Excerpt. Scalig. et Voss. tert. ut conieccrat Heins. et Broukhus. ad marginem ed. Colin. sed *facto* est culpa. Si vero haec praecedentibus adiuncta, ut cum seqq. connectantur, et verba Propertii contineant, legendum omnino est, ut in nonnullis codd. habetur: *Illa potest nullo miserum me linquere facto?*

22. *Aequalem — domo*) *aequalem* in Regg. Colbertt. Mentel. quinto Vatic. Borrich. duobus Leidd. tribus Voss.

utroque Dorvill. et meo altero, quod Perreius in marg. ed. Ald. interpretabatur: *aequo sed et mutuo amore iunctam.* Nec Francio *aequalem* displicebat. *Equalem* in Askew. et meo pr. ut in aliis libris; unde, *Et qualem* Broukhus. *Ac qualem* Scaliger, in cuius cod. *nullo modo.* Vnde Heins. *Aequalem nulla dicet habere domo?* vel *nullam domi?* (ut *domi* in Palatino Gebhardi). Passerat. tentabat: *Equalem nullas discet habere domos:* vel *nulla domo*, aut denique *Aequalem ducere*, i. e. parem habere. Gebhard. excogitabat *avere*, ut *havere* scriptum fuerit, pro more librariis solito. Quid si legamus: *At qualem nulla possit habere domo*; vel *nulla possit amare domo.* Dorvill. coniecerat: *Aequalem nulla ducere ab arte domum.* Markland. vero ad Statii Sylvas pag. 241 versus hos sic constituebat: at *Ille potest uno miserum me linquere facto? Rivalem ex illa dicor habere domo?* ut *dicor habere* Propertii more solito dicatur, pro *habeo.* Koppiers. Obss. philol. pag. 146: *Ille potest nullo miseram me linquere facto! Et quali nullam dicere amare modo.* Burm. Nodell. Obss. Critt. emendat: *Ac, qualem nullus, dicere habui domi.* Equidem per *aequalem* intelligo, rivalem Cynthiae, ut infra *aequalis* pro rivali, el. 8, 21: *Immorso aequales videant mea vulnera collo*; ut adeo sensus et cohaerentia sit: Ille Propertius potest me linquere, nullo crimine commisso, et dicere, me rivalem nulla habere domo? non esse fraudes in amore ipsius? coll. vs. 38; quare ergo me deseruit? quid commisi? sane improba eum herbis vicit! coll. vs. 25. Kuin.

23. *Gaudet -- lecto?*) *solum* pro *solam* in Excerpt. Scalig. Regiis, sec. Leidens. tertio et quart. Voss. altero Dorvill. *Gaudeat et solum* in Askew. sed haec Cynthiae verba esse, quae Propertio retulit Lygdamus, notaverat Markland. et ante eum Beroald. coll. vs. 35.

24. *Si — mea*) *morte tua* in Askew. ut in aliis legi notat etiam Latin. Latinius. *morte meae* Scaliger. et Voss. de Anal. II, c. 10 dativo antiquo pro morti; quod laudat Barth. ad Claudian. pag. 1276; sed non opus est, nam

insultare morte mea, casu sexto locum tertii obtinente, frequens est ap. Propert. ut dictum sit pro *morti meae*, seu mihi mortuo, insultet. Aliter hic cum Heinsio substituere liceret, *exsultet Lygd. morte mea*, sed *insultet* longe efficacius, ut II, 8, 20. Vid. de hoc verbo Passerat. ad Catul. pag. 50.

25. *Non -- vicit*) *ille* Fruter. sed *illa* refertur ad pellicem, cui Cynthia haec exprobrat. *vincit* in Borrich. Leid. sec. et tert. Voss. His autem numeris (singultantis quasi puellae interpellatam orationem referentibus) ex genio Propertiano artificiose dimensis versum non interpolatum exhibent vet. cod. Perreii, Colotianus, duo Vaticc. Dresd. Neapol. Excerpt. Scalig. Mentel. Palatinus Gebhardi, Livinei. codd., Heins. aliique libri manu exarati. *Non me illa moribus* Borrich. duo Leidd. cum pr. et tert. Voss. *Non me muneribus illa* etc. prave in Groning. et corrupte in Commelin. Gebhardi *Non me muneribus sed herbis*. Hinc molliorem et concinnum magis versum se reddituros putarunt, qui eum sic constituerunt: *Improba non vicit me moribus illa, sed herbis*: quod primum provenisse ab Hieronymi Avancii audacia colligit Broukhus. ex epist. Aldi Manut. ed. Venet. 1515 praefixa, quae in meo exemplari praemittitur ante primam Aldi ed. 1502; sed desideratur in altera anni 1515, in qua scribit Aldus, se in emendando Propertio illius Avancii opera adiutum fuisse; in anterioribus vero editis eo ordine legi addit, quo nunc exhibetur. Ita certe reperi in Venet. 1475, Reg. Lep. 1481, et Ant. Volsci 1488; sed iam in Beroald. anni 1487 sic exstat, ut deinde in Aldd. Colinaei, Gryphii, Rovillii, aliisque excusum fuit; quod miror Heinsio placuisse in notis ad Propert. pag. 719. Recte vero Passerat. et Broukhus. lectionis nunc receptae numeros ad singultantis puellae affectum exprimendum dedita opera a Propertio sic compositos indicarunt.

26. *Staminea — rota*) *illa* in Askew. tertio Voss. et quarto pro varia lectione, ut ad pellicem Cynthiae referatur. Sed *ille* bene se habet, ut ad Propertium referatur.

rumpi vitiose in Regiis codd. et prr. edd. *rumbi* in meo utroque.

27. *Illum -- rubetae*) *protenta* corrupte in pr. Voss. et Dorvill. secundo a manu pr. quod favere posset Heinsio, *prosecta* emendanti, qui praeterea ad marg. ed. Ald. coniecerat, *Illum turgentis sanie*, pro veneno, quia *rubetam* simpl. tantum poëtae dicere malunt, *ranam* subintelligentes, et *saniem* serpentibus passim tribuunt. Ingeniosam hanc coniecturam vocat Broukhus. sed vulgatam locis Plin. VIII, 31, et XXXII, 5 defendit. *turbenta* in pr. Dorvill. unde *tormenta* tentabat Markland. *sanie* pro *ranae* ab Heinsio emendatum approbat Graev. Epist. tom. IV, Syllog. Epist. pag. 296. Burm. Eldikius hunc et sqq. versus ita legit: *Illum turgentis sanie portenta rubetae, et Exusta Aeaeis ignibus ossa trahunt; Et strigis inventae per busta recentia plumae*; ut plane conveniant cum Horat. Epod. V, 19. Santen. *in Addendis*.

28. *Et -- trahunt*) *exectis* in Colot. Vatic. pr. et sec. Leid. sec. Voss. quarto, et a man. pr. in tert. Dorvill. pr. meoque sec. *exsectis* Dresd. *ex sectis* in vetust. edd. unde *enectis* Heins. aliquando coniecerat. *ex satis* Mentel. *exustis* in Excerpt. Scalig. pro *exustis*. *laeta exactis* Borrich. *exactis* etiam in Dorv. sec. et meo priore, *exsectis uncis* in Regiis. *ex sertis*, vel *ex sectis* pro varia lectione, in uno Colbert. *exactis* in altero. *exsectis anguibus* in cod. Fruter. quod reiecit Broukhus. et *exsectis unguibus* edidit, *quia angues, Plinio auctore, non sunt venenati*, ut addit. Sed haec aliena sunt. Nam de veneno hic nulla mentio, sed potius de amoris conciliatione. Delrius in Disquis. Magic. lib. III, quaest. 3, pag. 14 affert: *Et lecta e sectis unguibus ossa trahunt*; quod vero *unguibus* in contextu dedit Broukhus. ex sua ipsius coniectura est, et segmina unguium e cadaveribus lecta intelligit, quibus in arte magica utebantur; nam non ossa quaecumque, sed cum certo quodam delectu partes cadaverum, et segmina unguium colligebant veneficae, ut notat Reines. Epist. ad Daum. pag. 97 extr. Sed si haec lectio a codd.

firmaretur, mallem alio sensu, *Et lecta exsuctis*, vel potius *exsuccis unguibus ossa trahunt* i. e. aridis, quia anus plerumque ossa illa legebant. Horat. Sat. I, 8, 22 sqq. Sed a Broukhus. discedit Oudendorp. ad Lucan. VI, 543, qui *lecta exsectis anguibus* tuetur, vel *trita* pro *lecta* tentat. Sane *anguibus* hic est in omnibus fere codd. quibus consentiunt duo Leidd. tres Voss. Askew. uterque Dorvill. et mei cum edd. antiquioribus. Heins. tentabat vel, *exsecta e vivis anguibus exta*, vel, *e foetis anguibus exta*, vid. eum ad Vellei. Pat. II, 87, et in notis Propert. pag. 719. Markland. coniecerat: *Et lecta ex atris ignibus ossa trahunt.* Sed si hic intelligenda sint ossa e rogis lecta, vulgatae *exsectis* vel *ex sectis*, nt in codd. est, propius accederet, si cum Heinsio Epist. ad Graev. tom. IV Syll. d. l. legeretur: *Et lecta ex seris ignibus ossa trahunt; seri* en. *supremi*, vel *extremi ignes*, sunt ignes rogales. Burm. Mitscherlich. ad Horat. Epod. V, 20 legendum praecipit: *et lecta exsertis unguibus.* Lectionem *anguibus* omnium codd. auctoritate fultam et probam in ordinem revocavi. Quae Broukhusius, ut coniecturam suam, *unguibus*, muniret et confirmaret, protulit, omnino aliena sunt. Nam, ut recte monnit Oudendorp. ad Lucan. l. c. licet angues non sint venenati, plura alia erant, quae per se non venenata, a veneficis tamen usurpabantur, ut *cervi iecur*, et *cornicis caput* etc. Praeterea poëtae in his indulserunt ingenio, et quae apta ipsis viderentur, admiscuerunt: unde hac in re tantopere variant. Sed et potuit Propertius *anguem* pro quovis serpente posnisse. Kuin.

29. *Et -- plumae*) Palmer. conii. *tacentia*, *carentia* in Dorvill. sec. *rotantia* in Excerpt. Modii, seu Groning. Heins. coniecerat, *recentia* (ita et Francius), *calentia* vel *tepentia*.

30. *Cinctaque -- toro*) *toro* recte castigavit Heins. pro *viro*, ut antea in codd. et editis. Idem Heins. *rogo* coniecerat, vel *Cinctaque funestae l. v. pyrae. Cinctaque* est in Leidd. Voss. altero meo, et Dorvill. cuius lectionis corruptum vestigium in pr. Dorvill. ubi *Cynthiaque*. In cod.

Heins. *Iunctaque*, unde ille *Vinctaque* emendaverat; quae voces passim permutantur, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 533. (add. Drakenb. ad Sil. VIII, 487; Burm. ad Petron. c. 123; Doëring. ad Catull. LXI, 68. Kvin.) *Cinctaque* exhibui in ipso contextu, quia sic in maiore codd. numero, non *Vinclaque*, ut edidit Broukhus. sed *toro* recepi, nam haec quoque saepius variantur in codd.

31. *Si non vana canunt*) *cadunt* in quinț. Vatic. Leid. sec. tribus Voss. pr. Dorvill. et meo altero, probant Passerat. Gebhard. et Scioppius Veris. III, 20; nec facile repudiandum. In plerisque vero codd. transponuntur verba, *mea somnia*, *Lygdame*, *testor*. Versu seq. Heins. et Broukhus. Scioppii emendationem *Poena erit ante eius*, etc. recte reiecerunt. Bvrm. Lectio *cadunt* glossema redolere mihi videtur. *Canere* est verbum exquisitius, et confirmatur loco Claudian. Bel. Gildon. 354 s. *Per somnos mihi*, *sancte pater*, *iam saepe futura Panduntur*, *multaeque canunt praesagia noctes*; quem locum ipse Gebhardus attulit; vid. et notas. Kvin.

33. *Putris -- lecto*) *Nutrix* in Borrich. *in vacuo putris* Guyetus, sine ulla necessitate, ut docet locus II, 25, 7.

34. *Noctibus -- Venus*) *dormiat* in Groning. sec. Dorvill. et meo priore. *illa Venus* in Regiis et Colbertinis.

36. *Hac -- via*) *viam* Neapol. *Haec eadem* in pr. Vatic. et Askew. *Huc* coniecerat Heins. *eadem* contracta in bisyllabam voce, ut II, 8, 26.

39. *Me quoque -- torquerier igni*) *Te quoque* in Borrich. *cum simili* in Groning. et meo sec. *consuli* in Neapol. quod contractum ex *consimili*, ut in plerisque codd. *consimili tostum torquerier igni* Heinsius. sed *impositum* non videtur sollicitandum, quia *igni imponi* frequens locutio, ut ap. Ovid. el. de Nuce vs. 177. Vid. notas ad Gratii Cyneg. vs. 416. *torrerier* Palmerio hic placebat, quod et praeferebat Francius; recte tamen vulgatam tuetur Passerat.

40. *Iurabo et bis sex*) Heins. conj. *iurato*, quod cod. suo adscripserat Marklandus, ut ad Lygdamum sermo sit.

Iurabo bis sex omissa copula, in Mentel. Neapol. Borrich. Leid. sec. tribus Voss. Askew. utroque Dorvill. et meis.

42. *Exstiterit, per me,*) Markland. legebat *Exstiterit per te*, ut et ipse olim conieceram; sed nunc praefero *per me* i. e. meo beneficio.

ELEGIA VII

De morte Peti, et mala auriciae inscribitur in Veneta 1475, i. e. *avaritiae*, ut in ed. Reg. Lep. et Volsci, vel, ut in meo cod. sec. *de morte Peti et malo avaritiae*. In Regg. et Colbertt., *de morte Paeti, et malis avaritiae*. ap. Octav. Mirandulam in Viridar. Illustr. poët. fol. 184: *de morte Paeti. Et avaritiae mala*. in Aldinis *de morte Paeti ob avaritiam*. in Beroaldina simpl. *de morte Poeti*. in pr. meo codice *Queritur Peti mortem*. ut in Borrich. nisi quod *Poetae*, pro *Paeti*, supinitate librarii. *Paetus* cognomen fuit familiae Aeliae, Papiriae, Arriae, Caesenniae, et Considiae. *Paetum* hunc esse eumdem illum *Arrium*, Paeti cognomine ita dictum, in quem ludit Catull. epigr. LXXXV, ubi Arrium hunc in Syriam navigasse, et in Ionio mari submersum fuisse indicat, coniectura est Passeratii pag. 439; quam tamen certam affirmare nolim. -- Plurima huius carminis valde inversa et transposita in codd. et antiquis edd. leguntur; unde suam operam in plurimis huius eleg. turbatae ac confusae versibus alio ordine digerendis iam contulit Gul. Canterus Novar. Lectt. V, 30. Scaliger quoque transposuit, probante Guyeto. Sed editor Elect. Etonens. Maior. pag 151 et sqq. antiquiores edd. secutus est, in notis tamen nonnulla aliter transponere conatur.

1. *Ergo sollicitae tu causa)* sic in Regiis, Colbertinis, Borrich. Groning. et prr. edd. *Ergone male* in Mentel. Heins. pr. Leid. aliisque, et in vitiosis edd. secunda enim correpta apud aevi Augustei poëtas non occurrit. *tua causa* in meo sec. *es* desideratur in Neapol.

2. *immaturum)* *ematurum* in pr. Dorvill. *immaturae*

affert Lips. ad Senec. de Ira III, 32; quod tamen a nullo cod. aut vetusta ed. confirmatur.

3. *crudelia) mortalia* in Dorvill. sec. *misces* pro *praebes* in aliis legi testatur Lat. Latinius, quod si probum esset, *pocula misces* alii forte substituerent, et Senecae verbis l. c. adstruerent, ubi: *haec* (pecunia) *fora defatigat -- venena miscet*, etc. sed sana mutare nihil opus est; neque aliter, ut hic leguntur, quatt. priores versus, codd. usus, affert Alb. Eyb in Margar. Poët. c. 13. -- Seq. versu *Semine curarum* editor Elect. Etonens. ex ed. Brixiana.

7. *primo miser excidit aevo*) *occidit* male conj. Livinei. quod in edit. Volsci legitur. Passerat. *excidit* explicat, *navi excidit*, et sic ἐκπίπτειν Graecis, vid. Gronov. ad Arrian. VI, 25; sed *excidit aevo* est, vita privatus est.

9. *Et mater -- cognatos*) *At mater* in Groning. et sic Guyet. et Heins. neque aliter in ora libri sui Markland. *busta* male in Mentel. et pr. Leid. *Terrae* maiore litera scribendum notaverat Markland. nempe Terrae Matri, ut ap. Suet. Tib. 75: *Terram Matrem deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam darent.* Sed hoc minus placebat Santenio, qui per *terram* hic intelligebat pulverem arenae, quam quia mater non poterat dare, Paetum sponte sua vilis arena tegeret. *Ut pote* in Borrich. Heinsiano et meo priore. *Nec potes ignotos* in Commeliniano Gebhardi.

11. *Sed -- marinae*) *Sed sua* et vs. seq. *nunc sibi pro tumulo* legebat Gruterus Suspic. lib. VII, 5. Burm. cod. Dresd. *adsunt.* -- Ovid. Heroid. X, 122. *Ossa superstabunt volucres inhumata marinae.* -- K.

12. *Carpathium omne mare*) *Carpathium omne mare est* in Scalig. cod. Neapol. tribus Voss. utroque Dorvill. et meo sec.

13. *Infelix -- Orithyiae*) *memor Orithyiae* in vet. cod. Perreii, Colotiano, pr. et sec. Vatic. *immemor* tamen hic placebat Heinsio.

15. *Aut quidnam -- carina*) *quinam* in pr. Dorvill. unde *quianam* hic legendum conieceerat Markland. qua voce antiquata bis usum fuisse Virgil. Aen. V, 13; X, 6 testan-

tur Quinctil. VIII, 3, et Grammatici vett. Vid. Erythraei Ind. Virg. Sed an Propertio conveniat, vehementer dubito.

17. *quid aetatem numeras* etc.) *quid aetatem narras* in sec. Dorvill. quod favet Schradero, cui *memoras* corrigendum videbatur Emendatt. c. 8 propter vs. 59. *Quo rapitis* etc. quamquam alterum constanter servant omnes codd. et edd. vett.

18. *non habet unda deos*) *habet* hic corruptum videtur, an forte castigandum, *non pavet unda deos*, certe aequor suos *non habere deos* dici nequit, nam passim *di maris*, quibus imperium pelagi, poëtis memorantur, ut vs. 57; sed in procellis vehementioribus aequor deorum suorum rationem iustamque venerationem non habere, sani et poëtici coloris est. (vid. notas.)

19. *Nam — procellis*) *saxa* illa *ligata* Heins. videtur coniunxisse, sed de mendo suspecta habuisse, nam *rigata* vel *agitata*, vel denique *Euboea* aut *Aegaea* coniecerat. Nihil autem hic mutant codd. aut vetustae edd. et haec verborum structura satis aperta videtur: *omnia vincula, ligata ad saxa, nocturnis procellis detrito fune cadunt.* Per *saxa* intelligi λογγῶνας, ad quos alligabantur naves, notat Valens Guellius ad Virg. Aen. VII, 106, aut anchoras ipsas, quae apud vett. ex saxo vel ingenti lapide erant. Vid. Lycophr. vs. 20; Apoll. Rhod. I, 955; schol. Pind. Pyth. IV, 341; Plin. XXXVI, 15; et Berkel. ad Steph. Byz. in Ἀγκυρών. -- Altero versu *de trito* in meo sec. aliisque codd. et edd. antiquis. *de tristi* in Borrich. et meo priore.

22. *Qua--aquae*) *Qua notat* in Borrich. pr. Leid. duobus Voss. utroque Dorvill. et meis. *Qua notat Agivum poena minantis aquae* in Regiis, Colbertinis et Mentel. *Qua natat Arginni* Askew. *natat Arginii* ap. alios haberi testatur Lat. Latinius. *natat* etiam in quint. Vatic. et sec. Dorvill. *minantis* in binis Leidd. quart. Voss. meo utroque et Dorvilliann. *natantis aquas* in Colot. et pr. Vatic. *minantis aquas* correxerat Fruterius. *Argivum p. minantis aquae* cod. Dresd. *Arginni* in vet. cod. Perreii, et pr. Leid. *Argynni* in altero. ap. Puccium v. c. *Arginni.* in Heinsiano *Argivi. Agynni*

Neapol. *Argymni* quint. Vatic. *Quae nota Argivis* Groning. *Argivi* in meo priore. *Qua notat Argivum poena minantis aquae* in priscis edd. *Qua notat Argynni poena natantis aquas* Ferrarii liber. *Quae notat*, litora nempe, Passerat. vel *Quas*, curas Agamemnonis, propter Argynnum puerum. Scribendum vero *Argynni*, non *Argyni*, ut in ed. Broukhusii. Sic Ἄργυννος ap. Steph. Byz. correxit Holstenius pag. 44. Parrhasii autem sententia, qui in Quaesitis Epist. pag. 211 ed. Steph. legendum censet: *Qua notat Argynni poena natantis aquas*, pro aquas infames reddit, Cantero et N. Heinsio etiam probata fuit. *natantis* forte propria notione posset intelligi, quia natantem in Cephiso vidit ac deperiit Agamemnon, non autem cum Passerat. *Qua natat Arg. poena minantis aquae*, ut *natat* ponatur, pro, mortuus aquis fluitat, ut supra vs. 8. Vir doctus in marg. ed. Scaliger. sequentia ex Marcilio annotaverat: » Lege: *Quae notat Argynni poena, minantis aquae* i. e. maris Aegei, testantia curas sive amores Agamemnonis, quae litora *notat* sive infamat poena pueri Argynni, ad ea litora naufragio eiecti; recte autem Aegei maris aquam minantem, sive minacem, i. e. iracundam vocat, nam eiusmodi est, atque inde nomen ipsum illius maris; et Artemidoro II, 12 dicitur φοβερώτατον πέλαγος. sic a Constantino Porphyrog. dr. βαρύκλυν καὶ δυσχίμερον in Themat. pag. 32; et vid. Dionys. Alex. vs. 130 et 513. *poenam* autem pro naufragio dixit, nam haec avaris terraque non contentis poena. « Burm. Lego: *Qua natat Argynni poena minantis aquae*. ex hac lectione reliquae ortae videntur. K.

25. *positaque in gurgite vita*) sic in omnibus quidem codd. et edd. nisi quod in Neapolitano, *posita est in gurgite vita*. Sed amplector emendationem Marklandi ad Stat. Sylv. II, 4, pag. 211: *positumque in margine ripae*, quod firmare potuisset ex Silv. II, 3, 77. -- *fluidos collegit amictus Arctius, et niveae posuit se margine ripae*. *Positum* vero non sepultum, sed a fluctibus illic depositum corpus, recte intelligebat Ruhnken. Huic emendationi adstipulatur epigr. Bianoris in Anth. Gr. I tit. 22, ep. 11. Burm. in

Anal. Brunckii tom. II, pag. 157. Marklandi emendationem probavit quoque Iacobs in Animadvv. ad Anthol. Gr. tom. II, P. II, pag. 15, ac mihi quoque vehementer illa arridet, ita ut in ordinem eam recepissem, si ullius cod. auctoritate confirmaretur. Caeterum hic et tres sqq. versus subiiciendi mihi videntur versui superiori 16: *Portabat* etc. Kvin.

26. *vilis arena tegas*) Idem Markland. legebat: *mollis arena tegas*. h. e. quod I, 17, 24 dicit: *Tum mihi non ullo pondere terra foret.* Sed vulgatam non sollicitare praestiterit, nisi quod in textum recipiendum, exigente sensu, existimaverim *Paetum sponte sua vilis arena tegat*, ut legebat Guyetus, eoque non inspecto, ita coniecerat Santenius. Dousa P. Praecidan. lib. II, c. 10 confert haec cum Petron. c. 114. *vilis arena* hic etiam referri posset ad ritum, quo naufragis insepultis, pietatis causa, manu ter quantulamcumque terram et glebam in os mortui iniiciebant, et sic homini, qui naufragio perierat, *iusta facere* dicebantur, Horat. Carm. I, 28, 23; quod optime illustravit Meurs. ad Lycophr. vs. 367.

27. *Vt — sepulcrum*) *Et quoties* male in Mentel. Borrich. Groning. Askew. pr. et sec. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, aliisque et edd. antiquis. *Vt quoties* recte emendatum a Dousa, probante Livineio, qui seq. vs. *Dicet* male legebat. Huic loco adscripserat Markland.: » hic versus clare probat emendationem meam, *positumque in margine ripae*; nisi enim sepulcrum positum sit in margine ripae, quomodo illud videre posset nauta transiens? necesse est igitur, ut per *arenam* intelligas litoralem, non eam, quae ad fundum maris est. Ergo *in margine ripae positum* verbum funerale est; ut passim ap. Virgil. et alios. « Quaerere etiam potuerat Markland. unde nauta sepulcrum Paeti transiens scire poterat, humatum illic esse naufragum? Innuit forte eius tumulo insculptam fuisse navem procellis laceram, remos fractos, anchoram, tabulasque naufragii indices, vel ex titulo sepulcrali, *Naufragus hic situs est*. Burm. Huiusmodi quaestiones subtiles a poëtae interprete non movendae sunt,

Nec est h. l. sermo de tumulo, sepulcro, arte exstructo, sed de arena, vento aggesta, alluendo advecta, Paeti corpus in litus eiectum instar tumuli tegente. Innuit poëta nautas, litora illa legentes, et arenae tumulum spectantes, ad quorum aures fama de Paeto, haud obscuri nominis viro, naufragium ibi passo, pervenerat. Kvin.

29. *Ite — causas*) *Ite rates curvae et leti texite causas* ex Farnesiano et Vrsini cod. Lips. Antiq. Lect. II, 10, relicto hiatu, ut ad naves ipsas sermo referatur; quod Gebhardo probatum fuit. Lipsio favent sec. Leid. tres Voss. uterque Dorvill. et mei, nisi quod *contexite* in Leid. sec. Voss. tert. et quarto, meoque priore, ut in Borrich. *curvae et leti quoque texite causas* in Regg. et Colbertt. ut in vetustis edd. et ap. Mirandulam in Viridar. illustr. poët. fol. 184: *Ite rates curvae ite et leti texite causas* in Mentel. et pr. Leid. *curvae et leti contexite curas* in Askew. *detexite* quint. Vatic. *terite* Neapol. corrupte in Groning. *Ite rates curvae et letius texite causas*. Scalig. ex vet. cod. praetulit, *et leti texite causam*, ut *leti causa* sit pro leto ipso. Heins. Advers. I, c. 9, pag. 88, et in notis ad Propert. pag. 720: *Ite*, *rates curvas*, *leti contexite causam*, per appositionem, ne *curvas* et *causas* sonum faciant nonnihil ingratum; quod recipiendum videtur. *causam* etiam correxerat Markland. Livineio in notis pag. 124 placebat Boschi (l. Bochii) emendatio: *Ite*, *rates curvas*, *leti contexite causas*. Heinsius aliquando malebat: *Ite*, *rates curvae*, *leti contexite causam*, ut patet ex Graevii epist. tom. IV Syllog. pag. 533, qui illud utraque manu se amplecti scribit. Gronovius Obss. II, 9 Passeratii emendationem: *Ite*, *rates curvas et l. t. causas*, Guyeto quoque probatam, vindicavit. et Gronovio assentitur Graev. Lectt. Hesiodd. c. 17. Poëtam non rates ipsas allocutum esse, patet ex vs. seq.

30. *Ista — manus*) *humana* Dresd. *aucta* coniecerat Heins. ad marg. ed. Ald. propter sqq. ni fallor, *fatis adiecimus undas*. Sed *aucta* et *auximus* cumulari nollem. Absurdo iudicio Gebhardus hic legebat: *Ista per humanos mors venit acta manu*; ut *humanos* pro hominibus dicat

ἀρχαϊκῶς. Idem in notis ad hui. libri el. 3, 40, pag. 241, *mors venit aucta* etiam coniecit, vel *acta* interpretatur lacessita.

31. *Terra — undas*) ita edidit Broukhus. ut in plerisque codd. et in vet. cod. Perreii, Mentel., pr. et sec. Vatic. ac Neapol. Excerptis Scalig. Heinsiano, Borrich. Groning. meo sec. et prr. editt. ut in aliis legi etiam notat Lat. Latinius. An forte distinguendum: *Terra parum fuerat fatis: adiecimus undas.* Sed *terris adiecimus undas* in Dresd. tert. Voss. ut in Aldina utraque, Iunt. Colinaei, Gryphii, aliisque. Illud vero *terris* tanquam frigidum improbat Gebbardus (est apertum glossema; Burmanni vero distinctio quoque sententiam frigidam parit K.), magis tamen friget eius amici, quam memorat, coniectura, *fatuis adiecimus undas.* Recepi lectionem a codd. confirmatam, ut interpungendum, eiecta voce insititia *terris*, iam monuit Lipsius Antiq. Lectt. II, 10.

32. *Naturae -- vias)* haec sincera lectio est, licet in plerisque codd. habeatur *Fortunae*, ut etiam est in duobus Leidd. tribus Voss. Askew. utroque Dorvill. meis, et vetustiss. edd. ut ap. Octavian. Mirandulam. Sequitur enim mox *Fortuna insidias* etc. neque *Aerumnae*, ut coniecerat Heins. probare possum. Broukhus. *Naturae* recte vindicans, qui, inquit, hunc versum tanquam sanum atque integrum interpretati sunt, debuerant nos docere, quibus viis Fortuna homines interemerit ante inventam navigationem, et inde secuta cum mille discriminibus bella ac caedes. Confirmat hanc lectionem imitatio Claudian. Praefat. in L. I. de R. P. init. *Inventa secuit qui primus nave profundum, Et rudibus remis sollicitavit aquas. Qui dubiis ausus committere flatibus alnum, Quas natura negat, praebuit arte vias. Naturae* praeferebat quoque Marklandus. *Fortuna* autem et *Natura* in codd. non raro confunduntur, ut mox vs. 37. Vid. notas ad Ovid. Heroidd. XVII, 113; ad Claudian. IV; Cons. Hon. 214; et ad Suet. Tib. 19; Burm. add. Lucret. V, 108; Sueton. Tit. c. 1. Vid. Broukhus. ad Prop. II, 18, 17; Burm. ad Quinctil. Decl. IX, 16. Kuin.

34. *Quid -- parum est*) *quoi sua* in Groning. et pr. Leid. quod vetusti codicis indicium esse, alibi notavi. Caet. compara Iuliani epigr. Anth. Gr. lib. III, tit. XXII, ep. 39, et add. notata ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 505. Vs. seq. *ventosum est* conj. Heins. male.

38. *Fortuna -- avaris*) eadem variatione *Natura*, qua paulo ante, hic legitur in variis codd. quibus suffragantur duo Leidd. tres Voss. uterque Dorvill. cum meis codd. et edd. priscis; sed recte notavit Markland. *id falsum esse*, Natura *enim optima dux et mater nunquam insidias mortalibus struit. Recte igitur qui legunt* Fortuna. Male etiam *insidians* in pr. Leid. Dresd. tribus Voss. utroque Dorvill. meo sec. et antiquis edd. sed *insidias* ex vet. cod. i. e. Groning. praefert Modius in Novantiquis Epist. 18, et sic Markland. ad Stat. Sylv. pag. 147, idque Gebhard. notat firmari a cod. Palatino, ex quo *portum* affert pro *pontum*. Altero versu conieccrat Heins. *vix semel isse potes*, vel, *Vt tibi subsidat, sat semel esse potest.*

39. *Saxa -- salo est*) *trita salo* in Heins. cod. et meo priore. *trita solo est* in Borrich. et Dresd. *tracta solo est* in pr. Voss. et Leid. *tracta salo est* in vetustis edd. *tacta* vitiose in ed. Gryph. *strata* conieccrat Heins. ad oram ed. Ald. sed *tracta* bene se habet; posset etiam legi *vasto Graecia rapta salo*. Nam in hac locutione *tracta* et *rapta* saepe inter se confunduntur, ut ap. Ovid. Trist. I, 4, 15. Vid. Heins. et patrui notas ad Ovid. Met. VIII, 553; et ad Virg. Georg. I, 203. Caet. hunc locum et IV, 1, 115 cum Graeco Bassi epigr. contulit Valens Guellius ad Virg. Aen. XI, 260; quod legitur Anthol. Gr. I, tit. 55, ep. 11, et cum Crinagorae epigr. (Anal. Brunck. II, 151, ep. 39.) Holstenius ad Steph. Byz. pag. 166.

41. *Palantum -- Vlyxes*) Vulgaris lectio: *Paulatim sociûm* etc. illud *paulatim* explicant Passerat. et Broukhus. de Vlyxe socios non simul et semel amittente ac lugente, sed sensim: quod tamen valde contortum videtur. Heins. conj. *Pellax et sociûm iacturam*, eum vid. ad Virg. Georg. IV, 443; et Aen. II, 90; quia autem hic de

vafri Vlyxis fallacia non agitur, sed de classis Graecorum naufragio, praeferenda videtur altera eius egregia coniectura, quam orae ed. Aldinae adscripserat, *Palantum sociûm* (quam in ordinem recipiendam putavi. K.), cui favet corrupta quarti cod. Voss. scriptura: *Et plantim.* -- *iactura* in Heins. ut in Palat. Gebhardi. *flebat* in Regiis, Colbertt. Mentel., pr. Leid. et priscis edd. *Achilles* in aliis legi notat Latin. Latinius, quod absurdum.

42. *In -- doli)* *solum* in quint. Vatic. ut legebant Fruterius et Muretus. *soli* in duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meisque, et antiqq. edd. rhythmo ingrato. *cum soli* in Groning. et Dresd. recte igitur *soliti* Lipsius, Passerat. Guyetus, et Heins. ad Ovid. Fast. III, 746. eadem variatione ap. Lucan. IX, 642. Et huic lectioni opitulatur illud ex epigr. vet. de Vlyxe lib. I. Anthol. Gr. tit. 62, 2. -- δόλων ἀκόρητος ἐτύχθη Ἐν χθονὶ καὶ πελάγεσσι καὶ ἐν νεκύεσσιν Ὀδυσσεύς· i. e. interprete Grotio: — *unus Vlyxes In terris pelagoque dolos meditatus et Orco.*

43. *Quodsi -- agros)* *patrios agros* emendabat Heins. hoc si admittitur, *contentus* simpl. pro sorte sua contentus, accipi debet; non sine emphasi, de quo vid. Pricaeus ad Apulei. pag. 709; si quis vero receptam malit lectionem, *contentus patrio bove* iungenda sunt.

46. *Pauper — potest)* ita recte emendatum fuit, pro eo, quod in vetustis edd. *at interea nil nisi flere potest*, ut in Regiis, Colbertinis, et prr. edd. in Aldinis aliisque *et in terra*. Dresd. *interea nil nisi -- potes*. Sed *at in terra* in plurimis codd. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis. in Perreii codice, *at in terra nil nisi flere potest*, quod et in Colotiano, pr. et sec. Vatic. *et in terra, nil ubi flere opus est* coniecerat Markland. BURM. Iacobs Animadvv. in Anthol. Gr. Vol. II, P. I, pag. 412 correxit: *nil ubi turbo potest* i. e. ubi venti et tempestates nihil valent. KUIN.

47. *Non — manus)* *Non tulit huic pectus stridorem -- Et duro* etc. ita restituit Scalig. plaudente Dousa P. sed reiiciente Gebhardo. *Non tulit hic Petus* in pleris-

que edd. vetustioribus. *Non tulit hunc* Borrich. Neapol. cod. Scalig. Heins. Leid. sec. tres Voss. uterque Dorvill. et meus sec. *Paetus* in Mentel. bin. Leidd. tertio et quarto Voss. *Non tulerit Paetus* coniecerat Heins. ad marg. ed. Ald. sed in notis praefert, *Non tulit hic Poetus. hic*, in terra non sustinuit Paetus audire stridorem procellae. Scaliger autem haec verba ad Vlyxem retulit; quod improbabat Dorvillius, haec animadvertens. Non video, quare haec ad Vlyxem referat Scaliger. An possunt laborioso Vlyxi *tenerae manus* tribui? porro reor duos versus sqq. ex alia elegia huc irrepsisse. Markland. etiam suo codici adscripserat: nullam constructionem nec sensum his versibus inesse. Bvrm. Astius legendum esse suspicatus erat: *Non fuit huic melius — Nec duro* etc. praetulit tamen postea coniecturam, quam Iacobsius cum eo communicaverat: *Non fuit huic pectus* etc. *Nec duro* etc. Sed quum *tulit* sit verbum exquisitius, et tot codd. auctoritate confirmetur, illud retinendum duxi. Kvin.

49. *Sed -- caput*) *chio calamo* Colotianus, pr. Vatic. Regg. Dresd. Colbertini, Mentel. Groning. Heinsian. Borrich. Askew. tres Voss. uterque Dorvill. et mei, cum Palat. et Commel. Gebhardi, et in aliis ap. Lat. Latinium, et *Orchtia Cio thalamo* in Harleiano Musaei Britannici. *calamo* etiam vet. cod. Fruterii. dein *Orythia terebintho* in Regg. Colbertt. Borrich. pr. et quarto Voss. et priscis edd. *Orithia terebinto* Askew. *Orynthia* in priore Dorvill. *Corycia* sec. Leid. *Oronthea* Mentel. et pr. Leid. *teretento* in quarto Voss. *terebuntho* in meo sec. in cod. Gul. Vlamingii: *Sed Chio calamo, aut Oronthea therebinto. Orica* in Heins. recte scribitur *Oricia terebinthus*, seu Epirotica, quia Oricos in Epiro. *effulto* correxit Scalig. ut eum *huic* vs. 47 coniungeret; quod probasse videtur Casaub. ad Pers. Sat. V, 147, pag. 446 in plerisque codd. *Et fultum*, ut in Regg. Colbertinis, Askew. duobus Leidd. pr. et tertio Voss. meis duobus, et utroque Dorvill. ac prr. edd. *Aut fultum* Voss. quart. Borrich. Groning. *effultus* in Perreii cod. Colotiano, pr. et sec. Vatic. idque ex

codd. Heinsius praeferebat, secutus lectionem aliarum veterum edd. In animo autem habebat Propertius notum illud Virg. Aen. X, 136: *Inclusum buxo aut Oricia terebintho Lucet ebur.* Vbi hunc locum Valens Guellius affert hoc modo: *aut Oricia terebintho Effultum.* BVRM. Cum h. l. conferendum illud poëtae veteris tom. I Anthol. Lat. pag. 549: *Aut testudineo iacere lecto, Aut pluma latus abdidisse molli, Aut auro bibere et cubare cocco.* Intelligit igitur lectos et pulvillos plumeos, ad luxum et mollitiem a Romanis adhibitos, de quibus vid. Barth. ad Stat. Sylv. I, 2, 59. SANTEN. *in Addend.* Astius divinaverat: *Huic thyiae thalamo* etc. *Effultum pluma, molle cubare, caput?* postea vero adstipulatus est Iacobsio, nihil mutandum, recte censenti. KVIN.

51. *Huic -- ungues*) *Nunc fluctus* in Mentel. et pr. Leid. *vivo* in plerisque codd. et edd. vetustis, quod tuetur Passerat. et *vivo* exponit, videnti ac sentienti, vel, *vivo radicitus* pro penitus ad vivum. Sed *vivos ungues* praetulerunt plerique viri docti, Palmer. Canterus, Heins. Guyetus, aliique. Scaliger animadvertit, eo hic respici, quia naufragis et ungues a cute recedere et extremitates tabescere credebant, ideoque vett. sibi ungues praesecasse, quoties turbaret mare, tanquam naufragium deprecaturos, afferens illa Petron. c. 104: *Audio enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, nisi quum pelago ventus irascitur*; ad quem locum in marg. libri sui, qui in Bibllioth. Leid. servatur, quo Petronium e cod. Cuiaciano descripserat, eo allusisse hic Propertium notavit, afferens: *Huic fluctus misero.* Erhardus in notis *vivo.* Scaligeri vero explicationem tanquam absurdam et a mente Propertii alienam repudiavit Passerat.

52. *Et niger — aquam*) *Et miser invitam* in duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, aliisque codd. et edd. vetustis. *miser* etiam in Askew. et *invisam* in Regg. ac Colbertinis; sed *invitam* in aliis. Heinsius coniecerat: *Et miserum invisae traxit hiatus aquae.* An forte castigandum: *Vt niger invitum traxit hiatus aquae*, hoc sensu,

postquam nigra voragine mersus est, ungues a fluctibus ablati sunt. *invitum traxit*, quia hoc naufragio excidebat spe lucri, et primae lanuginis annis. *Niger* vero *hiatus* non sollicitandus est, ut recte legit Lipsius Lect. Antiq. lib. II, c. 10.

54. *Paetus -- mala*) *cohibere* Borrich. quod venit a more librarior. qui *cohiere* scribebant. *quod coiere* Heinsius.

56. *clauderet ora liquor*) *clauderet ossa liquor* vitiose in quarto Voss.

57. *Di maris -- venti*) *ponti*, non *venti*, in Excerptis Scalig. unde in eius editionem irrepsit, probante Francio; et sic coniecerat Markland. sed *venti* in omnibus codd. et edd. vetustis, et recte a Broukhus. vindicatur haec lectio. *Ventos* enim cum caeteris diis etiam invocat ille apud Tragicum in versibus ap. Cic. Tusc. IV, 34: *Te Apollo sancte, fer opem, teque omnipotens Neptune invoco, Vosque adeo Venti.* Virg. Aen. X, 676: *vos o potius miserescite Venti.* Hinc ventis, ut diis, dedicatum atque immolatum fuit. Vid. Bentlei. ad Horat. Carm. I, 25 extr. Vulgatam lectionem si sequamur, *Aegei quos sunt penes aequora; Aegeum* absolute pro mari Aegeo capiendum. Sed distinguendum puto, *Di, maris Aegei quos sunt penes aequora, Venti.* Nam *maris aequora* more poëtarum dicuntur, ut *aequora ponti* et sim. Vid. Markland. ad Stat. Sylv. pag. 144.

60. *Attulimus -- manus*) *in freta longa* male in Borrich. et meo sec. *vestra* in Colotiano, pr. et quinto Vatic. Mentel. Groning. aliisque. Sed valde placet, quod in Regg. Colbertinis, Askew. et prr. aliisque vetustioribus edd. legitur *in freta vasta*, quod in suis etiam membranis invenit Gebhard. saepe *vestra* et *vasta* confusa, vid. notas ad Ovid. Am. III, 1, 40. *Haud tulimus* coniecerat Heins. *An tulimus* conj. Arntzen. in Specim. Obss. pag. 104; sed vulgatum non sollicito. *longas manus* teretes, et iuveniles, ἱεδνὰς exponebat Fruterius, vel formosas. *castas* vel *puras* malebat Francius, si liceret. *lotas* Lipsio placebat ad Suet. Tit. c. 9; quod sequitur Struchtmeyer Animadvv. Crit. pag.

100, lotae manus, inquiens, re vera sunt non debilitatae periurio, quas plerumque appellitant puras manus. *longas comas* coniecerat Oudendorp., pro periurio non imminutas; qui putabant periuros membro aliquo mutilari vel deformari; cui coniecturae adstipulatur locus Ovid. Am. III, 3, 3: *Quam longos habuit, nondum periura, capillos, Tam longos, postquam numina laesit, habet.* (At codd. abdicunt, et ut in notis iam monitum est, respicitur his verbis ad vs. 51. KUIN.) *comas* quoque Eldikius, qui exponebat, nondum tonsas, more virili Nemesian. Ecl. II, 77; Stat. Sylv. II, 6, 44; Broukhus. ad Tibull. I, 4, 34. Passerat. *attulimus longas moras*, ut dicat Paetus, se diu cunctatum esse, neque statim navigare voluisse. Vulp. *longas manus* retinet, putatque Paetum diis maris in memoriam revocare, se, antequam navem conscenderet, sacrificia non neglexisse, et mare iutrasse palmis supplicibus, ad deos protentis. Male.

61. *scopulis affigar acutis)* *affligar* in Excerpt. Scalig. Regg. Mentel. Perreii et Fruterii cod. Neapol. pr. et sec. Vatic. pr. Leid. et Askew. cum primis edd. Venet. Reg. Lepid. Volsci et Beroald. *atfligar* sec. Leid. pr. et tert. Voss. ac prior Dorvill. *affligor* in meo sec. *ego figar* in priore. *affigar* in Groning. Dresd. aliisque codd. ut in edd. Aldin. Iunt. Coliu. et Gryph. *affligar* ex cod. Regio male etiam legisse Guyetum notat Heins. qui *affigar* recte praetulit ad Ovid. Fast. III, 599, quod et placuit Gronovio Obss. IV, 8.

62. *In — est)* *caeruleo est fuscina sumta deo* in aliis ap. Lat. Latinium.

63. *At — aestus)* *evehat* in Regg. et Colbertinis, aliisque codd. et prr. edd. quod male praetulit Broukhus. sed *advehat* legendum, quod firmat cod. Scalig. et sec. Dorvill. (*advehat*, quod Burm. in contextu exhibuit, glossema est. K.) ita etiam correxerat Markland. *avehat* legebat Guyetus, ut in tert. Voss. sed perperam.

64. *Hoc -- erit)* *Hoc modo me* cod. Scalig. in aliis edd. distinguitur: *Hoc de me sat erit. si modo mater erit*

in Borrich. Heins. et meo priore. Forte legendum: *si modo matris ero* i. e. si mater cadavere meo potiri poterit. Si quis tamen vulgatam praeferat, nihil moror.

65. *Subtrahit -- fluctus)* *flantem* cod. Scalig. *hoc fantem* in Vossiano, Heins. pr. Dorv. ac meo. *fontem* vitiose in Borrich. et Voss. tert. *frontem* sec. Dorv.

66. *Vltima -- fuit)* *noxque* in Groning. Askew. sec. Leid. Voss. tert. Dorvill. et meo utroque, ut in vetustis edd. sed *voxque* in Mentel. Colot. Neapol. sec. et quint. Vatic. quod a Dousa P. iam restitutum vindicavit Broukhus. repudiante Marklando, qui *noxque diesque* explicat ultimum tempus. At *voxque diesque* optima est lectio, quae habetur etiam in codd. Passerat. et Dousae emendationem probarunt Scaliger. ac Guyetus; idque suadent illa *Subtrahit haec fantem*, et mox, *quid cara natanti Mater in ore tibi est?*

68. *Et tu -- Thetis)* *At tu* Borrich. *nocturno* coniec. Markland. ut in ed. Scalig. excusum est; sed *materno* tuentur omnes codd. et priscae editt. et haec verissima lectio est. *nocturno* valde hic alienum; nihil aptius *dolore materno*, quo moveretur dea marina. *tracta* in Excerpt. Scalig. Neapol. quinto Vatic. utroque Dorvill. et meo sec. *fracta dolore Theti* Heinsius, pro vulgari *Thetis*. Burm. *Theti* emendaverat Puccius, quod in textum fuerat admittendum. Santen. in *Addend.*

69. *Vos -- mento)* *lapso* in pr. Voss. ac meo: sed alteram firmat imitatio Ovid. Pont. II, 3, 39: *Mitius est lasso digitum supponere mento.* add. el. 6, 13.

70. *Non — manus)* *veras* male in Voss. pr.

72. *Ante -- iners)* *condere* in Heins. et meo priore. *iacter* in Voss. quarto. *scaeve Aquilo* in pr. meo cod.

ELEGIA VIII

Dulcis -- lucernas) *externas* Borrich. Groning. Leid. sec. uterque Dorvill. et mei, ut in Venet. 1475, Reg.

Lep. et Volsci, utraque Aldi, Iunt. Colinaei, aliisque; quomodo etiam in suo libro emendaverat Markland. *hesternas* hic supponunt alii codd. ut Aut. Perreii, Colotianus, Dresd. pr. sec. et quint. Vatic. Voss tert. pro varia lect. ut edidit Beroald. Gryphius et Canterus, et sic corrigebat Heins. sed utraque lectio illa versum ingrato rhythmo facit insuavem. Recte igitur *extremas lucernas* tuetur Broukhus. quod et in Mentel. primo Leid. et in pr. ed. 1472 legi testatur Vulp. idque in Veneta 1478 excusum inveni et in ed. Dousarum Raphelengiana. *fenestras* in solo Askew. Heinsius quoque ad oram ed. Ald. coniecerat *Iugis rixa*. Sed *dulcis rixa* in amore, ut ap. Catull. ep. LXVII. *Dulcia nocturnae portans vestigia culpae*. Burm. Forte tamen Heinsium offendit *Dulcis rixa*, et notaverat Markland. quomodo tot *maledicta*, si dulcis rixa, quod certe perpendi meretur, et sequitur *furibunda mensam propellis*, et alia *dulci rixae* contraria. An igitur praestat: *Tristis ad extremas fuerat m. r. lucernas?* Santen. in *Addend.* At lectionem vulgatam elegiae argumentum, inprimisque vs. 9 seq. 23, 29 aperte confirmant. Kuin.

2. *Vocis -- tuae*) *ad insanae* in Colotiano, et sec. Vatic. *tot maledicta tuli* Heinsius. Malim etiam *tot mala dicta*, ut ap. Ovid. A. A. II, 533; in Cod. Huydecop. a manu sec. *Nec mala dicta puta, nec verbera ferre puellae Turpe* etc. ut in cod. Neapol. illic etiam legi Patruus meus notat.

3. *Dum -- propellis*) *Quor furibunda* in cod. Scalig. Leid. sec. Voss. pr. et tert. *quo* Voss. quart. *Cur* Neapol. Mentel. Dresd. Modii Excerpt. Askew. Leid. pr. Dorv. sec. et mea, ut in Venet. 1475, et Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci, Beroaldi. *Cum* Aldd. Iunt. Colin. Gryph. et aliae. *moribunda* vitiose in Voss. tert. *procellis* ex uno Gebhardi Palatino edidit Broukhus. cui tamen opponere licet omnium codd. quorum Excerpta adhibui, et edd. priscarum auctoritatem, in quibus singulis unanimi consensu *propellis*, quod cur reiiciamus, causam video nullam. Saepe autem haec verba *procellare* et *propellere* confundi docent

Heins. ad Ovid. Met. IV, 137; et Drakenb. ad Sil. II, 213.

4. *insana manu*) *Insana manu*, et paulo ante *insanae vocis*, tam brevi spatio inconcinne recurrunt, unde hic repetitum a librariis videtur. Vide an *irata manu* praestet. Sic *iratam manum* de exasperato amante dixit III, 25, 10. BURM. Non praestat, huiusmodi enim repetitiones in Propertii carminibus centies recurrunt. K.

6. *Et -- nota*) *corrosis*, vel *praerosis*, aut *praemorsis unguibus* coniecerat Heins. Sed *corrosis unguibus ora notare* non valde congruum videtur. Nam licet ab irata puella faciem sibi notari unguibus, pati non aversetur, non obstat tamen, quominus *formosam* ipsi manum tribuat, ut Phyllidem, licet *ebriam*, tamen *decoram* dicit IV, 8, 30.

7. *Tu -- flamma*) *Tu mutare* in Regg. Colbertinis, Dresd. et prr. edd. *subiecta urere flamma* in Heins. ac meo priore, sed vitiose.

8. *Fac -- sinu*) *Hac mea* corrupte in Heins. et meo pr. *reciso* male etiam in pr. Leid. ac Vossiano. *resciso* Dorv. sec.

9. *veri -- caloris*) *mihi dantur signa coloris* in Borrich. *coloris* quoque in Regiis, Leid. Voss. tertio, quod et in aliis legi notat Lat. Latinius. (*Calor* et *color* saepius a librariis confusa, vid. interpp. ad Phaedr. V Prolog. pag. 324 ed. Burm. KUIN.) *doloris* Heins. alter Colbert. et meus prior, ut in marg. ed. Scalig. coniecerat Francius. Sed id mutarunt, nam sequitur, *femina nulla dolet*; et *veri* atque vehementer ardentis *caloris*, non *doloris*. *signa* erant tot convicia et irae, quibus saevierat Cynthia. Seq. vs. forte legendum: *Tam sine* etc. nulla femina adeo manifesta amoris vehementis dat signa, quam Cynthia hoc suo furore.

11. *Quae -- lingua*) *gravida lingua* in omnibus fere codd. et edd. antiquis legebatur ante Scalig. quibus consentiunt duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. cum meis; sed *gravida lingua* sine exemplo est. Bene igitur Scalig. notat id provenisse a librariis, qui *ravida* scripserant pro *rabida*: unde tamen Oudendorp. coniecerat *rava lingua* i. e. quae vociferando rauca est. Vid. Marklandi ep. critic. ad Fr. Ha-

rium pag. 136 seq. et plura de hac voce in notis Bentl. ad Horat. Epod. XVI, 33. Sed neque *ravam linguam* huic loco convenire opinor, nec melius *rapula* in aliis. Recte igitur Scal. *rabida*.

12. *Et — pedes*) *Quae Veneris* in vet. cod. Perreii, Colotiano, pr. et sec. Vatic. sed malim *Haec Veneris*, ut Livineio etiam in mentem venerat. Quod tamen improbat Schrader. Emend. c. 8, pag. 149, legitque: *Quum mulier rabida* etc. *Aut Veneris* etc. Passeratium pro *volvitur* ex MS. correxisse et legisse *vertitur ante pedes*, scribit Dempsterus lib. III de Etrur. Reg. c. 6, qui se Parisiis docentem audivisse Passeratium addit; in edito Passer. commentario id non comparet. Sed alteram lectionem bene tuetur Broukhusius.

13. *Custodum — euntem*) *custodem* in Excerptis Modii *gregibus circa se stipat* Regii, Mentel. Groning. Borrich. Neapol. duo Leidd. tres. Voss. uterque Dorv. et mei cum prr. edd. *quae se stipat* vet. cod. Perreii, Colot. et pr. Vatic. *circum se* (ut in cod. Dresd. legitur) edidit Scalig. quod probat Vulp. et margini adscripserat Marklaud. Heinsius in ora ed. Ald. coniecerat: *Custodum grege seu circumstipata ruentum Subsequitur*, vel *Seu fertur. quae se stipat* et *Quae sequitur* in Colot. et sec. Vatic.

14. *Maenas ut icta*) *Maenas ut acta* Borrich. Leid. sec. Voss. tert. et alter Dorv. quod Vulpio placuisse videtur. *iacta* in Mentel. et pr. Leid. sed *icta* in Neapol. Dresd. quinto Vatic. Heins. et meo utroque, idque Gebhardus et Broukhus. praetulerunt, et Heins. in notis Prop. pag. 721 *icta* ebria vel furiis agitata dicitur Maenas, ut *icta dolore*, *icta malis* et sim. Ovid. Fast. II, 818: *Cui paret exsequias, quove sit icta malo*, quod recte Heins. pro *acta* tuetur.

16. *Seu — movet*) *miserum* male in Borrich. Heins. Voss. pr. et quarto, et meo utroque. *miserum tabula* omisso *in* Voss. quart. *miseram* vocat, quae invitis oculis imaginem alterius puellae in tabula pictae videt, et hinc animo ad iracundiam movetur, vid. II, 2, 9. Pro *movet* in aliis

legi *monet* notat Lat. Latinius. Praeced. vs. *tumidam* coniecerat Markland.

17. *His -- aruspex*) *his ego tormentis videar* in Askew. *animi aruspex* male iungebat Markland. *tormenta animi* dixit, ut Iuvenal. Sat. IX, 18, ubi scholiast. MS. Vossianus *tormenta animi* exponit *aegritudinem animi*. Senec. ep. 87, pag. 562 D in fin. ed. Lips. *sollicitudine, tormentis et animi et corporis.*

18. *Has -- notas*) *Nam didici certo* in Regg. Colbertt. Dresd. meo sec. et prr. edd. aliisque vetustioribus. *Has didici certo* in Mentel. pr. Leid. duobus Voss. et meo priore. *Has ego didici saepe* in Dorv. et Askew. *has didici certas* eod. Scal. et sec. Leid. *Nam didici certas*, vel *Has didici veras* coniecerat Markland. quia sequitur *non est certa fides*, sed praecessit modo *verus aruspex*. Ideo potius ex codd. illorum scriptura, in quibus *Has didici certo*, mallem cum Heins. *Has didici experto*. Francius malebat: *Has didici certas esse in amore notas*. Pro *notas* in aliis *rotas* ap. Lat. Latinium. Burm. *Has certas didici* rotunde et vere, iudice Broukhus. K.

21. *Inmorso --- collo) mera vulnera* Fruterius. *In morso* plerique codd. et vetustae edd. Sed una voce *Inmorso* correxit Heins. ad Vellei. Pat. II, 87, quod a sec. Vatic. et Dresd. firmatur, probante Broukhus. et Bentl. ad Horat. Sat. II, 4, 61, quia *inmorsus* tam probae notae vox est, quam *admorsus*.

23. *Aut -- volo) Nam* in pr. Dorv. forte pro *Namque. dolere nolo* male in uno Colbert.

25, 26. *Tecta superciliis -- silenda notas*) Prior versus desideratur in Mentel. et pr. Leid. hos versus se intelligere quidem, sed quid hoc in loco significent, non capere, notaverat Dorvill. Spectant forte ad aliam eleg. iisque omissis cuncta commode hic cohaerent. Suspicor non male hoc distichon transponi posse ad II, 32 post vs. 30. *Sin autem longo* etc. *Consumta est* etc. *Tecta superciliis* etc. ut tale convivium illic innuat, quale cum Paride egit Helena ap. Ovid. Heroidd. XVII, 75 sqq. qui locus ex

hoc Propertii expressus videtur. *scripta dolenda* in pr. Leid. et Mentel. *dicta silenda* Guyetus, male, nam *verba* iam praecesserunt, quamvis sic quoque coniecerit Broukhus.

27. *Odi -- somnos*) *quae nunquam* in Groning. Dresd. duobb. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis et vetustis edd. *quos* in Colot. quint. Vatic. et unius Colbert. margine, quod praeferunt Passerat. Guyet. et Broukhus. *quam* pr. Vatic. *quum* in sec. *quae nunquam pugnant* Askew. *quod nunquam pangunt* in Palat. Gebhardi. *pandunt* in pr. Leid. et Mentel. *pingunt* sec. Leid. et Voss. tert. *rumpunt* cum Heinsio praefert Patruus meus ad Ovid. Am. II, 19, 55; sed *pungunt* loco non facile moverim.

28. *Semper -- velim*) *in iratam* Dresd. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. cum meis codd. et priscis edd. quod male tuetur Passerat. sed alterum *in irata* recte vindicavit Broukhus. (qui semper ita loqui poëtas latinos, ubi amoris aut desiderii res sit, pluribus exemplis demonstravit, ut Ovid. Heroidd. I, 14; Prop. I, 13, 7 al.) et firmatur a cod. Neapol. nec aliter Guyetus, et Heins. in notis ad Prop. pag. 722.

29. *Dulcior -- Tyndaridi*) *quo* in meo sec. a man. pr. *igne* videlicet. *Graia per arma* dudum restituendum viderunt VV. DD. Fruterius in ep. ad Canter. inter epp. a Gabbema collectas pag. 637, et sic Dousa P. Passerat. Guyet. Heins. aliique, pro *grata*, quod multos codd. etiam Dresd. et edd. vett. obsidet. *Tyndaridis* in altero Regio.

31, 32. *Dum -- barbarus Hector -- maxima bella gerit*) *Dardanus Hector* coniec. Heinsius. *maxima* epith. non valde congruum. Conieceram aliquando *mollia bella gerit*. Sed magis nunc placet: *Ille Hel. in gremio Martia bella gerit*, ut per ironiam innuat Paridem bella, quibus in palaestra Martia se exercere decebat, gerere in gremio Helenae. Francium quoque *maxima bella* offendisse videntur, nam transpositis vocibus conj. *In gremio ille Helenes altera bella gerit.* Locum hunc cum Homer. Il. γ', 53 Iosepho Iscano de Bel. Troi. V, vs. 337 seq. et Iliados Epitome, Pindari Thebani titulo insignita, contulit Wakker. Amoen.

Literar. c. 6, pag. 36. Ianus Gulielmius Quaest. Plautin. in Amphit. c. 5, pag. 14 memoriae lapsu tanquam e Tibull. hunc locum sic affert: *Dum fugiunt Troës, dum restat barbarus Hector.* Burm. Virg. Aen. II, 194 *magnum bellum.* Cic. Q. Frat. I, 1 *magnum et periculosum bellum.* Cic. pro Leg. Manil. 4 *grave et periculosum bellum.* Vid. notas. Kuin.

34. *in te pax -- placet)* *vitae pax* in meo sec. Praeced. vs. *pro te* firmatur ab omnibus codd. et edd. antiquis: recte igitur *per te* ex solo Groning. non admisit Broukhus.

35, 36. *Gaude -- iure superba, licet)* *nullo est aeque* in Mentel. et pr. Leid. *dolores* in tribus Voss. pr. Dorv. et Askew. *Sive foret, sis nunc* Voss. quart. *aure superba* in altero Dorv. vitiose. *iure* est meritis et dote pulchritudinis. Sed totum hoc distichon, prae caeteris satis incitatis valde languidum et frigidum, nonnihil suspectum est, et, si abesset, praecedentia ac sequentia non interrupto tenore recte cohaerebunt.

37. *At tibi -- retia lecto)* *Et tibi* in Heins. *Et mihi* in Borrich. et meo priore. *At tu* Vatic. quint. *tendisti* in Regg. Dresd. Colbertt. Borrich. Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis et antiquis edd. idque praeferebat Paulus Melissus, teste Grutero ad Senec. Herc. Fur. 538, et Voss. de Analog. III, 26, pag. 111, qui tamen c. 31, pag. 128 *nexisti* ex Diomede probasse videtur, ut ex Charisio, Diomedem forte cogitans, legendum monuit Scaliger, quod a pr. et quinto Vatic. confirmatur. Diomedem enim hunc versum produxisse, et in eo *nexisti* agnovisse notarunt alii. Ita saltem legitur in edit. Putschii pag. 366, et in edd. Diomedis, quae studio Caesarii ap. Ascensium a. 1528 prodiit pag. 29; unde ex antiquioribus edd. locum afferens Fruterius Verisim. II, c. 10 notat Diomedem auctoritate Propertii affirmare, vett. *nexisti* dixisse. Neque aliter ap. Priscian. X, pag. 903 ed. Putsch. et Nestorem in Vocabulario in *Necto* pag. 90, ap. quos *nexisti* etiam legitur, non *tendisti*, quod a sciolis intrusum. Vt autem

nexisti pro *nexuisti*, ita *stertisset* pro *stertuisset* in vetustis olim Ovid. edd. Heroidd. VIII, 21, ubi vid. notas.

38. *Sit socer -- sine matre domus*) Pro *socer* et *matre* Ferrarius dat: *sacer* et *Marte*. *sine Marte* in pr. Vatic. et aliis, i. e. rixa, discordia, quod recte improbat Passerat. (Eadem lectionis varietas II, 8, 39. K.) Beroaldus enim, quum hanc lectionem prius recte exposuisset, mox eam pervertit, legitque: *Sis sacer aeternum, nec sine marte domus.* Mihi vero blanditur admodum Santenii coniectura: *Sit sacer aeternum nec sine marte torus*, ut *sacer torus* eo dicatur sensu, quo Hypsipyle Iasoni imprecatur Ovid. Heroidd. VI, extr. *Vivite devoto femina virque toro*; et per *martem* intelligamus adulterum, rivalem. Forte etiam leg. *Sit sacer aeternum, sit sine patre torus*; ut filios ipsi spurios appreeetur, quomodo eleganter *sine patre*, *sine matre esse* dicuntur illi, quorum parentes ignoti vel obscuri latent, vid. de hac locutione Perizon. Anim. Hist. c. 3, pag. 157, et Wesseling. Obss. II, 10. Sed forte Propert. tangere voluerit affines et cognatos rivalis, nobis non magis notos, quam soror illa ap. Tibull. I, 10, 59 seq. loco non dissimili.

39. *Si -- noctis*) Broukhus. ex solo Groning. et Gebhardi Commel. lectionem auribus ingratissimam, *data est fraudatae*, praetulit et in contextu exhibuit. In omnibus codd. et edd. antiqq. legitur *furandae* i. e. furatae, nisi quod *frustrandae* in Mentel. *furari noctem* elegans locutio, ut *furta* et *furtiva Venus* in clandestinis amoribus. Itaque *furandae* reposui. *Quae nunc* in aliis ap. Lat. Latinium.

40. *Offensa -- dedit*) *offensam* in Regg. Colbertt. Dresd. Scalig. cod. Borrich. Leid. sec. tribus Voss. pr. Dorv. meo utroque, et priscis edd. ut *offensam dedit* iungantur. *Offensum* in Askew. et altero Dorv. sed *offensa* in cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. et Neapol. *infensa* in Aldd. Iunt. aliisque post Beroald. edd. male. *offensa* de laesa Cynthia, ut ap. Ovid. Heroidd. XXI, 202.

ELEGIA IX

2. *Intra -- tuam*) *meam* in Vatic. Livineii. Recte Broukhus. lectionem *intra fortunam* vindicavit adversus Livinei. et Heins. qui *infra fortunam* praeferebant, nullo cod. aut vetusta ed. annuente.

3. *tam vastum*) *tam magnum* male in Askew.

5. *Turpe est quod nequeas*) *Turpe quod est nequeas* in codd. Regg. prr. edd. et ap. Octav. Mirandulam in Viridar. illustr. poët. fol. 184. altero versu *Et pessum* in vet. cod. Perreii.

7. *Omnia -- apta*) cave hic suspiceris legendum esse *rebus sunt omnibus apta*, ut afferunt alii, et Alb. Eyb. in Margar. Poët. c. 12. *omnia rerum* Graecismo Propertiano dicuntur pro omnes res. Vid. Cuningh. Animadvv. ad Horat. Bentlei. c. 10, pag. 125, et adscripserat Markland. illud Eurip. in Mede. vs. 56: τοῦτ' ἀλγηδόνος pro αὐτὴ ἀλγηδών· et Aristoph. Plut. 1061: ταλάντατ' ἀνδρῶν. Burm. Ayrmannus in Silva Emend. critic. conj. *Omnia nam pariter raro sunt o. a.* Kuin.

8. *Fama nec -- iugo*) haec Lipsii emendatio est non immerito a Broukhus. laudata et recepta. Nam *flamma* olim erat in vetustis codd. (Dresd. *flama*) in quibus etiam *rogo* pro *iugo*, ut ex aliis affert Lat. Latinius; accedunt Mentel. Excerptt. Scalig. Regii, Borrich. Neapol. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. et meus sec. cum prr. edd. in multis, etiam *ulla* vel *illa*. In aliis *clauditur ulla*. *Fama nec ex aequo d. ulla iugo* affert Eyb. Apud Octav. Mirandulam, *Flamma nec ex aequo ducitur ulla iugo*. Guyeto placebat, *Fama nec ex uno ducitur aequa iugo*, sed *aequum iugum*, desumta locutione a iumentis aequali iugo trahentibus, recte exponit. *imo iugo* conj. Heinsius. Sed pro nihilo non habenda est Heinsiani et primi mei cod. lectio, *Palma nec ex aequo ducitur una iugo*, ut deducta locutio sit ab equis eodem sub iugo trahentibus currum triumphalem vel Olympicum, qui palma erant coronati.

9. *animosa effingere signa*) *animosa fingere signa* in

Excerptt. Scalig. Borrich. Dresd. Voss. pr. et quart. Heinsiano, meoque utroque et prr. edd. *animata* legebat Heins.

10. *Exactis — equis*) vitiose *calamus* in Regg. Neap. Borrich. Askew. sec. Leid. tribus Voss. meo utroque, pr. Dorv. primisque edd. *calamos* in altero Dorv. *Calais* Groning. *se mihi iactet* Heinsius, quod minime reiiciendum, oppositionis vel diversae laudis causa, modo in sqq. pentametris etiam *vindicet* et *flectat* legatur.

11. *In -- Apelles*) *poscit* in Neapol. et meo sec. quod non facile reiecerim, ut de Parrhasio sequitur *vindicat arte locum*. *Poscit summam* gloriae nempe, quae praecessit, ut exponit Patruus meus ad Ovid. Heroidd. VII, 12. *poscere* de eo, qui aliquid tanquam iure meritorum exigit Virg. Aen. IX, 194. Burm. *poscit* grammatici interpretamentum redolet. K.

12. *Parrhasius parva -- locum*) *parta vindicat arte* ex Scalig. emendatione edidit Broukhus. ut *parere artem* dicatur, quomodo *parere laudem*, *gloriam*, sim. *parere nomen ac famam ex arte*, recte dicitur, sed *parere artem* pro, primum artis inventorem esse, quis dixerit, ignoro. Melior ergo altera esset Scalig. coniectura, *priva v. a. locum*. quam probat editor Elector. Etonens. pag. 120. Is. Pontanus Analect. II, 2 legebat, *Parrhasius propria* etc. et mox vs. 16: *Praxitelem Parius vindicat arte lapis*, ubi *propria arte* olim legebatur; et hoc praefert Wakker. in Amoen. Liter. c. 12, pag. 100. Sed revocandam censui antiquam lectionem, *parva vindicat arte*, ut omnes fere codd. legunt, Regg. Colbertini, Mentel. Borrich. Groning. duo Leidd. tres Voss. Dorvill. uterque, et mei, cum priscis edd. idque exigit orationis contextus. *parva* etiam ex cod. Regio praeferebat Guyetus. Male Beroaldo *Pyreicus* pro *Parrhasio* substituendus videbatur, quia Plinio hic pictor *humilitatem secutus*, in *minoribus picturis* excelluisse dicitur. (Sed recte observavit Scalig. lectionem *Pyreicus* nimis recedere a vulgari *Parrhasius*, neque probabile esse Propertium in artificum illa enumeratione omnium principem Parrhasium praetermisisse, ut vilissimarum rerum pictorem

nominaret. Kvin.) quamquam Beroaldo nonnihil favere posset Vat. pr. in quo *Pyrricus* et quart. Vatic. *Pireicus*. Hinc *Pyreicus* derivatum est in pr. Ald., Iunt. Mureti, Colinaei, Rovill. Antuerp. Christoph. Plant. 1560, Canteri 1569, Gryph 1573, et Iac. Grasseri, quae ex illius cod. MS. excusa est. De hoc artifice vid. Harduin. ad Plin. XXXV, 10, §. 37.

13. *Argumenta -- formae*) *abdita* Fruterius. Pro *formae* Heins. conj. *famae*, vel, *Argumenta pari sunt Mentoris addita normae*. Cod. Leid. pr. *argumenta magna* pro *magis*, quae tamen glossa potius, quam varians lectio.

14. *At Myos — iter*) *ad Myros* in Regg. Colbertt. sec. Leid. Voss. tert. et prr. cdd. *Ad muros* Dresd. *Ad Miros* in pr. Leid. duob. Voss. priore Dorv. *At mirum exiguus* Excerpt. Scalig. *Ad miron* sec. Dorv. in aliis *ad muros*, *ad nuros*, vel corruptius.

15. *Phidiacus signo — ornat eburno*) *armat* in Groning. aliisque, ut haec verba saepe confunduntur, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 458. Burm. *Phidiacus signo*. de sinceritate huius lectionis dubitasse videtur Hemsterh. ad Lucian. tom. I, pag. 11. Santen. *in addendis*.

16. *Praxitelem — lapis*) *propria vindicat urbe* in vet. cod. Perreii, Borrich. Neapol. pr. et sec. Vatic. Mentel. uno Palat. et Commel. Gebhardi, Groning. priore Leid. pr. et quarto Voss. Dorvill. utroque et meo sec. cum ed. Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. et Volsci. *proprio vindicat orbe* Askew. *proprius* in Excerptt. Scalig. sec. Leid. Voss. tert. quod Marklando placebat. *propria arte* ed. Rovill. *Parius vindicat arte lapis* in utraque Ald. Beroaldi, Iunt. Colinaei, Gryphii, Grasseri, aliisque edd. certe *Parius lapis*, ex marmore Pario, hic probatum fuit Beroald. Livineio, Passerat. Guyet. Heins. (ita et Burm. edidit. K.) *Paria urbe* edidit Broukhus. (recte, et lectio *propria*, quae in codd. deprehenditur, ex *Paria* orta videtur. K.) quum antea legendum existimaverat *Pario orbe*, adscriptis plurimis poëtarum vett. locis, qui *orbem* dixerint de singulis orbis partibus. Sed *Paria urbe* servata, melius de altero illius

Cupidine nudo intelligimus, quem non in Paro insula, sed in urbe *Pario*, *colonia Propontidis*, fuisse scribit Plin. XXXVI, 5, laudatque tanquam *opus Veneri* eius *Cnidiae par nobilitate*, nam haec Venus non minus celebrata, quam Coa Venus Scopae, vid. Oudendorp. ad Suet. Vesp. c. 18. *Arte* in Aldd. et sqq. editt. excusum fuit, quod Hier. Avancio tribuit Broukhus. sane petitum est ex antec. vs. 12. Miror vero neminem offendisse bis *vindicat arte*, ut in plurimis edd. legitur, in his versibus repeti. *vendicat* in meo pr. ut passim in codd. vetustis; unde quis *venditat* elicere posset, ut innuat, gloriosius hanc eius statuam iactatam et ostentatam fuisse a Pariis. Saepe *vindicare* et *venditare* confusa esse patet ex notis interpp. ad Iustin. V, 3; Patrui mei ad Lucan. VIII, 675.

17. *Est, quibus -- pedes*) *Et quibus El.* Dresd. *Est quibus*, recte Atticismum hunc Propertio asseruit Broukhus. quod a Mentel. Neap. Borrich. Groning. Askew. Heins. Harleiano Musaei Britannici, meo priore, aliisque codd. confirmatur, et sic ex suo cod. affert Scalig. nec aliter ex Palatinis et Commeliniano Gebhardi, probante Guyeto. In aliis codd. male *sunt*, *sunt* et sic in edd. vulgatis. *concurrunt* sec. Leid. Harleianus, tres Voss. in quorum quarto *arma* pro *palma*. *Concernit* Heinsius. Sed *concurrit*, ut ap. Hom. Il. υ, 245. ὦ φίλοι, οὐχ ἡμῖν συνθεύσεται ἥδε γε βουλή.

19. *Hic satus ad pacem*) *Hic satis ad p.* in Mentel. Regg. Colbertt. pr. Leid. et meo, cum priscis edd. Francio numerosior videbatur vs. si legeretur: *Hic satus ad pacem est*, *hic sortibus utilis armis*, sed nimia est haec mutandi licentia.

20. *Naturae -- suae*) *sequitur* in omnibus codd. et editis, et e suis affert Eyb. in Margar. Poët. c. 12. emendationem Broukhus. *sequimur quisque* ultro amplecterer, ut elegantem et poëticam, si a codd. vetustis confirmaretur. (Vid. ad el. 5, 15, ubi tamen vs. 12 praecessit, *quaerimus -- nectimus*. Recte Burmannus emendationem Broukhusii h. l. non recepit, nam abdicentibus codd. huius ge-

neris elegantiae scriptoribus antiquis non sunt obtrudendae. Kuin.) *semina quaeque* in Neapol.

22. *Cogor -- tuis*) *conor* Heins. et Broukhus. quod improbavit Markland. in meo priore *iure* pro *vitae*, corrupte. Male etiam *meis* in Neapol. a manu sec. Forte tamen non male legi posset: *Cogor* (vel *Conor*) *et exemplis me superare tuis*, i. e. tam illustri tuo exemplo non tantum mihi ipse moderari, mea sorte et parvo contentus esse didici, sed et non alto etiam cothurno inniti, nec graviore Musa bella canere, me vel invitum oportet.

24. *Et -- foro*) *Vt liceat* in sec. Leid. *condere iura* conj. Heins. ad marg. ed. Ald. Ruhnken. coniecerat, *promere iura foro*, quod de iudice dicitur Plin. ep. I, 10; vulgatam tamen non improbabat.

25. *Vel -- hostes*) *Medorum hostes* iure hic viros doctos offendunt, licet quis vulgatam adstruere vellet ex illo Val. Fl. I, 438: *tu medios gladio bonus ire per hostes*. Certe *ire per hostes* recte dictum, ut *ire per feras* Ovid. Heroidd. IV, 38; sed *Medorum pugnaces ire per hostes* hic procul dubio corruptum, licet illo Val. Fl. loco aliisque vulgatam tolerari posse, notet patruus meus ad Virg. Aen. IX, 400; qui tamen *Medorum hostes* pro Medis ipsis dici improbat, et hic legendum credit: *pugnaces ire per enses*. Ianus Helvetius conj. *ire per arcus*. Iam dudum in notis ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 250 emendandum existimavi: *Medorum pugnaces ire per hastas*, quae eadem coniectura et Marklando in mentem venit. *Pugnaces hastae Medorum* exprimunt Graecorum μαίνει ἔγχει in pugna Aiacis et Hectoris ad naves ap. Homer. Il. θ', 742; δορὶ συμβαλῶν in versibus ap. Pausan. IV, c. 32; et tales *hastae* Parthorum *pugnaces* optime describuntur a Dione Cass. in pugna Parthorum et Crassi lib. XL, c. 22. (Haec coniectura et mihi vehementer arridet; at quum vulgaris lectio illo ipso Val. Fl. loco quodammodo possit defendi, neque ullus cod. illam emendationem tueatur: lectio librorum omnium modeste servanda videbatur. Kuin.) Pro *pugnaces* in Palatino Gebhardi *pugnantes*. *pugnatos* ex cod. legebat Palmer. in Spicil. pag.

318, ut ex Groning. affert Broukh. pro depugnatos; qualia exempla dedit Rupertus ad Val. Max. pag. 311; sed nihil tamen innovandum.

26. *Atque -- domum*) *Aut onerare* in aliis ap. Lat. Latinium. *honorare* contra metri legem in Groning. et meo priore. *honerare* in altero. An forte *ornare*? et ita hic legendum censuit Schraderus Emend. c. 8, pag. 150 seq. qui sic Heinsium, Francium, et ante eos etiam Dempsterum correxisse notavit. Burm. Saepe turbavit haec verba, *onerare* et *ornare*, librariorum negligentia, vid. Ovid. Heroidd. IX, 103; Graevius ad Cic. p. red. in sen. c. 1; Snakenb. ad Curt. VI, 6, 7; sed h. l. *onerare*, verbum exquisitius, quod omnes codd. defendunt, retinendum. Kuin.

27. *Et — det Caesar*) *ad affectum* Beroald. et Guyet. sed *ad effectum* praefero, i. e. cum successu, ex voto. Vid. I, 10, 28. *dat Caesar* in pr. Leid. Heins. Dorvill. pr. et meo; sed alterum requirit *liceat* vs. 14, et *insinuentur* seq. vs. *in omni* Dresd.

30. *Velorum — sinus*) *Velorumque auris* male Guyet. *Velorum et plenos*, aut *Velorum et tentos attrahis*, vel *contrahis* Heinsius. *contrahis* certe non displicet, ut ap. Horat. Carm. I, 10, 23. Vid. et ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 509. *subtrahis* tamen Ruhnkenio praeferebatur, ut Graecis, ἱστία ὑφεῖναι.

31. *aequabunt ista Camillos Iudicia*) *Indicia* male in cod. meo priore, Aldi utraque, Iunt. Colinaei, et Grasseri; quod tamen probasse videtur Livineius, et exponit, tuae virtutis argumenta. Sensus est: publica populi R. iudicia magnis Camillis aequabunt res bello ac pace a te gestas; nisi *ista iudicia* ad Maecenatem ipsum referri praestet, magnis nempe Camillis parem te faciet vita in sublimi fortuna moderata, *iudiciis tuis* splendidae praelata. Temeraria Acidalii emendatio, *aequabunt ista triumphos*, merito a Broukhus. damnata. conf. et Lucan. II, 544.

33. *Caesaris -- tenebis*) *victa* in Neapol. *fastigia* Fruterius, ut coniecerat etiam Palmerius, sed quem recte refutarunt Passerat. et Broukhus. (et Acidalius ad Vellei. Pat.

II, 88) *in famae vest. vincta* Dorv. pr. *haec famae* Heinsius.

36. *Tuta -- mora est*) *Tota* in omnibus fere codd. Perreii, Colotiano, tribus Vatic. duob. Leidd. tribus Voss. uno Dorv. meo utroque, et vetustis edd. *Tuta* in sec. Dorv. *n. via est* Dresd. *Tuta sub exiguo est flumine nostra ratis* Groning. *ratis* etiam in vet. cod. Perreii, et pro varia lect. superscr. in altero Dorv. et sic Francius. *Tuta sit exiguo flumine nostra ratis* Guyetus, ut in aliis legi testatur Lat. Latinius. Heinsius vero, *Ludit* (vel *Ludat*) *in exig. flum. nostra ratis*; favet huic emendationi Ovid. Trist. II, 329: *Non ideo debet pelago se credere, si qua Audet in exiguo ludere cymba lacu.* quod ex h. l. imitatum esse Ovidium notat patruus meus ad Met. I, 689; sed quia *tumidum mare findere* praecedit, et supra vs. 3 *tam vastum mittis in aequor*, cum Scalig. *Tuta sub exiguo flumine* malim, oppositionis causa; quod etiam recepit editor Elect. Etonens. Minor. pag. 122.

37. *Non -- paternos*) *Non phebi* in Dorv. pr. et Askew. quod ex glossa irrepsit. Pro *sidisse* in plerisque codd. etiam Dresd. et priscis edd. *sedisse*. I. Dousa P. ad marg. ed. Rovill. conj. *cessisse*. Sed *sidisse* placebat Heinsio, et optime adstruxit Broukhus. (Vid. Tacit. Ann. III, 33; Gronov. Obss. IV, 16; Virg. Aen. II, 604) quod probabat etiam Francius. *Sidere* et *sedere* passim confusa, et *subsidere* vulgo a librariis corruptum, vid. patrui mei notas ad Lucan. I, 207; V, 226. (ad Quinctil. Inst. II, 1; Decl. XIII, 4; Sueton. Tib. 14; Cortius ad Plin. ep. III, 1. Kvin.) Arntzen. ad Plin. Panegyr. c. 16, 5, quia tamen parum refert, utrum *sidisse* an *sedisse* scribatur, de quo vid. Buneman. ad Lactant. VII, 3. *sedisse* hic non mutandum censebat Ruhnken. *Arcem paternam* correxerat Heins. certe *in cinerem arces sedisse paternas* in nonnullis codd.

38. *Nec semper proelia*) Lipsius: *septem proelia*, quod Markland. ad Stat. Sylv. V, 3, 199 exponebat septem proeliatores, vel duces, sed *fratrum proelia* praefere-

bat. Vtrumque tamen *fratrum* vel *septem proelia* fastidit editor Elector. Etonens.

39. *Nec referam -- undecimo vere*) ita edidit Bronkhus. *arces* enim et *decimo* errore pertinaci in omnibus fere codd. et edd. vetustis. Sed *arcem Cadmi, Apollinis arces*, et mox *Palladiae arcis* minus concinno recursu non immerito improbavit. Pro *Scaeas* in aliis *Sacras* legi notat Lat. Latinius.

41. *pressit aratro Victor*) *cessit aratro* in altero Regio, vitiose. *artis equus* in plurimis codd. *artis opus* in aliis: sed recepta lectio proba est. Heins. male conj. *vector*.

43. *placuisse libellos*) Novi, cui *iacuisse* hic legendum videbatur ex el. 3, 19; sed *placuisse* quia hac in re frequens et proprium verbum est, non videtur sollicitandum. Sic I, 7, 11; Ovid. Am. II, 4, 20 al.

44. *Et cecinisse — tuis*) *Dore poëta* ex Scriverii (Animadvv. in librum Spectaculorum, qui Martiali solet praefigi, epigr. 31) emendatione edidit Broukhus. sed *dure poëta* praefert Pontanus Analect. II, c. 2, ut in plerisque codd. legitur, Colot. pr. Vatic. Mentel. Exc. Scalig. Heins. Regg. Colbert. Borrich. Groning. Askew. binis Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, cum ed. Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. et Volsci. Scaligero placebat *pure poëta*. (Ayrman. *clare poëta*. K.) Sed omnium optime Beroald. videtur emendasse *Coë poëta*, ut Callimacho adiungat Philetam, quos duos prae caeteris expressit noster. Hinc Beroaldi lectio in reliquas edd. translata fuit. Hinc V. D. ad Scaligeri Castig. in Propert. pag. 216 adscripserat: » Malim illud Coë, si modo librum MS. habeat adstipulatorem. Per *Coum poëtam* facilius intellexeris Philetam, quam per *purum*. Nam hoc nimis latum est, illud minus; et ita Ovid. Art. III, 329, ubi *Coi poëtae* est Philetas, qui Cous. « Nec *durus poëta* Philetas vocandus, qui propter amatoria carmina potius mollis dicendus. Editor Elector. Etonens. Minor. pag. 123 inepte conj. *dive Phileta*. Vera lectio *Coë poëta*, idque Guyeto et Passerat. etiam probatum fuit. Sic et ipse Prop. III, 1, 1. Burm. Sed negari nequit, *Coë poëta* lon-

gius recedere a scriptura omnium codd. *dure poëta* propius accedere ad eam *Dore poëta*, nec facile intelligcs, quomodo librarii illud *Coë* vel ex III, 1, 1 notum mutare potuerint in *dure*. Retinui *Dore poëta*, lectionem Propertii stylo, cum *Dore* epith. sit paulo quaesitius, apprime convenientem. Vid. notas. Kuin.

45. *Haec pueri -- puellae*) Nescio quare sine ulla hiatus necessitate, qui in Propert. minime frequens est, sic ediderit Broukhus.: *Haec curent pueri*, *haec curent*, Scaligeri editionem secutus. *Haec curant pueros*, *haec curant scripta puellas* in Regg. Colbertt. Borrich. Groning. Dresd. Askew. binis Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et vetustis edd. *Haec pueri curent*, *haec curent scripta puellae* in vet. cod. Ant. Perreii, pr. et sec. Vatic. quod placet, sed praetuli: *Haec pueri curent*, *curent haec scripta puellae*, ut malebat etiam Francius. Broukhusius orae ed. Colin. coniecturam Heinsii adscripserat: *Haec curent pueri*, *versent haec scripta puellae*, sed repetitio vocis *curent* hic non invenusta videtur. Guyetus et Passerat. coniecerant: *Haec urant pueros*, *haec urant scripta puellas*.

46. *et mihi sacra ferant*) *et mihi dona ferant* in suo cod. legi notat Scalig. quod etiam est in Voss. tertio, et Askew,

47. *coeloque minantem -- Oromedonta iugis*) *minacem* in Mentel. et Leid. pr. idque praeferendum suadent loca Horatii a Broukhus. producta (Carm. II, 12, 12; III, 4, 54. Vid. Bentl. ad locum priorem. Sed *minantem*, quod magis actum ipsum pingit, commode quoque ferri potest. Kuin.) *minax* enim et *minans* passim confunduntur, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 501 (Heins. ad Ovid. Am. II, 6, 23; Met. II, 779; Drakenb. ad Sil. IV, 235. K.); et hoc quoque probat Etonensium Electorum editor. *Caecum* corrupte in Borrich. *Coerum* pr. Dorv. *Ceum* in meo sec. in Heins. et meo priore initium huius versus; *Coeum et Phlegraeis*, desiderabatur. *Oromodonta* Neap. *Oromadunta* Askew. *Orodomonta* Borrich. Mentel. Leid. pr. et quartus Voss. *Orodomanta* meus pr. *Eromodonta* Voss.

pr. et Dorv. *flegreis Oromodonta* meus alter. Rarissima est apud vett. huius nominis mentio, nisi quod Cilix Syennensis Oromedontis filius memoretur Herodoto VII, 98, pag. 549; sed Oromedontis Gigantis qui meminerint, praeter nostrum, non succurrit.

49. *Celsaque -- tauris*) *decerta* Mentel. et pr. Leid. sed in caeteris omnibus *decerpta* i. e. depasta; innuit enim prima Romae exordia, quae se cantaturum dicit, quando in monte Palatino pascentes tauri et vaccae gramina detondebant. Vid. IV, 1, 4; Ovid. Art. A. III, 119, Tibull. II, 5, 25.

51. *Eductosque -- reges*) *deductosque* male in Borrich. Heins. et meo priore. *Arbore* pro *ubere* in Mentel. Groning. cum Gebhardi Commelin. quod hic locum habere non potest. Respicit illud Virgilii Aen. VI, 765: *Quem tibi longaevo serum Lavinia coniux Educet silvis regem, regumque parentem.*

54. *Parthorum -- fugae*) copulam desiderasse videtur Heins. quia conj. *Parthique astutae*, *Parthicaque astutae*, vel *Parthorum ac tutae*, quod ultimum Passeratio etiam in mentem venerat, vel *Parthorum astutae telave missa fugae*, vel *tela dedisse*. Freinshem. ad Flor. IV, 10, 3: *Parthorum astuta tela remissa fuga*, quod iure improbat Gronov. Obss. I, 11, pag 101.

55. *Claustraque — ferro*) ita ex verissima Palmerii et Lipsii emendatione edidit Broukhus. et multis locis firmavit (Hirt. de Bel. Alex. c. 26: *tota Aegyptos maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio, velut claustris, munita existimatur*); idque probasse videtur Passerat. nec aliter Guyetus, Heins. et Markland. coniecerant. Male enim *castra* hic in omnibus fere codd. et vetustis edd. ut etiam affert Nestor in Vocabulario pag. 112 et 158. Eadem variatio ap. Stat. Theb. V, 561. Vid. interpp. ad Petron. c. 89, pag. 429; Barth. ad Stat. Theb. III, 27; Heins. ad Vellei. Pat. I, 3, 3. *subdita* perperam in Borrich. Heins. Voss. quarto, et meo priore. *Pelusii* male in codd. et edd. antiquis. Altero versu

Antonii vitiose in Meutel. Borrich. meo utroque, et aliis codd. ac priscis edd.

57. *Mollia -- iuventae*) *Mollis* in plerisque codd. et antiquis edd. quibus accedunt duo Leidd. tres Voss. Dorvill. sec. et meus uterque: quod absurdum, sive librarii de Maecenatis mollitie somniaverint, sive *mollis coeptae iuventae* male coniunxerint. Neque tamen hoc solis librariis adscribendum, nam et ita exposuit Passerat. refutatus a Broukhus. qui *mollia* substituit, quam emendationem probavit quoque editor Etonensium Electorum. Vid. etiam notas ad Ovid. Art. A. I, 10. Burm. Ayrmannus conj. *molliter inceptae*. K.

59. *et a te est -- ipse fuisse tuas*) *est* desideratur in plerisque codd. Burm. Ayrman. conj. *lentius isse tuas*. K.

ELEGIA X

In Regiis et meo sec. inscribitur haec el. satis inepte, *de Niobe*, quia eius vs. 8 mentio fit. In aliis, *de die natali amicae suae*, ut in cod. Dresd. al.

1. *misissent mane Camenae*) *quid me visissent* Guyet. emendabat. Heins. quoque ad Claudian. Epithal. Palladii vs. 56 legebat *visissent* et paulo post *signum visere*. Broukhusio, si quid mutandum videtur, potior habenda videbatur Passeratii et Livineii coniectura *risissent*. Sed *misissent* rectum; intelligendum de somnio, quod Musae mane, ante poëtae torum stare visae, miserunt. Nec tertio versu *signum misere* i. e. dederunt, significarunt, mutari opus est, et male illic *signumque dedere* in Dorv. sec. *miserere* vitiose in meo sec.

2. *solo rubente*) Heinsius: *sole oriente*, quod non admittendum esse, patebit ex ipsius Heinsii notis ad Claudian. Consul. Olybr. et Prob. vs. 4. *rubente* etiam praeferebat Francius, et bene vindicavit Broukhus. (Virg. Aen. VII, 25.).

4. *crepuere sonos*) *somnos* corrupte in meo priore.

6. *ponat -- minas*) *ponet* male in Neapol. pr. Leid. et

Dorvill. nam praecedit *stent aëre venti*. licet *stant* in Voss. pr. et Leid. *minax* in Borrich. Leid. sec. Dorvill. pr. et meo altero (quae lectio admodum elegans est, ut *ponere* neutraliter accipiatur, pro, *ponere se*, ut ap. Virg. Aen. VII, 27: *quum venti posuere*; vulgatam tamen tuetur locus Lucret. V, 1001. BARTH. Verba Lucretii sunt: *incassum mare fluctibus saepe coortis Saevibat, leviterque minas ponebat inanes*; quem aute oculos habuisse Propertium autumabat Vulp. K.). *Ponat et insuetas* conj. Heins.

8. *Et -- lapis*) *Et Niobe lacrymas suppr. ipsa suas* in Heins. et meo priore. *ipse suas* Mentel. prior Leid. et Voss. *Niobe lacr. s. ipse lapis* in Dresd. aliis et prr. edd. hoc est *Niobes*, ut in sec. Leid. tribus Voss. et Groning. *Niobe l. s. ipsa suas* probabat Heins. in notis pag. 724. Francius id quoque probabat. Sed vera Propertii manus est: *Et Niobae* (vel *Niobes*) *lacrymas supprimat ipse lapis*. Locum hunc a Propertio ex Callim. hym. Apoll. 25 seq. expressum esse, observasse Annam Fabri, admonuit Ruhnken. ex illo vero Callim. loco patet, *lapis* non tentandum esse.

9. *Alcyonum -- querelis*) *Halcnon* corrupte in Borrich. *Ascinoum* Askew. ad genium Propertianum forte accommodatius erit, si legamus: *Alcyones positis requiescant ora querelis*, ut graeco more *requiescant ora* dictum sit, ut II, 22, 25.

11. *Tuque -- pennis*) *Tuque io* in Voss. quart. *Tu quoque cara* in Dresd. Palat. Gebhardi, qui recte reiicit Passerat. coniecturam, *Tuque o cura mihi*. In Heinsiano, *felicibus edita poenis*. *poennis* Mentel. *Parcis* legendum videbatur Withofio in Praemetiis Critic. pag. 73; sed invito, ut opinor, Propertio. Torrent. ad Horat. Od. I, 6, 2 affert: *At tu cara mihi.*

12. *Surge -- deos*) *potentes* vitiose in Heins. et meo priore. *praesentes* Passeratius. sed *poscentes iusta* videntur iungenda; *iusta poscere* dicuntur dii. Et *genitales deos* intelligo, quia de natali Cynthiae agitur. Vnde *Iuno* cognomine *Natalis*, cui feminae die natali sacrificabant. Vid. Tibull. IV, 6 init. ut *dis genitalibus* epigraphe est in numo

Crispinae ap. Vaillant. tom. II, Num. Imp. pag. 192; et *dis genitoribus* in alio Pertinacis tom. I, pag. 105 ed. Rom. quomodo *Diana Genetyllis* erudite a Bentl. restituta est Horatio Carm. Sec. post Libr. Epod. vs. 13.

13. *Ac — lympha*) *At primum* in Palat. Gebhardi. Altero versu, *terso pollice*, vel *roseo* conj. Heins. sed *presso pollice* aptius verbum, arte inhibito pollice, ne laedat. *genas* in aliis esse testatur Lat. Latinius.

15. *Dein — Properti*) *Dehinc* in Mentel. et pr. Leid. saepius haec confunduntur, vid. interpp. ad Sueton. Tib. 20; Bentl. ad Horat. Epod. XVI, 65. *pridem*, i. e. iam diu, bene restituit Broukhus. pro *primum*, ut olim edebatur et omnibus fere codd. legebatur (*primum* repudiavit Broukhus. quoniam modo adfuit; quae quidem emendationis causa levis sane ac parum idonea est; quum huius generis eorumdem verborum vocabulorumque repetitiones Propertio, aliisque optimae notae scriptoribus et poëtis perquam frequentes sint. Vid. el. 11, 19; Broukhus. ad el. 11, 21; Ernest. ad Cic. Orat. pro Cluent. c. 34 extr. Drakenb. ad Liv. I, 3, 9; Duker. ad Liv. I, 53, 4: atque hi eiusdem vocis recursus ferendi sunt, ubi non vehementius lectoris aurem offendunt, nec codices aliam lectionem commendant. Itaque *primum* h. l. omnino retinendum. Kvin.) *oculos* deest in Dorvill. sec. in aliis etiam *coepisti* pro *cepisti*, vitiose. Vid. Sciopp. Susp. Lect. IV, ep. 18.

17. *ut — perennis*) *fama* in Regiis. *ut sit mihi fama perennis* Dorvill. sec. *forma perennis*, ut II, 28, 57.

18. *Inque -- caput*) *sunt tua regna* pro *sint* Dorvill. sec. *stent tibi* male in Heins. et meo priore. Totum vero hoc distichon deest in Neapol. et Voss. tertio.

20. *Luxerit — domo*) *tibi ture* Dresd. sed superscr. *ubi*. Dein *Luserit* Leid. et Voss. pr. Heinsian. Askew. et meus. *Fulserit* Heinsius. An *flamma secunda* forte de altero sacrificio, Laribus facto, intelligendum sit, haesito.

21. *Sit -- currat*) *Sic mensae* in meo sec. *moxque* in Borrich. Regg. Mentel. Leid. pr. pr. et quart. Voss. meo priore, et priscis edd. *curat* Borrich. Mentel. et meus uter-

que; sed in vet. cod. Perreü corrupte *vosque*, unde legendum arbitror, *voxque inter pocula cantet.* certe *voxque* clare legitur in Colotiano, et tribus Vaticc. et *nox* minus apte hic memoratur, quia *nocturnis* sequitur. (Solemnis est permutatio vocabulorum *nox* et *vox*, vid. ad el. 7, 66; Ovid. Heroidd. III, 116; ibique Burm. Catull. LXIII, 18; Obss. Miscell. tom. I, pag. 220, 236; Heyne Obss. ad Tibull. I, 3, 29; Drakenb. ad Liv. tom. II, pag. 193, et quos ibi laudavit; *nox* et *mox* Lucan. IV, 473; Obss. Miscell. tom. III, pag. 250. Sed h. l. *nox currat*, elegans sane lectio, minimeque sollicitanda. Kuin.) Forte etiam *sit mensae statio* corrigendum. *statio* enim de voluptatis sede etiam dicitur, ut inter varias vocis huius significationes docet Bernartius ad Stat. Theb. I, 148.

22. *Et -- onyx*) haec corruptissima leguntur in codd. *crocinonarix mureus* Borrich. *naris* Mentel. et Voss. pr. in Heins. et meo priore lacuna est t... *mureus*, in altero *Et croci nonaris mureus*, et in marg. *croum* pro varia lect. receptam lectionem firmat Nestor in Vocabulario suo pag. 94. Heins. pro *nares* conj. *crines*; quod placet. De frequenti croci usu in conviviis lautioribus vid. interpp. Lucian. in Nigrino tom. I, pag. 72--74; cuius tamen verba εἰ γάρ τοι τῇ πνοῇ τῶν ἴων καὶ ῥόδων χαίρουσι, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, et locus Diogenis Laërtii a Solano productus, *nares ungat*, pro unguenti crocini odore repleat, tueri possent.

23. *succumbat*) Heinsio placebat *incumbat*, sed *rauca* exigit *succumbat*, i. e. lassa deficiat canendo. Sic *somno succumbere lumina* dicuntur Ovid. Heroidd. XII, 49; Art. A. III, 767. Vers. seq. *Et sine nequitiae* coniecerat olim Broukhus. quia paulo ante vs. 21 *Sit mensae ratio.* Burm.

25. *convivia somnos*) Vulgaris lectio commodum quidem offert sensum, et comprobatur Ciceronis loco in notis laudato, neque tamen inelegans est Broukhusii emendatio: *convicia*, ut intelligantur iuvenum et puellarum iocosa dicteria et cantus amoebaei, vid. Senec. Med. 113; Horat. Epp. II, 1, 145; Macrob. Saturn. VII, 3; et haec conie-

ctura vehementer quoque arridebat, notante Burmanno, Ruhnkenio ad Aquil. Rom. pag. 144. Kuin.

26. *publica -- aura viae*) Sic edere malui, consentientibus omnibus fere codd. ut Perreii, Fruterii, Scaligeri, Dresd. Mentel. Neapol. Vatic. sec. et quint. Groning. Palatinis et Commeliniano Gebhardi, duob. Leidd. tribus Voss. Dorvill. utroque et meis. *aura* forte melius esse notavit Scaliger. licet nonnulla pro altera *ara* afferat. *perstrepet aura* in aliis haberi notat Lat. Latinius. Guyetus legebat: *vicina perstrepat aura via*, cui etiam *ara* non improbabatur, ut Passerat. quod praeter Regios codd. etiam est in prr. edd. et sic legitur in ed. Beroald. licet in notis nihil memoret. Id si reciperetur, intelligendum esset de aris, quae in compitis erant. Sed *coronatae arae* iam vs. 9 praecesserant, et *arae* vix convenit verbum *perstrepat*. Iure igitur reiectum fuit a Broukhus. qui tamen *ora* ex Heinsii coniectura contextui male inseruit. Exemplum enim desidero, quo probetur, apud ullum bonae aetatis scriptorem veterem occurrere *ora viae publicae*. *Aura* emendaverat etiam Markland. in marg. ed. Graev. in qua *ara*. -- *Perstrepet* in Neapol. Leid. sec. Voss. pr. et tert. utroque Dorvill. et meo altero, hinc *percrepet* eliciendum videbatur Santenio, et coniecturam firmabat loco Cic. Verr. V, 13, ubi praecedunt convivia muliebria: *locum illum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque symphoniae.*

28. *Quem gravibus pennis*) *gravius* legebant Beroald. et Guyet. i. e. quis nostrum maiori igne ardeat. *poenis* male in Heins. et meo pr.

29 seq. *multis exacta -- ministra Venus*) *fuerit multis laxata trientibus ora* in Askew. forte pro *fuerint lassata*. in meo utroque cod. distinguitur: *exacta trientibus hora Noctis*, et *instituet* etc. sed vulgatum videtur praeferendum, ut *convivii hora* primo vs. intelligatur, et in altero *noctis sacra* iungantur. *instituit* Dresd. Pro *ministra* Heins. conj. *sequestra*, certe *sequester*, *magister*, *minister* saepe confunduntur, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 169; sed *ministra* Venus, quae opem sacris his nocturnis

ferat. *instituet sacra* et *marita Venus* tentaverat Markland. *sacra marita* coniungens, ut infra el. 20, 26: haec vero emendatio si admittatur, codd. distinctio *hora Noctis* praeferenda videtur.

31. *Annua -- nostro*) *thalamo et sollemnia* in Colbertt. Dresd. meo cod. sec. ed. Vicent. 1481, Volsci, Beroald. utraque Ald. Iunt. Colin. Gryph. 1551 et 1561, Plantin. 1560 et Grasseri. *thalamo et somnia* vitiose in Venet. 1475 et Regiensi.

32. *Natalisque — iter*) *ter peragamus* in Leid. pr. et Voss. ut est in ed. Beroald. et in cod. Sambuci legi testatur Modius in Novantiq. Lect. pag. 82.

ELEGIA XI

Excusatio quod serviat feminae, et agit de imperiis earum Dresd.

1. *Quid -- vitam*) *si vexat femina curam* legebat Heinsius, sed refragantibus omnibus codd. et edd. antiquis, et invito ipso Propertio, cui hoc verbum usitatissimum est, et gravem habet emphasin, vid. el. 6, 19 al. *versat* et *vexat* saepius permutata, vid. Ovid. Heroidd. XII extr. Val. Max. V, 1, 10; Horat. Epp. II, 2, 90. Vid. Patruum meum ad Ovid. Am. II, 2, 29; Graev. ad Cic. de Amic. c. 26 extr. Cortius ad Sallust. Iug. 14, §. 9.

2. *addictum sub sua iura*) *adductum* male in Voss. quarto: *sub sua signa* in aliis hic legi notat Lat. Latinius, quod sua venere non destituitur, tanquam in castris Cynthiae militare se dicat.

3. *Criminaque -- fingis*) *Carminaque* in Mentel. Palatino, et Commelin. Gebhardi, Leid. pr. et tertio Voss. solita permutatione, ut I, 18, 9; sed *crimina* hoc et illo loco pro criminationibus poni, recte notat Goldastus ad Dositheum lib. III, pag. 39. Burm. Sic *crimen* legitur ap. Cic. Verr. I, 5 et c. 11; Terent. Hecyr. V, 2, 13; Phaedr. III, 10, 18. Vid. et Cannegieter. ad Avian. fab.

XIV, 12. De permutatione vocabulorum *carmina* et *crimina* vid. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 600, 602, 634; tom. II, pag. 164. KVIN.

5. *Venturam -- noctem)* ita Beroaldum secutus recte edidit Broukhus. quod confirmatur a vet. cod. Perreii, pr. sec. et quinto Vatic. tribus Voss. et sec. Dorv. neque aliter affert Nestor in Vocabulario pag. 107 b, et ita legendum iam monuit Palmer. in Spicileg. pag. 806, tom. IV Fac. Crit. Sed *mortem* tuentur cod. Fruterii, Mentel. Dresd. Palat. Commel. Heins. Groning. Borrich. duo Leidd. pr. Dorv. meus uterque, cum prr. aliisque vetustis edd. idque etiam probabat Markland. qui praeterea legebat: *Venturam vetulus praesagit navita mortem.* Sed dubito an loca proferri possint, ubi *vetulus* non sine contemtu aliquo dicatur. Itaque Livineio acquiescendum videtur, qui exponit *melius*, nempe quam rudes et inexperti maris. *Venturos Coros* conj. Heins. nimia licentia. BVRM. Pro *noctem* centies librariorum ignorantia substituit *mortem*, vid. Drakenb. ad Sil. It. II, 547; X, 172; XIII, 129. Iacobsius, in epist. Crit. ad Astium, qui quoque ad vocem *navita* epitheton desiderabat, quo causa peritiae in praesagiendis tempestatibus significetur, corrigebat: *Venturam annosus praesagit navita noctem*, ut Ovid. Fast. II, 571: *Ecce anus in mediis residens annosa puellis Sacra facit Tacitae.* Art. A. I, 14: *Creditur annosum pertimuisse senem.* Sed nihil mutandum. KVIN.

6. *Vulneribus — metum)* Broukhus. conj. et edidit *modum.* Omnes mei codd. et edd. priscae exhibent *metum* (quod Vulp. explicat, providentiam et praesensionem futuri periculi. K.), idque propugnat *timere* disticho seq. Et *metum habere* proba locutio est. Ovid. Pont. II, 7, 6: *Saepe supervacuos cogit habere metus.*

8. *timere meo)* *cavere* placebat Grutero Suspic. X, c. 8, pag. 501 in Miscell. Lips. Nov. P. III, pag. 501; sed nihil contra codd. auctoritatem h. l. tentandum.

9, 10. *Colchis flagrantes -- humo)* ita hunc locum etiam affert Nestor in Vocabular. pag. 175. *flagrantis* in

Mentel. Borrich. meo utroque et prr. edd. *armifera* praeter Livineium, etiam Guyeto placebat, quod parum interest, et haec fere semper commutantur. *saevit* vitiose in Aldd. Colinaei, Gryphii, aliisque edd.

12. *aurea lana*) *laurea* prave in tert. Voss.

13. *Ausa -- sagittis*) ita recte in Mentel. ut ex uno Colbert. affert Broukhus. quod non insuper habendum notat, et explicat de Penthesilea, ut vicem Graecis Troiam oppugnantibus referret, sagittas in eorum classem iuiiciente. Male in reliquis omnibus codd. et edd. vetustis legitur *quondam oppugnare*, sed *contra oppugnare* longe efficacius. *equis* Dresd.

14. *Maeotis -- rates*) Pro *Maeotis* in plerisque codd. *Iniectis*, ut in vet. cod. Perreii, Mentel. Excerptt. Scalig. pr. et sec. Vatic. Borrich. Grouing. Heins. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, primis Venetis edd. Regiensi, et Volsci, qui tamen in notis, *Maeotis*, *quoniam e Scythia venerat*, *ubi est palus Maeotis*, sive ita emendaverit, sive in suis invenerit codd. Male ergo Heins. ex hac codd. scriptura ad marg. cd. Ald. coniecerat *Ingestis*, sagittis nempe. In lectione *Maetis Penthesilea* Propertium agnosco, et vestigium huius scripturae est in cod. Askew. in quo corrupte *mecotis*. Neque aliter iam excusum fuit in Beroald. utraque Aldi, Iunt. Colin. Gryphii, Grasseri, caeterisque edd. *Infectis* ex aliis profert Latin. Latinius. *Danaas* emendabat Francius.

15. *Aurea -- frontem*) sic omnes exhibent codd. (nisi quod *fronte* in Borrich.) et Nestor in Vocab. pag. 29, ubi hunc locum affert, pro exemplo, quo *haec cassida* primo casu pro *cassis* dicatur, pariter ac Charisius Gramm. Institutt. I, pag. 79; add. Priscian. lib. VI, pag. 689, 708 ed. Putsch. Scalig. autem ad Manil. pag. 507 ita h. l. affert: *Cuius ut auratam nudavit casside frontem*, vitio memoriae, ni fallor.

16. *Vicit — virum*) *forma suum* in quint. Vatic. quomodo conj. Markland. eadem varietas ap. Ovid. Heroidd. XX, 70.

17. *Omphale et — honorem*) ita edidi ex vett. codd. auctoritate. Copulam enim *et* inserunt Mentel. quint. Vatic. pr. Leid. et Voss. tert. nam in caeteris *Omphale in*, quo vitio inquinatos etiam olim fuisse alios codd. patet, quia sic affert Octavian. Mirandula in Viridar. Illust. Poët. fol. 184 b, et sic in antiquis edd. *Omphaliae* in Regiis, et meo sec. Miror Broukhus. metro adversante, edidisse, *Omphale in tantum*. Secunda enim in *Omphale* corripienda est, ut patet ex Soph. Trach. vs. 256. Guyetus hic tentabat: *Omphalie* vel *Omphalia*, sine dubio quia *Omphaliae* etiam in codd. sed eo non opus est; et recte reiecit Schrader. Emend. c. 8, pag. 151. Heins. conj. *At non in tantum* deleto *Omphales* nomine. Idem pro *tincta* conj. *lota puella lacu*, quod ed. Ald. adscripserat, ut per *Lydiam puellam* subintelligatur *Omphale*, cujus nomen a glossatore insertum putabat. Perperam.

19. *Vt -- columnas*) *statuisset* hoc in vs. et mox *statuit* Heinsio inconcinnum, et alterutrum corruptum esse videbatur. Itaque hic *posuisset* malim, quam mox *Persarum posuit Babylona*, cum Schradero Emend. c. 8, pag. 153, quia illic videtur auctor in animo habuisse illud Virg. Aen. I, 373: *Vrbem quam statuo, vestra est.* Sic ap. Vell. Paterc. I, 2, §. 6: *Vtica constituta est*, pro *condita*, quae vox illic ter repetitur, (vid. Obss. crit. ad el. 10, 15. K.) legebat Ruhnkenius.

20. *Tam dura*) in meo priore *Iam dura*, ut ex suo cod. etiam Heins. *dira* male in Neapol. Markland. cui sensus videbatur imperfectus, conj. *Huic dura*, i. e. huius Omphales gratia. Burm. Iacobs ep. ad Astium pag. 36 » vulgata lectio *tam dura*, ita Propertiana est, ut eam mutari vix tulerim, vid. II, 13, 3; III, 17, 19. Quare scribendum puto: *Cui qui pacato statuisset* etc. *Tam dura traheret* etc. *Cui*, prima litera omissa, in *ut* depravatum est. Iunge: in *tantum* honorem processit, cui i. e. ut ei Hercules pensa traheret. » Mihi locus nulla medicina indigere videtur. Kuin.

21. *Persarum -- urbem)* Nova hinc elegia, cum ti-

tulo: *de Semirami* incipit in codd. Regg. meo sec. primisque edd. *orbem* pro *urbem* in iisdem codd. Regg. et priscis edd.

22. *Vt — opus*) *Et solidum* in meo priore et Heins. *solitum* Voss. tert. *agger* Voss. sec. et meus pr. *ager* pr. Voss. *coctus tolleret ager* Askew. unde, si forte *tolleret aggere opus* aures offendat, legi posset: *Vt solid. coctus t. agger opus*, i. e. cingeret. Sed suspectum hunc locum habuit Heins. in ep. ad Graev. tom. IV Syllog. pag. 532, quia Babylon Assyriae potius, quam Persica urbs fuerit. An igitur *Assyrium statuit* emendandum? hinc Lucan. VIII, 299: *Bactraque Medorum sedem, — Assyrias, Babylona, domos*, ubi *Bactra* similiter improprie *Medorum sedes* dicuntur. Sed haec apud poëtas saepe promiscue posita occurrunt. Vid. illic Patrui mei notas. Nihil igitur hic innovandum, quia Babylon in ius Persarum cessit, ac deinde Parthis subdita fuit, hinc et *Babylon Persea* eidem Lucano VI, 449.

23. *Et — currus*) *Vt duo* vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. *missi* in iisdem et Excerptt. Scalig. Heinsiano, Borrich. Askew. Groning. Leid. sec. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis, et sic Heins. sed mutavit Broukhus. et edidit *immissi*, (ita legitur in ed. Vulp. et Burm. K.) male, etiam Francio *immissi* pro *missi* duriusculum videbatur. Rectius hic videtur *misit*, (et sic Dresd.) Semiramis nempe, ut paulo ante *statuit*, et sic in Mentel. Leid. pr. et edd. Aldd. Colin. Gryphii, Grasseri, aliisque, et ita conj. Markland. favetque lectio *missit* in prr. edd.

24. *Ne — latus*) *Nec possent* in Regg. Colbertt. Mentel. Neapol. duob. Leidd. Voss. tribus, utroque Dorvill. et meo priore. *Non* quint. Vatic. *Nec possem* Borrich. pro *tacto* male in sec. Leid. *tacito*. Dein *stringier axe* legebat Heins. ad oram ed. Ald. sed optime se habet vulgata.

25. *Duxit — arces*) *Auxit* in Heinsiano. *ab Euphraten* Voss. tert. *quam condidit* in meo altero. *quo* Askew. *medium, quam condidit, arci* Heinsius. recte. Vid. Curt. V, 1, 23 (vid. notas). *quas* conj. Markland. medium arcium,

quas condidit. *medium Euphraten* dixit Prop. ut in illo Catull. Carm. LXVII: -- *cumque iuventus Per medium classi barbara naret Athon.*

26. *Iussit -- caput*) *capta* pro *Bactra* in Voss. tertio. Patruus meus ed. Broukhus. adscripserat legendum esse *subdere*, ex Diod. enim Siculo noverat, Bactra dolo Semiramidis in potestatem Nini incidisse; et haec quoque emendatio certissima in mentem venit Schradero Emend. c. 8, pag. 155.

27. *quid -- crimina divos?*) hoc praetuli ex Leid. sec. Voss. quart. Dresd. Heins. et meo priore, et huic lectioni favent illi codd. in quibus vitiose quidem *carmina*, ut in uno Regio et tert. Voss. sed tamen adiuvant scripturam *crimina*. In reliquis *crimine*, ut edidit Broukhus. Pro *raptem* male in Voss. tert. et Dresd. *captem*.

29. *nostris --- armis*) *vexerit* in omnibus fere codd. et Leid. sec. tribus Voss. utroque Dorv. Dresd. meis, et prr. edd. *vixerit* corrupte in cod. Scalig. sed ex Groning. *vexerat* edidit Broukhus. quod et in Mentel. legebatur, et Guyeto probatum fuit. *opprobria duxerat armis*, vel *dux foeda opponitur armis* conj. Heins. in notis pag. 625, quod nimium a vulgata recedit, neque *opprobria* sollicitanda sunt.

30. *Et -- suos*) *Hei famulos* Acidalius (ad Vellei. Pat. II, 59, quum *hei* ardori orationis et indignitati rei magis conveniat. K.) *Heu* Livinei. et ex Passeratii codd. Guyetus, improbante Heinsio in notis, qui *Vt famulos* praeferebat. Sed nihil corrigendum, *Et* hic maiori emphasi dicitur; quam *etiam*. Pro *trita* in aliis *tracta* legi notat Lat. Latinius.

31. *Coniugii -- poposcit*) hanc lectionem secutus sum, plerisque probatam, Rubenio videlicet Elector. II, 2; Ryckio in notis ad Tacit. XIII, 19, pag. 205; Freinshemio ad Flor. IV, 11, 2; Gronov. Obss. II, 25 (Passerat.) Broukhusio. In plerisque enim codd. ut Dresd. al. legitur *Coniugis obscoeni*, Antonii nempe, ut praeter alios in binis Leidd. tribus Voss. Borrich. Groning. Dorv. utroque, et meis codd. ac priscis edd. *Coniugis obscoenae* tamen

praefert Heins. ex loco Flori IV, 2 (vid. not.); ubi tamen *pretium libidinum* aeque hic tueri potest *Coniugii obscoeni pretium*, quam *Coniugis obscoenae.*

32. *addictos — patres*) *adductos* in Voss. quart. Heins. Askew. et meo priore, quod etiam ex aliis profert Lat. Latinius. *iura* emend. Heins. ex vestigiis cod. Modiani, in quo *rura*, vid. vs. 2. Sed *regna* praefero, quia id Cleopatrae invidiosius.

33. *Noxia -- tellus*) ita recte edidit Broukhus. et hanc veram scripturam probavit (*ει*, inquiens, Graecorum, nunc in *I* vertebant Romani, nunc in *E*, in huius tamen urbis nomine videntur *E* maluisse, sic in lapide Neapolitano ap. Gruter. 376, 3 *Alexandreae*, item in altero 525, 2 *Alexandre*. Sic ap. Cic. Phil. 8, 8 liber Vatic. habet, vid. Priscian. lib. 2, qui tamen monet, in nominibus urbium talibus variare auctores, quamquam pro *E* regulam quasi perpetuam sancit, et Serv. ad Virg. Aen. I, 257. K.) *Alexandria* enim in plerisque codd. ut in Neapol. Mentel. Regg. Colbertt. Dresd. Heins. primo Leid. duob. Voss. pr. Dorv. meo utroque et in marg. Groniug. *Alexandrina* in Borrich. Askew. Leid. sec. tert. Voss. altero Dorv. et vetustis edd. ut *Alexandrina tellus* iungantur, et sic correxerat Markland. sed *Alexandrea* in Colotiano, ut etiam Perreius in marg. ed. Ald. scribendum notaverat, nec aliter affert Nestor in Vocab. pag. 9 b, et pag. 152; et hoc ubique e numis, codd. et aliis monumentis praetulerunt VV. DD. ut et *Antiochea*, *Seleucea* etc. Vid. Vrsin. ad Cic. ad Div. I, 4; II, 10; Manut. et Muret. ad Phil. VIII, 8; Gifan. ad Lucret. pag. 315; Barth. ad Stat. Theb. IV, 717; et operose prae caeteris Heins. ad Virg. Aen. I, 201.

35. *Tres -- triumphos*) *Tres tibi* Voss. tert. *distraxit* pr. Leid. Pro *arena* ingeniose Heins. coniec. *verna*; ut Pothinus intelligatur, Ptolemaci Regis eunuchus, qui iuveni Ptolemaeo caedem Pompeii suasit, et adiutoribus Achilla et Septimio caput Pompeii M. amputavit. Vid. Lucan. VIII, 483. Mox pro *Roma* Guyetus legebat *Magne*,

ut ad Pompeium ipsum referatur, quae coniectura non reiicienda, nam sequentia ad illum spectant, et librarii saepe illud *Magni* cognomen, si simpliciter de Pompeio occurrat, vel corruperunt, vel eiecerunt, alia voce supposita. Ruhnken. tamen coniecturam illam non admittendam censebat, cui contextus videbatur ostendere, hinc infamiam non in Pompeium redundare, sed in Romam, quae talem perfidiam inultam dimiserit. Pro *funera campo* in cod. Askew. *vulnera*, et pro *issent* in Borrich. *essent*.

40. *Vna — nota*) *adusta* in Regg. Colbertt. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. Dresd. et meis, nec aliter in vetustis edd. ante Scalig. qui *inusta* ex suo cod. recte correxit, ut ed. Ald. etiam adscripserat Perreius, quod multis exemplis firmat Broukhus. *adusta notam* in Borrich. Heinsiano, et meo priore. Heins. conj. *Vnica Pellaeo*, vel *Et Ptolemaeeo*. Sed *Philippeo* forte pro Graeco, vel Macedonico, unde descendunt Ptolemaei.

41. *Ausa — Anubin*) *Musa* corrupte in Groning. *apponere* in Dorvill. sec.

44. *Baridos — sequi*) *Blaridos* corrupte in Voss. quarto. *cunctis* in pr. Leid. Voss. Dorv. pr. Askew. *comptis* in sec. Dorv. *conchis* in Dresd. *cannis* conj. Heins. sed nihil mutant caeteri codd. et edd. vetustae, neque aliter affert Nestor in Vocabul. pag. 74 et 157. *nostra Liburna* in quart. Voss. ut sic forte etiam in suis codd. invenerit Victor. Lect. Var. X, 9; nam typi vitium putat Broukhus. ita certe etiam affert Canterus ad Lycophr. pag. 32 ed. Steph. *rostra* tamen in reliquis omnibus codd. et edd.

45. *Foedaque — saxo*) *canopia* Borrich. Leid. sec. et Harleianus Musaei Britann. *canopeia* in Colot. Vatic. sec. Regg. Colbertt. Askew. Voss. pr. et quart. Groning. Heins. utroque Dorv. et meis, cum prr. edd. in aliis antiquioribus *canopea*. Sed *canopeïa* admitti nequit, quia primae producuntur syllabae Κωνώπειον vel Κωνώπιον. Vid. Voss. Art. Gram. II, 33. recte *canopia* scribi, si penultima corripiatur, ut h. l. *conopea*, si producatur (ut hic male edidit Broukhus.)

monet Bentl. ad Horat. Epod. IX, 16, et vid. Heins. ad Virg. Aen. I, 201.

46. *Iura dare et -- MarI*) ita recte edidit Broukhus. et putabat Livineius, quomodo et Perreius in marg. ed. Ald. correxerat ex vet. cod. idque legitur in Colot. pr. et sec. Vatic. nam in caeteris codd. et edd. Aldd. Iunt. Colinaei, Gryph. aliisque omissa est copula *Et*, idque propugnant, qui confugiunt ad solitam cantilenam de ultima, natura brevi, ante duas consonas producta, diversarum aetatum poëtas confundentes, de qua licentia vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 75 et 610; sed plurimis exemplis contrarium ap. vett. obtinere ostendit Barth. ad Claudian. Bel. Gild. vs. 136: hinc *Iura daret* in Regg. codd. et prr. edd. merito itaque id reiecit Broukhus. in multis etiam codd. et edd. antiquis legitur *mari* litera minori, tanquam Cleopatra diceretur mari seu Oceano iura dare inter statuas et arma, quae in Capitolio erant; inde in aliis enata est scriptura *mori*, ut in Askew. sec. Leid. Voss. tert. et quarto. Sed *MarI* vere correctum est.

47. *Quid -- secures*) in plerisque codd. quibus accedunt duo Leidd. totidem Voss. pr. Dorvill. et meus, et in edd. priscis legitur *Tarquini*, quomodo scripserunt, qui secundae syllabae metuebant, sed vid. Patruum meum ad Virg. Aen. VI, 818. *factas* vitiose in Voss. quarto.

48. *Nomine -- notat*) *Omine* in meo sec. sed in eiusd. marg. pro varia lect. *Nomine*, et huic receptae lectioni favent codd. in quibus corrupte *Nemone* vel *Nemine*. *quae simili* in Neapol. Heins. Borrich. et meo primo. dein *tulit* pro *notat* in Voss. quarto. In nonnullis *vocat*, ut in quint. Vat. et ed. Scalig. (quae quidem verba, *notare* et *vocare* saepius in Codd. confunduntur, vid. Burman. ad Ovid. Met. XI, 173. K.) *notet* in meo sec. Borrich. Leid. Heinsiano, sed *notat* recte in Regg. Groning. caeterisque et prr. aliisque antiquis edd. idque merito placebat Guyeto; nam infamiae dedecus hoc verbum indicat.

49. *Si mulier patienda fuit*) *Sed mulier* in Mentel. Borrich. pr. Leid. et Voss. tanquam invidiosa pudendaque

exprobratione. *Et mulier* in Heins. ac meo priore. *rapienda* in pr. Leid. ac Mentel. vulgata optimo nexu dependet a praecedentibus, *Quid nunc* etc. *Si* etc. *triumphos* cod. Scalig. mox *longum diem* in Neapol. Heins. Leid. sec. Voss. pr. et tert. utroque Dorvill. meis et prr. edd.

51. *Fugisti -- Nili*) *tumidi* Mentel. Heins. sec. Leid. pr. et tert. Voss. Groning. uterque Dorvill. et mei, quod Passeratio probatum fuit, et Modio in Novantiquis ep. 18, pag. 84; sed *timidi* in caeteris codd. et vetustis edd. quod elegantius, et hoc recte vindicavit Broukhus. *Vada* corrupte pro *vaga* in Mentel. Neapol. Dresd. et pr. Leid. *vana* vitiosius in Voss. quart. *vaga* vel *cava* legendum adscripserat Francius, ut *latentes oras* vocat Horat. Od. I, 37, 23.

52. *Accepere -- manus*) *vincula Roma* male in Askew. *tuas manus* in altero Regio. *Nec cepere* coniec. Markland. et alterum falsum esse notaverat, quia nempe Augustus Cleopatram in triumphum quidem ducere cogitavit, sed vivam avehere, et Romam deferre non potuit. (vid. not.)

53. *Brachia -- colubris*) *spectasti* conj. Markland. propter praecedentia *fugisti*, et *tuae manus*; sed recte Beroald. refert ad ipsum Propertium, ut dicat, se imaginem illam Cleopatrae in Augusti triumpho circumlatam vidisse. *amorsa* in Groning. *adrosa* Heinsius, sed quod postea reiecit, et *admorsa* probavit in notis ad Vellei. II, 87, pag. 462, ubi *pectora* hoc in versu male editum est, nisi scripturae vitium sit. Vs. seq. pro *sacris* Beroaldo placuit *fixis*, male.

55. *Non -- verenda*) *Non hoc Roma fui* in vet. cod. Perreii, Mentel. sec. Vatic. et Neapol. *hoc* etiam in Borrich. Regg. Colbertt. pr. Leid. tribus Voss. binis Dorvill. et meis.

56. *Nec — mero*) male in iisdem codd. et Harleian. cum priscis edd. *Dixit et assiduo*; sed *Nec ducis assiduo* optime emendarunt Passerat. et D. Heins. quam patris sui emendationem laudavit filius N. Heins. ad Vellei. Pat. II, 87, qui etiam tentaverat: *Et dux, assiduo lingua sepulta mero*, per appositionem; vel, *Vinctaque et assiduo*, vid. eius not. ad Prop. pag. 726; quod tamen parentis eius coniecturae non videtur praeferendum. Markland. libro suo

adscripserat: » *dux et ab assiduo* etc. ut Virg. *torrida semper* ab *igne*. *Lingua* pro dicaculus, sic gula, venter et sim. « haec tamen parum mihi persuadent, non acquiescendum esse D. Heinsii emendationi.

57. *toto — urbi)* *toti* in Leid. sec. et Voss. pr. sed in reliquis codd. ut Dresd. al. et edd. vetustis constanter *toto*, ut *nullae* pro *nulli* I, 20, 35.

58. *territa Marte)* *edita Marte* conj. Markland. id enim augere indignitatem rei addebat, ut urbs *edita Marte* timeret minas femineas. Sed reiiciunt hanc emendationem seq. in quibus vett. heroum bellica virtus seculo suo exprobrata, satis ostendit, Romanos eo tempore Cleopatrae Marte, plus quam eos decebat, territos fuisse; ut mecum etiam sentiebat Santenius. Vitiose in meo sec. *territa in arte*. In Neapol. hic minor vs. deest.

59. *Nunc -- Camilli -- manu?)* totum hoc distichon, quod in plerisque codd. et edd. post vs. 68 legebatur, optime huc revocarunt VV. DD. ut iam monuit Passerat. et post eum Broukh. His enim versibus insectatur poëta imbellem Romanorum animum, qui feminam Cleopatram et Antonium timebant, quum antea hostes multo magis imperio formidandos vicerant, tanquam nunc Martia proles deesset. Huic vero exprobrationi, oppositis Heroum exemplis, vim et elegantiam addere: *ubi nunc Scipiadae classes? ubi signa Camilli?* et sqq. notavit Broukh. quem exclamandi usum egregie illustrat Heins. ad Ovid. Heroidd. IV, 150; XII, 103. Male igitur Vulp. hoc distichon post vs. 68 retinuit addita explicatione admodum contorta (hac: fuit ingens olim Africani et Camilli, et modo Pompeii gloria, terra marique parta: sed nunc in ore hominum esse desiit, et quodammodo evanuit, postquam Augustus proelio Actiaco Antonium et Cleopatram vicit. Hanc victoriam celebrant omnes, et in posterum memorabunt, aliarum pene obliti). Altero vs. *Aut modo* in Mentel. Neap. quinto Vatic. Borrich. Groning. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meo sec. ut ex aliis affert Lat. Latinius. *Aut modo Pompeii* in suo cod. legi notat Scalig. *Aut ubi Pom-*

peia in Regg. Colbertt. et prr. aliisque vetustis edd. quod non displicet. *Bosphore* Neapol. et alter meus cod. Heinsius in not. pag. 726 *Bospore capte*, vel *aperte*, vel *adacte* conj. *Tuque ubi* ad marg. ed. Ald. de Pompeii M. filio, seu Pompeio minore, intelligendum notayerat Dousa.

62. *Et -- pedes) Est Pyrrhi* pr. Vatic. *facta* vitiose in Mentel. pr. Leid. et aliis codd.

63. *Curtius -- lacunis)* vitiose *Curius* in Regg. Colbertt. Mentel. Borrich. Groning. Askew. pr. et quart. Voss. pr. Leid. ac meo, cum vetustis edd. Venet. Reg. Lep. Aldd. Iunt. Mureti, Gryph. 1551 et 1561. *Durius* Dresd. sed iam in Volsci ed. *Curtius* legebatur, ut deinde in Colinaei, Rovillii, Canteri, Antuerp. Plantini, Gryph. 1573, Grasseri aliisque. Burm. (Caeterum sine idonea ratione Burm. vs. 61 legendum conj. *documenta Syphacis*: i. e. ubi nunc similia virtutis Romanae, qualis erat Scipionis, *documenta?* vel vs. 63 reponendum *documenta* lacunis i. e. *statuit* nempe *documenta* verae in patriam pietatis. Kuin.)

64. *Admisso -- equo*) *Et Decius misso* in Voss. quart. Heins. Askew. et meo priore. *Ac Decius misso* in Mentel. duobb. Leidd. tert. Voss. et meo sec. *At D. misso* in pr. Voss. sec. Dorv. et vetustioribus edd. ut *misso* pro *immisso* dicatur, quod multis locis tuetur Heins. in notis pag. 726. Male praeterea Gruterus Suspic. lib. VII, c. 11 hic tmesin Propertio ingerit, et legit: *Ad -- Decius — misso proelia r. e.* pro *admisso*. Recte Scaligeri lectionem *Admisso Decius* recepit Broukhus. et firmavit loco Cic. Fin. II, 19: *Decius, cum se devoveret, et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat.*

65. *Coclitis — pontes*) *Coclitis adscissos* in Neapol. *abscisos* Dorv. pr.

66. *Est -- dedit*) ita emendavit et edidit Broukhus. quod quia a sec. cod. Vatic. confirmatur, retinui; nam in caeteris omnibus Codd. et edd. antiquis: *Et cui cognomen Corvus habere dedit*, Corvini nempe, ut dicti sunt posteri M. Valerii Corvi.

67. *Haec di condiderunt*) *condiderant* in Regg. Col-

bertt. Mentel. Borrich. Groning. Dresd. Askew. duob. Leidd. Voss. tribus, utroque Dorv. meis, et antiquiss. edd. usque ad Scaligeri, in qua *condiderunt*, ut legendum etiam monuit Passerat. Seq. vs. *vix teneat* male in Dorvill. pr.

70. *Tantum operis belli — dies*) *bello* vel *bellis* Heins. quod tamen a nullo cod. firmatur. *Memorabat* praec. vs. in Groning.

72. *Caesaris in toto — Ionio*) ita in omnibus codd. et edd. antiquis, pari consensu, quod praefero, pro ubicumque in mari vageris, unde non ausus fui cum Broukhus. coniecturam Francii *tuto* in contextum recipere, quamvis utraque vox a librariis saepe fuerit permutata, ut ap. Ovid. Heroidd. IX, 15; XIX, 208; Val. Fl. I, 306. Vid. Drakenb. ad Sil. X, 312. Burm. add. Burm. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 507. K.

ELEGIA XII

1. *Posthume -- Gallam*) *Ad Postumum* (Dresd.) vel *ad Postumum de Galla* inscribitur in codd. et edd. vetustis. *rumpere* in Dorvill. sec. et mox *fortia facta* in sec. Leid. et Voss. quarto.

3. *Tantine -- Parthi*) Francius male corr. *spoliandi*, quamquam in cod. Askew. legitur: *Tantine ulla tibi spoliandi*. In Heins. *Tantine illa fuit*.

4. *Ne -- tua*) *facias* in Dresd. et meo sec. *Ne fugeres* Heinsius. Sed *Galla multa rogante tua* insuavissimum reddunt versum, puto legendum esse: *Ne faceres, Galla, multa rogante moram*, ut I, 12, 2. *negante* in aliis legi, testatur Lat. Latinius.

6. *Et quisquis*) *Et quicumque* vitiose in Dorv. sec.

7. *Tu -- lacerna*) *in tecta* separatim Mentel. Regg. unus Colbert. Borrich. Leid. sec. Voss. tert. et quart. meus sec. ut in prr. edd. *interea* in altero Colbert. Scalig. cod. Groning. Dorvill. sec. et meo priore. *intecta* Neapol. Dresd. *intexta* Askew. Harlei. Musaei Britann. Vatic. pr. et quint.

Heinsius *huic texta*, Gallae nempe, coniecerat. Vxores enim maritis in bella tendentibus lacernas texebant, vid. IV, 3, 18; sed *texta tectus* ingratissimum reddit sonum. *iniecta* igitur non muto, ut supra II, 29, 21. Pro *vesane* in Regg. et altero Colbert. *versare*, vitiose *vesare* in prr. edd.

8. *Potabis -- aquam*) *Notabis* corrupte in Borrich. et male *fixus* Dorvill. pr. Salmas. ad Spartian. Hadr. c. 13, pag. 127 memoriae vitio: *Et fesso galea qui tibi portet aquam*. Cod. Dresd. *Araris aq*. vitiose.

9. *Illa -- inani*) *cura* vel *flamma* Heinsius, quod ultimum etiam est in cod. Voss.

10. *Haec — tibi*) *Haec utinam virtus* male in pr. Leid. *ne fiet* in Regiis, Voss. tert. Dresd. meo primo et priscis edd. *nec fict* in Colbertinis. *amara sibi* Livinei. Heins. et Francius, quod firmatur a quinto Vatic. sec. Leid. et Voss. tertio, idque in textum recepi pro *tibi*, vid. Ovid. Heroidd. XIX, 38: -- *sic tu temerarius esto*, *Ne miserae virtus sit tua flenda mihi*, quod ex hoc Prop. loco expressum videtur. Burm. Retinui *tibi*, quod in plurimis codd. legitur, et commodum sensum praebet. Galla, cui mariti virtus amara erat, quae tabescebat fama inani, metuebat, ne marito ipsi magno constaret virtus. Vid. notas. Kuin.

11. *Neve — sagittae*) sic in omnibus codd. et edd. vetustis. Caelius Secundus Curio in Foro Romano seu L. L. Thesauro, in *linio*, affert, *liniantur caede sagittae*. Vid. Patruus meus ad Quinctil. Decl. XIII, c. 5, pag. 277.

12. *Ferreus -- equo)* *aurato* in duob. Leidd. tribus Voss. Askew. Borrich. Groning. binis Dorvill. meisque et prr. reliquisque edd. antiquis. *Ferreus nec aurato neu* in Harleiano Musaei Britannici. *aerato* vel *armato* Heinsius, qui etiam in marg. ed. Ald. conj. *Aereus aerato*. Vid. de hoc loco Lips. de Milit. Rom. III, 4, pag. 131, qui Dousae Fil. *aerato* pro *aurato* illic probasse videtur. Sed reiicit hoc, et *aurato* defendit Dausqueius ad Sil. pag. 323, et Scriverius in annotatione MS. quam suis ad Veget. notis inseruit Oudendorp. tom. IX Obss. Miscell. pag. 93. *Armato* tamen bene tuetur Broukhus. qui *armatum equum*

intelligit de cataphracti militis equo, vario munimine et armorum pondere contra vulnera ostilia tecto, ut patet ex Vegetii descriptione III, 23: *Cataphracti equites propter munimina, quae gerunt, a vulneribus quidem tuti, sed propter impedimentum et pondus armorum capi eos facile est. Aurato* tamen defendit, sed non persuadet Vulp. (Ferrea illa equorum integumenta exterius inaurata fuisse putat Vulp. laudat hanc in rem Iustin. Hist. lib. XLI de Parthorum cataphractis: *Munimentum ipsis equisque loricae plumatae sunt, quae utrumque toto corpore tegunt. Auri argentique nullus nisi in armis usus.* Et Lucan. X, 125: *Pars auro plumata nitet.* Notat praeterea, Propertium cataphractos opponere equitibus sagittariis et levis armaturae. Mihi quoque *aurato* praeplacet, sed in sensu constituendo sequor Scriverium l. c. vid. notas. Caeterum *aeratus* et *auratus* etiam aliis in locis permutata, ut Virg. Aen. II, 481 al. Kuin.) Neque admittere possum Marklandi coniecturam, in notis ad Max. Tyr. pag. 715: *Sericus armato neu cataphractus equo.* Sed *Ferreus cataphractus eques* defenditur ex fragmento Sallustii apud Nonium Marc. pag. 556, in quo *equites cataphracti ferrea omnes specie* dicuntur. add. Claudian. in Rufin. II, 355 sqq.

14. *Sic -- locis*) *Si credent* vitiose in Regg. Neapol. meo sec. et prr. edd. *quae cecidere* in Mentel. Leid. pr. et meo altero. *sic cecidere* Borrich.

15. *Ter -- Galla*) *in cara* prim. Leid. Seq. vs. inciderat aliquando legendum cum interrogationis nota: *Moribus his illa* (vel *tali*) *coniuge dignus eras?* sed affirmandi modo dicit, Postumum *moribus his* i. e. tantae duritiae maritum, *alia* coniuge dignum fuisse.

17. *Quid faciet -- timore*) Heins. conj. *nullo munita puella marito*, Ovid. Am. III, 8, 63: *Me prohibet custos, in me timet illa maritum;* sed nihil potius mutandum. Burm. Astio in Obss. in Prop. inepti quidquam in his verbis inesse videtur, quasi poëta nullam ponat fiduciam in Gallae pudicitia, quam tamen maximis praedicat laudibus vs. 15 seq. putat igitur *timore* e scioli cuiusdam glossa pro-

fectum esse, aut ex interpretatione margini adscripta ex II, 23, 9 ad explicandam loquendi rationem *timore*, corrigit: *Quid faceret nullo munita puella pudore, Quum sit luxuriae Roma magistra suae?* hoc sensu, Non tam pudica dignus es coniuge; quid? si aliam coniugem haberes? nonne te absente fidem omnem falleret, luxuriaeque se traderet, quae Romae puellas corrumpit? Sed vid. notas. Kuin.

18. *Quum -- suae?*) Broukhus. ex Scalig. emendatione edidit: *Quum sis luxuriae norma m. tuae?* i. e. quid faciet Galla, a te non custodita, sed relicta, quum ipse eam deferens viam luxuriae patefacias, ac sui iuris praestes. In codd. plerisque, Regg. Colbertt. Mentel. Askew. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, ac vetustis edd. constanter legitur: *Quum sit luxuriae Roma magistra tuae*, nisi quod *suae* in vet. cod. Perreii, Colotiano, et tribus Vaticc. et ita legendam, nisi quod *suae* malim pro *tuae*. *Cum sit lux. Roma ministra tuae* in aliis legi notat Lat. Latinius. Scaligeri emendationem etiam improbabat Markland. legebat: *Quid facies n. m. puella timore, Quum sit l. Roma magistra tuae*, hoc sensu, quid boni a te (Galla) exspectandum est, quum nullum custodem habeas, et quum Romae sis, quae urbs te quasi manu ducet ad luxuriam, optima magistra luxuriae tuae. Sed ne metuas, Postume, a corruptore. Gallam enim munera non expugnabunt. Vulgatam tamen retineri posse putabat, modo pro *sis* legeretur *sit*, et *Roma* et *suae* pro *tuae*: *suae* i. e. eius, ut ap. Ovid. Pont. I, 7, 48. Sed quum sermo ad Postumum dirigatur in praecedentibus et sequentibus, incommode ad Gallam hoc disticho interiecto referuntur verba, si *facies* et *luxuriae tuae* legamus, quare non adspernandum forte, si quis substituendum coniiciat: *Quid faciet n. m. puella timore, Quum sit luxuriae forma magistra suae*, ut innuat Gallae pulchritudinem insidiis corruptorum obnoxiam esse. *forma* et *norma* in codd. saepius permutantur, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 53.

19. *non munera*) *munere* in pr. Leid. et Voss.

21. *salvum te fata remittent*) recte hanc lectionem

vindicavit Broukhus. non *sanum*, ut in prr. eaque secutis edd. idque firmatur a Perreii cod. Colotiano, pr. ac sec. Vatic. Neapol. Excerpt. Scalig. Borrich. Heins. Mentel. aliisque codd. recte omnino, nam *salvum* de vita superstite, *sanum* de valetudine dicunt.

26. *Castra -- capta*) *Ciconum mors* male in pr. Vatic. licet id Volsco placuerit, qui intelligebat Cicones, ab Vlyxe interfectos. Sed *mons* Ismarus hac in re plerisque memoratur. *hismara calpe* in meo utroque, et *Exutaeque* in Askew. Sed unde primo Vlyxis post excisum Ilium errori hic subiungitur *Calpe*? ut adeo, antequam ad Circen, Lotophagos, Scyllam et Charybdin, et Sirenas pervenerit, ad Herculis columnas, seu Gaditanum fretum h. e. *Calpen* deflexerit? Si enim illos Vlyxis errores evolvamus ap. Homer. Odys. IX et X; Hygin. fab. 125; Tibull. IV, 1, 54 seq. al. et ex recentioribus Cluverium Sicil. Antiq. II, c. 17 patebit, Vlyxem primum ad Ciconas navigasse, et post, Ismara expugnata, Lotophagos adiisse, inde Cyclopas, tum ad Aeoli aulam, Laestygonas, et Circen tetendisse, deinde ad Sirenas appulisse, naufragioque delatum Acam ad Calypsonem pervenisse etc. quamquam hunc ordinem non ab omnibus, praesertim poëtis, servatum fatear, neque ab aliis, ut Parthenius in Eroticis c. 2, Vlyxem circa Siciliam, Tyrrhenum et Siculum mare vagantem, uno quasi saltu ad Aeolum traiecit, nulla tamen *Calpes* mentione facta. Valde igitur suspecta mihi est lectio, *Ismara Calpe.* Vlyxem enim etiam Hispaniam adiisse, Homerus et omnes auctores, qui de Vlyxis erroribus agunt, silent. Parum ergo abest, quin emendandum arbitrer: *Ciconum mons*, *Ismara*, *Cyclops*, i. e. Cyclopum gens, adeoque *Cyclops* hic pro Cyclopibus dicatur, adiecta Polyphemi mentione. In voce *Calpe* deprehenduntur vestigia τοῦ *Ciclopes* seu *Cyclops*, librarii enim *ic* in *a* saepius mutarunt, unde, literis transpositis, mons Calpe profluxit ab iis, qui Herculem cum Vlyxe confuderunt. Burm.

Illud quidem dubio caret, Vlyssem relicta Thracia, Siciliae oram orientalem legisse, et a meridie ad septen-

trionem perrexisse, non contra, ut docet Virg. Aen. III, 689, ubi vero loci in Sicilia primum appulerit, etsi minus certum est, tamen probabile, illum mox *Odysseae portum* subiisse (quem recte Ciceroni Verr. V, c. 34 ex codd. restituit Graevius, insuper habita, credo, Bocharti sententia, vid. Ernesti Ind. Geogr. voc. *Edissa*); per litus enim Siculum vagatus, ibidem loci, nempe Odysseae, fanum exstruxit Hecatae, noctu se exterrenti et Hecubam ulciscenti: ipsi vero Hecubae, quam insolenter habuerat, cenotaphium, portui autem et promontorio, adventu suo et mansione celebrato, nomen suum indidit, et Ὀδύσσειαν ἄκραν vocavit, Κάκραν καλουμένην πρὶν, ὅπερ ἐστὶν πλησίον Παχύνου· ut haec omnia docet Tzetzes ad Lycophr. vs. 1030, et ex eo Cluverius l. c. lib. I, c. 14, pag. 190. Itaque legendum coniicio: *Ciconum mons*, *Ismara*, *Cacre*, *Exustaeque tuae*, *trux Polypheme*, *genae*. Nam Odysseam appellavit Vlysses, quae olim *Cacre* fuit dicta; cuius apud neminem forte mentio occurrit, quia omnes Homerum secuti sunt, nullam eius mentionem facientem, sed Propertius, ut saepe, alios hic quoque respexerit scriptores, qui Tzetzae tempore forte adhuc supererant. *Cacram* autem nomen antiquum Punicum esse censet Bochart. Phaleg. et Canaan 29. Santen. *in literis ad Burm. datis.* -- Eldikius reponebat: *Ciconum domita Ismara clade*, ut conveniat historiae Homer. Odys. *ι*, 39: Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν, Ἰσμάρῳ· ἔνθα δ᾽ ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ᾽ αὐτούς. Santen. *in Addendis.* Ego vero, quum *Calpe* aperte falsa lectio sit, neque Burmanni *Cyclops* ferri possit, quum proxime Polyphemi mentio ita facta sit, ut aliud Vlyssis factum significetur, neque placeat Santenii *Cacre*, quod iam Burm. improbavit, quoniam sola, nec satis firma Tzetzae auctoritate nitatur: Fonteiuium et V. D. in Bibl. Amstelod. Crit. Vol. II, P. II, pag. 15 secutus, reposui: *Ciconum manus*, *Ismara capta*. Sic *Ciconum manus* ap. Tibull. IV, 1, 54, ubi vid. Heyne. et *Ismara capta*, ut supra el. 11, 60 *Bospora capta*. Cf. de utraque re Hom. Odys. *ι*, 39 -- 61. Kuin.

27. *Et -- tenaces*) *Circes* Borrich. et Grouing. *Circa*

in meo sec. sed *Circae* Latina terminatione bene correxit Broukhus. ut in illo Horat. Epist. I, 2, 23. Vid. Bentl. ad Horat. Epod. XVII, 17; Sat. II, 5, 76.

28. *Scyllaque -- aquas*) *Scyllaque alternas* in meo pr. *sissa* vitiose in Mentel. *aqua* Borrich. et Heinsii.

29. *Lampeties -- iuvencos)* *Lamphatiae* vel *Lampathiae Scythicis veribus* in Regg. Colbertt. Mentel. Heins. Harlei. Musaei Britann. Leid. pr. Voss. tribus, Dresd. Dorvill. meisque et prr. edd. unde Heins. inserebat copulam *Lampetiae ac Ithacis*. *Lamphatie Siticis* in Askew. in aliis priscis edd. *Lampeties*, ut edidit Broukhus. Mox vs. 30 *fil. Lampathiae* Dresd.

31. *Et -- puellae)* *Caeae* pro *Aeaeae* iu Borrich. *Ceae* Dorv. sec. *aeae* Neapol. Voss. pr. et meus. *Eeae* Askew. *Athiae* Leid. sec. tres Voss. et pr. Dorv. Burm. *aequoreae* volebat Eldikius, ut Ovid. Art. II, 123. Santen. *in Add.*

32. *Totque -- dies*) *Tot noctes hiemis* Dorv. sec. *Tot hiemis noctes* Askew. Heinsius legebat: *Totque hiemes noctu*, *totque natasse dies*, sed vulgata recte se habet, respicit Homer. Odys. μ'. 447. *vacasse* vitiose in codd. Regg. uno Colbert. et prr. edd. *notasse* in meo sec. et altero Colbert. sed in marg. *natasse*, quae vera lectio est.

33. *Nigrantesque*) in ed. Gryph. 1551. *Migrantesque*, typi error videtur.

34. *Sirenum -- lacus*) Broukhus. conj. et in contextu reposuit, *Sirenum latus*, sed veterem Propertio lectionem reddidi *Sirenum lacus*, quia sic in omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. vetustis legitur, et *latus Sirenum adisse* recte dici vix potest, et in singulis, quae attulit Broukhus., exemplis nullum est, ubi *latus* ponatur adiunctum nomini proprio, ut hic *Sirenum*, sed vel regionis vel adiectivum additur. Recte igitur *latus terrae*, sed non *latus Sirenum*, pro quo praestaret *sinus* vel *lares*, sed non opus est. Broukhusii tamen coniecturam probavit Markland. qui in marg. ed. Graev. adscripsit locum Virg. Aen. VIII, 417; sed in loco Virg. *latus* additum habet regionis nomen. *locos* conj. Schraderus.

35. *Et — procorum*) *Et veteres artus lecto* in uno Colbert. *lecto* etiam in Neapol. Borrich. Mentel. Heins. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. meo priore et priscis edd. *artus* male in Excerptt. Scalig. Mentel. et meo utroque. *Et veterum arcus lecto* in uno Reg. *Et veteres arcus lecto* in altero et Harlei. *revocasse* in vet. cod. Perreii, Colotiano, Vatic. pr. Borrich. Mentel. Groning. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meo primo, et ita in aliis legi notat Latin. Latinius. Sed *renovasse* a Broukhus. bene vindicatum est propter additum epith. *veteres*, et confirmatum a Markland. ad Statii Sylv. pag. 211. (Solemnis autem est librariorum permutatio verborum *renovare* et *revocare*, vid. Sil. It. X, 633; Drakenb. ad Liv. IV, 9, 1; ad Sil. XIV, 112; Heins. ad Ovid. Met. VII, 177; Burm. ad Lotich. pag. 97 et 655; viros doctos ad Cic. Phil. I, 1. Kvin.) *artus veteres* sibi renovasse Vlyxem, ut procos uxoris ulcisceretur, inepta lectio esset.

37 seq. *Nec frustra -- fidem*) *Haec frustra* Mentel. Borrich. quint. Vatic. pr. Leid. tres Voss. uterque Dorv. et meus pr. *Vincit* in binis Leidd. Voss. tribus, et utroque Dorv. *Penelopen* in Vatic. quinto. *Penelope* in Neapol. et meo altero. *Penelopae* Voss. quart. et uterque Dorv. *Vincit Penelopes* in prr. aliisque edd. vetustis. *Laelia* pro *Aelia* in Borrich. Groning. Dresd. sec. Leid. tertio et quart. Voss. sec. Dorvill. meo utroque, et iisdem edd. *Lalia* in pr. Leid. Voss. et Dorvill. sed recte post alios *Aelia* scribendum firmat Broukh. erroris originem fuisse puto, quia *Aelius Gallus*, cuius ap. vett. multa mentio, *L. Ael. Gallus* dictus fuit, pro quo, ut passim in eiusmodi nominibus propriis, *Laelius* scriptum fuit ab aliis, et inde *Aelia* et *Laelia* gens confusa, ita saepe ex nota illa L. peccatum fuit a librariis, vid. Vinetum ad Suet. Illustr. Gramm. c. 2 extr. et init. c. 3; Gulielmius Quaest. Plautin. pag. 239; Interpp. ad Gell. X, 21; et Oudendorp. ad Frontin. IV, 5, 14.

ELEGIA XIII

De avaritia et luxu, vel *luxuria*, *matronarum* inscribitur in codd. ut in Regg. Colbertt. Mentel. Borrich. meisque duobus, et prr. edd. in aliis *de avaritia puellarum*.

2. *Et Venere — opes*) *Venerem* in Regg. Groning. Askew. Dresd. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, prr. edd. nec non Aldd. Iunt. Colinaei, Gryphii, aliisque, quam lectionem probat Beroald. Sed Volscus *Venere exhaustae* iam praetulit, quod a Mentel. Vatic. sec. et Borrich. confirmatur. *exhausto* in Neapol. *Venerem exhaustae damna sequantur opes* quosdam legere testatur Gebhardus.

3. *Certa -- ruinis*) *Certe equidem* male in Dresd. edd. Aldd. Iunt. Colin. Gryphii, aliisque, sed in prr. Venetis, Reg. Lep. Volsci et Beroaldi iam legitur: *Certa quidem tantis causa est manifesta*, ut in meis etiam codd. habetur, nisi quod *est* desit in Askew. sed in utroque Dorvill. et meis exstat, Dresd. quoque *causa est*. Recte *certa quidem t. c. et manifesta* edidit Bronkhus. ut in Mentel. aliisque codd. et ex Palatinis ac Commelini libro probatum fuit Gebhardo, qui alterum *Certe equidem t. causa est* a paedagogis interpolatum notat, et tamen illud tuetur Passerat. recepta lectio etiam placuisse videtur Heynio Obss. ad Tibull. II, 4, 29.

4. *Luxuriae -- est*) *lubrica* ex Posthiano cod. i. e. Groningano affert Livineius, et Palmerius in Spicil. pag. 807, idque placebat Guyeto. Sed *libera* cum Broukhus. praefero, propter ea quae sequuntur vs. 11 -- 14, et de luxuria, quae tum Romae invaluerat, passim queritur noster.

5. *Inda -- metallis*) *Inde cavis aurum mutat formosa* corrupte in sec. Dorvill.

6. *Et -- salo*) hanc lectionem tuetur Broukhus. *conchas* quidem *Erycina* hic habetur in plerisque vetustissimis edd. et codd. sed quia non minima codd. pars favet lectioni *concha Erythraea*, ut legendum iam monuit Beroald. illud

non videtur reiiciendum cum Markland. ad Stat. Sylv. IV, 6, 20 propter *rubro salo*. Ita certe in Excerptis cod. Scaligeri, in quibus *Erithrea*, cuius scripturae vestigia sunt in Vatic. quint. in quo *Eritria*. *Eriena* in Mentel. et pr. Leid. et clare *Eritrea* pro varia lectione in marg. sec. mei cod. *a rubro* hic praefert Broukhus. ad Tibull. II, 4, 29; in omnibus tamen codd. h. l. *e rubro* pari consensu; et suffragatur Mentel. ac pr. Leid. in quibus *et rubro*. Pro *salo* in Commeliniano Gebhardi *mari* legitur. Burm. *Concha Erycina* invenio in ed. Ven. Prop. 1475, Regiensi 1481, et praeter commentatores alios defendunt Domitius ad Martial. II, 47, 2; et Larcher Mem. sur Venus pag. 100. Quae tamen a Beroaldo iam a. 1487 proposita arridebat Burmanno, *Erythraea*, claris ductibus legitur in membranis *Venantii Lupacchini*. -- Santen. Obss. ad loca nonn. vett. poëtt. latt. in Beckii Commentariis Soc. Philol. Lips. Vol. I, P. II, pag. 158.

8. *Cinnamon -- Arabs)* ita in omnibus codd. et edd. antiquis legitur. Sed viris eruditis versus hic de mendo suspectus fuit. Nonnullis forte videbatur *Arabs multi odoris* dictus esse, ut *odoratus Arabs* in Constitutione veteri, quam sub Constantini nomine edidit Scalig. Lect. Auson. II, 24; sed non puto ita locutum esse Propertium, aut alium seculi Augustei poëtam, ne dicam, *pastor* hic absurde intrusum esse ab illis, qui Arabes olim pastores, seu scenitas fuisse legerant. Hic enim tantum ad odoratas Arabum messes respicitur. Verba vel sic exponenda, *et Arabs pastor praebet cinnamon multi odoris*, vel ulcus latet in voc. *pastor*, ut sagaciter deprehenderunt Guyetus et N. Heins. quorum primus felicissime divinarat: *Cinnamon et multi coston odoris Arabs*, praebet nempe, e praecedenti vs. repetito; alter vero: *Cinnamaque, et multi coston odoris Arabs*. Sed praefero *cinnamon* et *coston*, utrumque terminatione Graeca, quae palmaria certe emendatio est: ut *coston*, quam vocem et alibi vitiarunt librarii, cinnamo optime iungat poëta; ut Ovid. Met. X, 308; Claudian. Epithal. Hon. 95. Burm. Equidem in lectione vulgata et

explicatione verborum a Burm. proposita acquiescendum puto. Kuin.

9. *Haec -- pudicas)* *causas* vitiose in Mentel. et pr. Leid. quid in corrupta cod. Neapol. a manu pr. scriptura, *nittas*, lateat, non assequor. Id certum, *clausas* non esse sollicitandum, sed Marklandum non male coniecisse *clausas puellas* pro *pudicas*, ut infra el. 14, 23.

10. *Quaeque -- tuos)* *Haecque terunt* in vet. cod. Perreii pr. et sec. Vatic. *ferunt. gerunt* Guyetus et Scioppius Susp. Lect. IV, 18. *Quaque terunt* affert Nestor in Vocabul. pag. 160 b. *Icariote* in Borrich. Mentel. Dresd. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. Askew. utroque Dorv. meis, et prr. edd. *Icarioioti* sec. Vatic. *faustus* vitiose in Groning. *Quaeque referunt* vel *Quae superant* conj. Heins. vel *Quaeqüe iterant* aut *aequant*. Ruhnkenio *gerunt fastus* verissima lectio videbatur, ut ap. Lucan. X, 100: *quantosne tumores Mente gerit famulus?* Ianus Gruterus Suspicion. VII, 11 male emendat: *Con - que - terunt fastus, Icarioti, tuos.* Nec minus eleganter tmesitantem fecit Propertium supra el. 11, 64.

11. *Matrona -- nepotum)* *inducta* male in Borrich. et Voss. tert.

12. *Et -- trahit)* *opprobrium* legitur in pr. Leid. et Voss. ut sit interiectio: *Et spolia (opprobrium!) nostra per ora vehit.* Similia plura vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 196; add. Bentl. ad Horat. Sat. II, 5, 79; sed id huic loco convenire vix arbitror. Forte legendum: *Et spolia Oceani nostra per ora trahit*, i. e. conchas gemmasque ex Oceano seu litore alieno petitus, auribus insertas publice per omnium ora circumducit. Adiuvat hanc coniecturam locus Senecae patris in Excerp. Controv. II, c. 5: *Num premit censum onerosa sumtibus, et, ut seculi mos est, in deterius luxu fluente muliebris ambitio insanit? Numquid gemmas et* ex alieno litore *petitos lapillos?* Ruhnkenius quoque conferebat illud Sueton. Calig. 46, *ut conchas legerent, spolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita.*

14. *tollitur ista mora)* *ipsa mora* in omnibus fere

codd. et edd. antiquis. (Broukhus. *e membranis* Commelin. praeferebat *ista*, quod ipsi commodius videbatur, quum *poscendi* et *blandi* non ad munera referri debeant, sed verba sint amoris. Burm. quoque *ista* edidit. K.) *Et si qua est* legebat Livineius. Mox pro *una* Dresd. *ima*.

16. *Quos — equis)* ita recte, non *aquis*, omnes fere codd. et edd. vett. exhibent.

17. *fax ultima lecto) falx* in Borrich. *humida* in Mentel. et pr. Leid. quod provenit ab illis, qui *hultima* scripserant.

18. *Vxorum positis) fusis comis* legitur in Borrich. Askew. Leidd. duob. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et antiquis edd. et hoc revocavi. Broukhus. enim e cod. Groning. *positis comis* edidit. (recte, opinor, vid. notas : *fusis* glossema videtur. K.) *passis* Palmerius conj. quod improbat Gebhardus, et ex Palatino priore affert *faxis*, unde *laxis* coniicit. Francius conj. *tonsis*.

19. *Et certamen -- Coniugium)* sic praetulit Broukhus. *laeti* in Groning. Dresd. et meo sec. quod nonnihil favere posset Lipsio legenti *laetae*, quamquam id, si admittatur, magis placeret: *Et certamen habent: laeta est, quae v. sequatur Coni.* idque prae caeteris iuvare possent verba Cic. Tusc. V, 27 (vid. notas). Oudendorpio placebat: *Et certamen habent: leto quae* etc. Nescio qua tamen elegantia magis se commendet, *Et certamen habent leti*, ut *mortis certamen* inter se iniisse dicantur, quam locutionem tuentur Servii verba ad Virg. Aen. V, 95 de iisdem Indis feminis: *Fuit haec maiorum consuetudo, sicut hodieque apud Indos est, ut, quoties reges moriebantur, cum his dilecti equi, vel servi, et una de uxoribus carior circa rogum occisi incenderentur, inter quas de hoc ipso magna erat contentio.* Vt *certamen leti* hic dictum sit, quomodo *certamen amoris* Ovid. Pont. II, 2, 89. *quaecumque sequatur* male in Askew. Mox pro *non licuisse mori* minus recte in cod. Groning. *non potuisse*.

21. *Ardent — praebent) Gaudent* legendum censuit Passerat. et ante eum H. Stephanus, quos secutus Broukhus.

in contextum admisit, quia bis idem dici credebant. *Gaudent* magis tautologon esset, si emendatio Lipsii vs. praec. *Et certamen habent laetae* admitteretur. Si vero *certamen leti* non sollicitetur; *Ardent victrices* minime immutandum videtur, praesertim quum id tueantur omnes codd. et edd. vetustae. Neque opus videtur, illud *ardere* eo sensu capere, quo iam igne comburi dicantur, sed de cupiditate, qua post certamen a iudicibus de amoris praerogativa diremtum fervent, et morae impatientes sunt, ut in rogum mariti insiliant.

23. *Hic genus -- nulla puella*) *Hoc genus* in Neapol. Borrich. Dresd. Heins. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. et meis. *Hinc genus* in vett. libris haberi testatur Passerat. *innupta puella* in meo sec. *puella est* in Regiis, Colbertt. aliisque codd. et prr. edd. Sed h. l. reponendum, *hic nulla pudica est*, et sic etiam suis ad me literis conj. Cannegieterus. Heius. conj. *Hic genus haud fidum nuptarum*, *haud ulla puella*, sed absque necessitate. An forte, *Hic genus invisum*, vel *infandum?* quia *fida Evadne* sequitur.

25. *Felix — pacata iuventus*) optime Gulielm. Quaest. Plautin. pag. 239 legebat, *pagana iuventus*, et optimi aevi Latinitate *pagana iuventus* pro rustica dicitur, ut ap. Cic. pro domo c. 28. Burm. Sed lectio *pacata* bene se habet, vid. not. K.

27. *Illis — ramo)* *Illis munus erat* in unius Colbert. marg. Fruterii cod. Vatic. quinto, Askew. Borrich. Mentel. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. pr. Dorv. et meo. Haec lectio nata est ex vs. seq. *Et dare* etc. *Illis munus decussa* in meo altero, omisso *erat*. *munus erant* in Colotiano, Neapol. Palatino Gebhardi, Livineii cod. pr. et sec. Vatic. Voss. quarto, et sec. Dorv. et in aliis ap. Lat. Latinium. Heinsius conj. *Illis poma* (vel *dona*) *suo decussa Cydonia ramo*; *poma* up. in munus, et canistra rubis plena dare. Sed idem Heins. in notis ad Ovid. Met. I, 105 affert: *Illis pompa fuit d. C. r. Et de puniceis* etc. In codd. Regg. Colbert. al. primis edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci, utraque Aldi, Iunt. Colin. Rovill. Gryph. Mureti Aldina, Scalig. aliisque legitur, *Illis pompa fuit*, quod et affert Bapt. Pius

ad Lucret. V, 963, et hoc recepit Broukhus. (et Burm.) *discussa Cydonia* in Neapol.

28. *Et dare -- rubis) rubris* vitiose in Voss. pr. et tert. Dorv. utroque et Askew. *rosis* in antiquis edd. legi testatur Spanhem. de V. et P. Numism. tom. I, pag. 323, idque praeferre videtur, quia *rosae* saepe *puniceae* vocantur. Sed vellem istas antiquas edd. indicasset. Nam in omnibus unanimi consensu *rubis* inveni.

29. *nunc mixta -- vimineos -- calathos*) *mista* in aliis codd. ut edidit Broukhus. sed quae posterioris aevi scriptura est; inde in nonnullis codd. *musta*, ut in Heins. Groning. et meo priore, idque ex Commelini libro arripit Gebhardus, et explicat, recentia nondum vieta et marcida, male, *mixta violis lilia* intellige. Pro *virgineos calathos* optime emendarunt Fruterius, Palmerius in Spicileg. pag. 807; Heins. Advers. I, 9; et ad Ovid. Fast. IV, 435; et in notis Prop. pag. 727. *vimineos calathos* et sic edendum censui; certam hanc emendationem facit imitatio auctoris Copae vs. 16, tom. I Anthol. Lat. pag. 714: *Et quae virgineo libata Achelois ab amne Lilia vimineis attulit in calathis*. Vid. et quae notavi ad Lotich. IV, 3, 43, pag. 263. *virgatos* igitur *calathos* licet in aliis codd. legi, et a Catullo sic etiam dictos, notet Passerat., non facile admiserim.

32. *Aut -- versicoloris avem*) In Regiis et pr. Colbert. *pluricoloris*, quod et in vet. cod. Perreii, et priscis edd. *viricoloris* in Neapol. altero Colbert. Voss. quarto et Askew. *varicoloris* in Mentel. Groning. Heinsian. pr. Leid. Voss. et meo priore; unde *raricoloris* conj. Heinsius. Sed *versicoloris* unice vera scriptura est. Vid. el. 7, 50. *diversicolor* merito improbatur. Plura de hac voce notavi ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 38 (ubi inter alia monuit Burm. hanc vocem exemplo vetusti auctoris probari non posse. K.) et vid. Heins. ad Ovid. Met. XI, 610. *raram avem* in aliis legi testatur Lat. Latinius; quod Santenius *pulchram* exponit. *variam* praefero.

35. *Hinulei -- amantes*) In Regg. et uno Colbert. *Atque hinyli pellis* vel *hynuli*, ut in prr. edd. *Atque hinuli*

Mentel. duo Leidd. pr. et tert. Voss. Dorv. sec. et meus. *hinuli* vel *hinnuli* in aliis. *Atque hinnulis* Askew. *Atque humili* in Neap. Borrich. Dresd. altero Colbert. Dorv. pr. et meo priore. *Atque humilis* Voss. quart. Palat. et Commel. Gebbardi, Heinsian. Groning. et in aliis ap. Lat. Latinium. *Atque inuli pellis* affert Nestor in Vocabul. pag. 95, et pag. 143 b. *Atque* delevit Scalig. et emendavit *Hinulei pellis*. Sed *hinnulei pellis*, quia *Hinnulus* ex Grammaticorum placitis est, veram scripturam notat Rhodius ad Scribon. Larg. pag. 44. -- Pro *totos* Heins. conj. *positos* i. e. iacentes. Sed *totos amantes* forte dixerit Prop. ut II, 15, 28: *Masculus et totum femina coniugium*. Et singulari usu saepius a nostro hanc vocem adhiberi, sed ab aliis non raro mutatam docuit Hemsterhus. ad II, 16, 49.

36. *Altaque -- toro) Multaque* Vatic. quint. Heinsius conj. *Altaque nativos praebuit herba toros*, ex Ovid. Heroidd. V, 14. *Mixtaque cum foliis praebuit herba torum*, sed iisdem verbis utrumque loqui non opus est; et *creverat* satis defenditur ab addita voce *Alta*.

37. *Pinus -- umbras*) Ovid. Rem. Am. 85. *Quae praebet latas arbor spatiantibus umbras*. Corrupte *occurrens lentus* in Voss. quarto. *lentas* in vet. Perreii, Mentel. Borrich. Groning. Neapol. Vatic. pr. et sec. Heins. Voss. et meis, et ed. Volsci. (Livineius explicat: sub quibus amatores lenti desident. K.) *lenta umbra* Dorv. sec. *laetas* in Regg. Colbertt. Dresd. Puccii cod. quem Perreius contulit, et prr. edd. Venetis et Reg. Lep. et sic Dousa P. et Guyetus. *laeta circumdabat umbra* Heinsius. Sed *laetas* in Beroald. Aldd. Iunt. Colinaei, Gryphii, aliisque, ut etiam in ed. Graev. correxerat Markland. *Vndas* vitiose in Borrich.

38. *Nec -- videre deas*) Lipsio emendanti: *Et fuerat nudas paene videre deas*, recte non applaudit Broukhus. quamquam non reiiciat Dousa P. in notis ad Prop. pag. 137 seq. conferens cum Horat. Sat. I, 2, 101; sed qui locus valde differt.

39. *Corniger Idaei vacuam*) hanc restitutionem Anton. Volsco deberi notavit Broukhus. in codd. enim antea lege-

batur nullo sensu: *Corniger atque dei*, quod e nostris etiam habetur in Regg. Colbertt. Excerpt. Scalig. Neapol. Mentel. Heins. Dresd. Borrich. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. Dorv. pr. et meo utroque. *Cornigerique dei* in altero Dorvill. corruptissime in Askew. *congrunger atque dei. Cornigeri atque dei* Palmerius, Panem seu Faunum intelligens. Heins. sine idonea ratione conj. *Corniger atque sui vacuam*, et vs. seq. pro *ipse* conj. *sponte*, sed *ipse*, quia caper dux gregis.

42. *Praebebant -- focis*) *versis focis* e Scaligero edidit Broukhus. et *verrere focum* ad religionem pertinere dicit. Sed quia hoc nonnihil dubii facit, an *versis* a *verrendo* vel *vertendo* sit, eo sensu *tersis* quoque legi posset. Certe Palmerii *tescis focis*, pro incultis, vel Passeratii *vescis focis* scil. exiguis, vel *vestris iocis*, pro vestris ludicris, merito reiicit, ut fecerat Gebhardus. *ustis* Guyetus. In omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. antiquis antea legebatur, *vestris focis*, ut agrestes alloquatur. *nostris* in Heins. et Borrich. Dein Scaliger ex suo cod. *verba secunda*, in cuius tamen Excerptis pro varia lectione *serena*: sed *vestris verba benigna focis* in Regg. Colbertt. Mentel. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, et priscis edd. Markland. coniecerat *vela benigna*, ut ap. Ovid. Fast. III, 790. *Et de ingenio vela secunda meo*, sed dein reiecit, et *vota secunda* potius legendum credebat, ex Ovid. Fast. IV, 745 sqq. ubi pastor ad deam Palem vota suscipiens inducitur. Heins. not. ad Prop. pag. 728 conj. *Si dederant festis turba benigna focis*. Burm. Astio Obss. in Prop. *versis* in hoc sententiarum nexu languere videtur, legit: *Praebebant visi verba secunda focis*, ut sensus sit: ipsi dii in sacris sibi offerendis praesentes vota atque preces prosperabant faustaque reddebant. Iacobsius in ep. ad Astium conj. *Parebant festis, turba benigna, socis* i. e. apparebant. Festo enim die illucescente, deos, priscorum hominum simplicitate gaudentes, festum sua praesentia condecorasse. *benigna* Broukhusio glossema videbatur. Kuin.

43 -- 46. *Et leporem, -- calamo praemia* etc.) Versum

Ita, ut exhibui, interpunxi, qui in omnibus antea edd. prava distinctione *Et leporem quicumque venis venaberis*, laborabat; unde *venis venaberis* offendebat Heinsium, cui *venaberis* sequente *quaeris* corruptum videbatur, ideoque coniiciebat, *quicumque venis venarier*, infinitivo ap. nostrum non insolito el. 6, 39. In codd. *veneraberis* corrupte, ut in tert. Voss. Askew. meoque sec. *quicumque veneraberis* omisso *venis* in pr. Leid. Venationem vero et aucupium hic intelligi, manifestum est. Altero vs. *si* deerat in Mentel. *Et qui forte* correxerat Heins. male, quum Propertio *si forte* frequens sit, ad imitationem Gr. εἰ τύχῃ, aliis; *si fors tulit.* Vid. Muretus Var. Lect. XVI, 9. Pro *avem* male *ovem* in quint. Vatic. Dein *parva* pro *Pana* corrupte in Mentel. Harlei. Musaei Britan. pr. Leid. Voss. tert. *Sive petes* in Neap. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis codd. ac prr. edd. *potes* Borrich. et Askew. in quo etiam *canes*. Heins. male conj. *Et tibi Pana deum comitem per rura vocato*, vel, *comitem me iure vocato*. Sed hi quatuor versus aliunde divulsi et transponendi esse videntur lib. IV el. 2 post vs. 34 hoc ordine: *Faunus plumoso* etc. *Et leporem*, etc. *Et si forte* etc. *Et me Pana* etc. *Sive petas* etc. Burm. Hos versus cum antecedentibus non satis cohaerere, recte animadvertit Burm. neque tamen eum locum iis assigno, quo eos Burm. collocandos censuit, imo potius h. l. versus nonnullos excidisse, mihi cum Heinsio persuasissimum est. Kuin.

48. *Aurum -- colunt*) *vincta* ex suis codd. affert Mirandula in Viridar. Poët. fol. 184 b, quod in nullis meorum inveni. Post hunc vs. in aliquot codd. ut Dresd. al. et edd. quae Aldinas secutae sunt, insertum legitur distichon Ovidii Art. A. II, 277: *Aurea nunc vere sunt secula, plurimus auro Venit honos: auro conciliatur amor.* Sic in Mentel. pr. Leid. aliisque, et irrepsit in Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Scalig. Wechelianam aliasque. Sed absunt hi versus margini ab aliquo olim adscripti, a codd. Regg. Colbertt. Neapol. pr. et sec. Vatic. Borrich. Groning. codd. Livineii, prr. edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci, Beroald. Mureti, Ro-

vill. Canteri, et Dousarum. Broukhus. in notis: *a caeteris omnibus abest*, *neque comparet thiam*, est typi error, legendum: *neque comparet etiam* etc. Mox *venalia rura* in pr. Leid. et Voss. et *mos sine lege* in meo sec. sed *mox* in marg.

51. *Torrida -- Brennum*) *Horrida* cod. Fruterii Borrich. Heins. et meus pr. corrupte *Torrida sacril. testatur lumina rhenum* ap. Mirandulam l. c. fol. 181 b. *culmina* conj. Heins. ad oram ed. Ald. sed ex codd. *limina* praefert in notis Prop. pag. 728, et hanc emendationem Heins. *culmina* vel *limina* tuetur Patruus meus in Diss. de Iove Fulg. pag. 342, ut ipsum templi culmen vel limen fulmine percussum intelligatur, quod tamen vett. historiam hanc describentes non memorant. Markland. etiam *limina* correxerat. Ita certe in Neapol. Borrich. Groning. aliisque. *testatur lumina* in prr. cdd. *lumina* etiam in Dresd. pr. Dorv. et meo sec. idque probat Passerat. qui *torrida lumina* exponit genas exustas. Sed sive *horrida* sive *torrida* admittatur, legendum potius *fulmina*. Dein *Pythia templa* vel *tigna* conj. Heins. *Phitia* vitiose in meo priore, omnes tamen *Pythia* tuentur, licet Schrader. Emend. pag. 157 legendum censeat *ditia*, ob celebratos templi Delphici thesauros.

53. *At -- diras*) *diras* recte tuetur Broukhus. et ex libro Commelini praefert Gebhard. quod firmant cod. Perreii, Borrich. Mentel. Neap. Groning. Harlei. alii; male in aliis, ut Dresd., *duras*, quod Elect. Min. Etonens. editor pag. 124 grandinem et nivem concretam explicat, et sic Markland. *Aut mons* in Regg. Colbertt. pr. Voss. et priscis edd. *mox* in meo sec. *aurigero* Neapol. Borrich. Mentel. Dresd. Heins. pr. Leid. Voss. pr. et quart. uterque Dorv. et unus Colbert.

54. *Gallica -- nives*) In eod. Colb. *Callida Parnasi*, ut est ap. Octav. Mirandulam fol. 184 ed. Reg. Lep. et Volsci, quod inde venit, quia in aliis *Callica* scriptum fuit, ut excusum est in pr. Veneta 1475. *Parnasus* Neap. Vatic. quint. Mentel. Heins. Leid. pr. Groning. *Parnasi* Dorv. pr. *Parnassi* meus sec. Pro *ora* legitur *arma* in

duob. Leidd. tribus Voss. Askew. utroque Dorv. meo altero et ap. Mirandul. adeoque *Gallica* Brenni *arma* pro eius exercitu dicantur, sed *ora* praefert Broukhus. ex cod. Groning. probante Elector. Etonens. editore, quamvis dissentiente Marklando, qui codici suo adscripserat, *Gallica arma* significare armatos Gallos. *arva* male in Borrich. Burm. Broukhus. qui recte *ora* praefert, acrius, inquit, laborat, qui vultum, os, atque oculos, horrida nive converberatur, quam qui armis excipit. Laudat praeterea Sil. It. III, 523 seq. *Interdum adverso glomeratus turbine Corus In media ora nives fuscis agit horridus alis.* Caeterum aliis quoque in locis *ora* et *arma*, vid. I, 3, 16; Sil. IV, 166. *arma* et *arva* Virg. Aen. I, 550; III, 35 a librariis permutata sunt. Kuin.

55. *Te — auro*) *Et scelus*, inversis prioris voculae literis, in omnibus fere codd. Dresd. al. et edd. vetustis. In Palatino *E scelus*, unde Gebhard. *He* vel *Hei scelus*. Male. Burm. rectam scripturam *Te scelus* servat Ferrarii liber, et restituerat Puccius, sine dubio ex Bernardini Vallae antiquissimo codice. Santen. *in Addendis ad* IV, 11, 39.

56. *Nutrit in hospitio*) Heins. conj. *Nutrite hospitio.* Sed nihil muto. *Mitis in hospitio non P. tuo* Askew.

58. *Dilapsis*) *Dilapsus* in duob. Leidd. Voss. quarto, Dorv. sec. et meo.

59. *Proloquar -- vanus aruspex*) *verus aruspex* in Dresd. et uno Regio (quod Passerat. explicat, aruspex merus et mendax, ut aruspices omnes. Barthius ad h. l.: cui creditur, cum Cassandrae non fuisset creditum. K.) in altero *sis verus*. In Colbertt. etiam *verus*, sed in alterius marg. pro varia lectione *falsus*. *Verus* etiam in Borrich. Groning. Voss. pr. et quarto, priore Dorvill. et meo sec. et sic ap. Mirandulam in Viridar. Poët. fol. 184, et in prr. edd. sed contra mentem poëtae. *Vanus aruspex* recte in cod. Perreii, Colot. pr. sec. et quinto Vatic. et Mentel. ut ex suo cod. etiam legendum monet Heins. in notis Prop. pag. 728, quod merito a Broukh. praefertur, et sic Livineius.

61. *Certa — quondam*) *loquar* in Heinsiano. *Neque*

enim Ilia plurimorum codd. ut Dresd. al. auctoritate edidi, licet Broukhus. *enim* eiecerit, hiatu admisso. Clare enim in Voss. pr. et quarto aliisque, *neque enim*; quibus adstipulantur codd. in quibus *neque N. Ilia*, ut in Askew. et meo altero, vel, *neque n. Ilia* h. e. *enim*, ut in sec. Leid. tert. Voss. et meo priore. *nec n. Ilia* in altero Dorvill. *enim* vero hac nota *n*, in codd. plerumque exarari, unde saepe tamen vitiosae irrepseruut scripturae, monet Bentl. ad Horat. Sat. II, 3, 132.

62. *Maenas habenda*) *Phoebas* praecunte Passerat. cuius vetus liber habebat *Phoebus*, edidit Broukhus. licet *Maenas* in omnibus sit codd. et edd. vetustis, quod ideo revocavi in textum; et ita profert Guellius ad Virg. Aen. II, 246, et alia Graecorum auctorum loca producit ad vs. 343, in quibus Cassandram Βάκχην vocant. Sic Cassandra *Maenas* dicitur ap. Senec. Agam. 715. Ex illo autem Virg. loco *nec credita* hic legendum censuit Schrader. Emendat. pag. 159. Sed *Ilia* hinc eiici nolim.

63. *Sola -- componere) factum* Borrich. Voss. quartus, pr. Dorvill. *Phrygium factum* Leid. et Voss. pr. *dum ponere* vel *cum ponere* Heinsius.

64. *Fallacem — equum*) *sepe reduxit* in Askew. Heins. pro *serpere* conj. *surgere*, vel, *patriae irrepere*. Cogitaveram aliquando *scandere*, ut Virg. Aen. II, 237; sed nihil potius mutandum; *serpere*, ut ἕρπειν, pro ire.

66. *Experta -- deos*) *seros* pro *veros* edidit Broukhus. ex coniectura, quod Heinsio etiam placebat, et praeterea *Sed spreta est*. *Seros* nempe *deos* invenit irrita, seu non credita, Cassandrae vaticinatio. *veros* tamen tuentur omnes codd. et edd. prr. ac Volsci, in quibus *Experta veros* deficiente *est*, ut in quint. Vatic. sed in Aldd. caeterisque *Experta est veros*; itaque recepi. BURM. *Seros* improbatur quoque in Obss. Miscell. Vol. II, pag. 113. SANTEN. *in Addend.*

ELEGIA XIV

Inepte in nonnullis codd. ut in Regg. Colbert. et meo sec. primisque Venetis, Reg. Lep. et Volsci edd. *Ad Spartum*, vel *ad Sparthum*, ut in sec. Vatic. et Borrich. inscribitur haec el. ex primo versu *Multa tuae*, *Sparte*, tanquam vocandi casus a *Spartus* esset. Dresd. *Ad Spartanorum urbem*. Melius in Aldd. Iunt. Colinaei, Gryphii, aliisque, *ad Sparten de ludis Laconicis*. In pr. meo cod. titulus est: *de consuetudine Spartanorum*.

1. *Multa -- palaestrae*) *Vlta* in Mentel. et Voss. unde Heins. *Vncta*, sed litera uncialis omissa fuit, postea adpingenda, ut passim in codd. *Saepe tuae* in Heins. et meo priore. *Spartae* in Voss. pr. et utroque Dorvill. *mirabar* sec. Leid. Askew. et alter Dorvill. *miratae* Neapol. *mirantur* in Regg. Colbertt. et prr. edd. *mirari* vero hic usu eleganti notat spectare cum admiratione et quodam stupore, vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 456. (Markland. ad Stat. Sylv. pag. 187; Cuper. Obss. II, 1) Broukhus. e coniectura *miramur iure*, male, nam *iura* in omnibus codd. et edd. coll. vs. 33.

3. *Quod — ludos*) *laudes* olim legebatur in codd. et edd. vetustis, sed bene Aurati emendationem Cantero probatam, Nov. Lect. II, 14, et quam in sua edit. expressit Scaliger, amplexus est Broukhus. et merito Rob. Titium in Locis suis Controversis IV, 1 lectionem veterem pertinaciter tuentem, explosit. Et Scioppius Verisim. I, 14 recte monuit, locutionem *exercere laudes*, nunquam probari posse, esse Latinam. Veram lectionem *ludos* probat Ovidiana imitatio Heroidd. XVI, 150: *More tuae gentis nitida dum nuda palaestra Ludis*, *et es nudis femina mixta viris*.

5. *Quum — iactu)* *Non pila* in Heinsiano. *velocis iactus* in omnibus codd. Mentel. Regg. Colbertt. Heins. Neap. Borrich. Groning. pr. Leid. et quarto Voss. Dorvill. meo utroque, et edd. vetustis, nisi quod *veloces* in sec. Leid. tert. Voss. et Askew. Guyetus legebat: *Nec pila veloci fallit cum brachia iactu*, *Increpat aut versi* etc. *adversi* in

Heins. Askew. et meo priore. *veloci iactu* ex correctione Scalig. edidit Broukhus. *velocis iactus* praefert Passerat. et exponit de pila, quae velociter iacta inter manus effugit.

7. *Pulverulentaque — metas*) *sat femina* in Dorvill. pr. *dat* in ed. Beroaldi, male.

8. *pancratio*) in codd. Regg. pr. Veneta 1475, et Reg. Lep. ed. *Panerato*, quod quidem in Aldd. aliisque subsecutis edd. correctum, sed litera maiori *Pancratio* excusum, tanquam viri nomen proprium esset, idque fraudi fuit Perreio, qui margini ed. Ald. adscripserat pro lemmate *Pancratius* ridiculo errore.

9. *Nunc — loris*) *pendentia brachia* in Borrich. Heins. et meo pr. unde *splendentia*, oleo nempe, elicere liceret. *flaventia* conj. Dorvill. propius ad vulgatam accederet *candentia*, ut vidi quoque emendasse Gruterum Suspic. X, 7; in Miscell. Nov. Lips. Vol. III, P. 3, pag. 496, perpetuo fere brachiorum vel humerorum epitheto. Sed *gaudentia*, ut edidit Broukhus. suos quoque codd. et edd. vetustas habent; probarunt hoc quoque Patruus meus ad Valer. Fl. I, 109; et Struchtmeyer. Animadv. Crit. pag. 101. *caestum* in contextu dedi, quia vocem hanc cum diphthongo scribendam indicat Servius ad Virg. Aen. V, 69.

11. *Gyrum -- revincit*) *gyro pulsat equos* conj. Passerat. sed rectius se habet Latini Latinii varians lectio: *Circum pulsat equis*, atque ita Schrader. Emend. pag. 159, per *circum* intelligens hippodromum. *revinxit* male in Mentel.

12. *Virgineumque -- caput*) *praetegit* ex Livineii cod. edidit Broukhus. quum in omnibus codd. et edd. prr. constanter legatur *protegit*, nisi quod *praetegit* etiam in solo Voss. quarto. Veterem scripturam repudiandam non arbitror. (Recte; neque adeo in contextu a Burmanno *praetegit* exhibendum erat. Saepius enim praepositiones *prae* et *pro* in verbis compositis a librariis permutatae sunt. Sic *praeruptum* et *proruptum* ap. Virg. Aen. I, 246. *praeludere* et *proludere* infra IV, 4, 19. *praevectus* et *provectus* Sil. It. IX, 572 etc. Kuin.) Pro *aere* nescio unde in ed.

Dousarum irrepsit *ore*, nisi typi vitium sit; quod in nulla alia ed. inveni.

13. *Et modo -- longa canes*) hoc distichon sequenti postponitur in plerisque codd. et edd. primis, caeterisque ante Scaligerianam. Sed praecedere debere in suae ed. marg. monuit Canterus. Certe *Taygeti* mentio et Spartanas puellas, earumque venatum spectat, non ad Amazonas. Est enim *Taygetus* Laconices mons. *Sectatur* (i. e. praecurrentes sequitur) procul dubio corruptum est, legendum *hortatur*, ut ap. Ovid. Heroidd. IV, 42, et ita Schraderus Emend. c. 8, pag. 160. *hortamur* enim canes, ut feras insectentur, sed *sectamur* feras, ut praeda nobis fiant. *Sectantur* cod. Dresd.

16. *Thermodonteis -- agris*) inveterato errore in multis codd. et edd. vetustis *Thermodoontiacis*, ut in Voss. pr. et quart. Dorvill. pr. et meo sec. aliisque, et omnibus fere excusis. *Thermodontiacis* rectius in Heinsiano. Sed *Thermodoonteis* in prr. edd. quod accedit ad veram lectionem *Thermodonteis*, quae in cod. Dresd. extat, et sic Muretus ed. 1558 in erratis legi iubet, et Rovill. 1559. hanc lectionem praefero ex Mentel. Leid. pr. Groning. et Palatino Gebhardi, qui recte monuit, *Thermodon* dici, producta secunda, non vero *Thermodoon*, quia Graecis Θερμώδων· vid. Voss. de Arte Gram. II, 33, pag. 300; Guellius ad Virg. Aen. XI, 659; Ciofan. ad Ovid. Met. IX, 188, cuius codex apud nostrum etiam exhibet *Thermodonteis*. -- Pro *turma*, ut corrigendum iam recte monuit Gulielmius Quaestion. Plautin. pag. 240, male in plerisque codd. et edd. vetustis *turba*, frequenti errore, vid. Heins. ad Ovid. Art. A. III, 2. (add. Drakenb. ad Sil. V, 277; XII, 185; XIV, 209. K.) *turba vagantur* in meo sec. Sed in hac comparatione Spartanarum virginum per iuga Taygeti, et Amazonum turmae ad fluvium Thermodonta venantium, non immerito Heinsium offendisse videtur *turma lavatur aquis* et ideo emendandum censebat, *vagatur agris* vel *equis*. Prius omnino probandum.

17, 18. *Qualis -- arenis*) Pro *arenis* in vet. cod. Perreii, Colotiano, pr. et sec. Vatic. utroque Vossii *ad undas*,

quod admitti posset. Inepte *Athenis* in meo sec. *henis* in Heins. et meo priore. *habenis* in Regg. Colbertt. Mentel. Borrich. Neapol. Groning. Dresd. duob. Leidd. et utroque Dorv. quod librariis debetur *harenis* scribentibus. (Barbaris enim saeculis adspirationem saepius vocabulis adiecerunt indocti librarii. Vid. Cannegieter. ad Avian. Praef. pag. 9; Oudend. ad Lucan. I, 506; II, 362. Sic h. l. ex *harenis* ortae sunt lectiones *habenis*, et *henis*. Kvin.) *habenis* etiam legitur in prr. edd. Venetis, Reg. Lep. et Beroald. idque Passerat. referendum putabat ad lora pugilum et equorum habenas. Sed *arenis* emendandum iam recte notavit Volscus. Neque male hic conj. Francius: *Qualis in Eurotae -- arenis*, vel *ad arenas* -- Bvrm. Altero vs. *hic* ad remotius, *ille* ad propius refertur, ut apud Liv. 30, 30: *Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria. Haec in tua, illa in deorum manu est.* Alia exempla collegerunt Burm. ad Ovid. Met. III, 205; Gronov. Obss. III, 16; Cortius ad Plin. ep. I, 20, 22; interpp. ad Val. Max. II, 7, 12. Kvin.

19. *Inter quos -- arma papillis*) *Helena* Mentel. et pr. Leid. ut *Circa*, *Penelopa* et sim. *capillis* male in uno Colbert. Mentel. Leid. pr. et eodem G. Vlamingii. *armata capillis* in meo sec.

20. *erubuisse deos*) *fratres duos* legebat Fruterius; forte cogitans Homeri αὐτοκασιγνήτω Il. γ', 237 *gemellos fratres*. Sed *fratres deos* agnoscunt omnes codd. et vetustae edd. et optime stabilivit Broukhus. Bvrm. Castor et Pollux κατ' ἐξοχὴν dicebantur *dii fratres*. Vid. Sueton. Calig. c. 22; Pedo Albinov. Consol. ad Liv. vs. 290. Brovkhvs.

22. *ad latus esse suae*) *sui* Dresd. *ad latus isse* legendum cum Heinsio. Bvrm. Cuius emendationis necessitatem non perspicio, et recte Burm. vulgatam lectionem in contextu retinuit. Kvin.

23. *Nec -- puellae*) *Non timor* Mentel. et unus Colbert. *ulla clausae* in meo priore. Broukhusius sibi vix apparere notans, quo referatur *timor*, conj. *Nec timor est ulli clausae*. Sed non opus est.

25. *Nullo praemisso — loquaris*) Male et contra omnes libros scriptos et editos Fruterius emendabat *promisso*. Neque probo Heinsii coniecturam, quam marg. ed. Ald. adleverat, *Nulli impermissum: de rebus.* Optime Passerat. intelligit de famulo, adventus tui nuntio, qui de aditu sciscitetur; quo refer illud Theophrasti Charact. pag. 66: καὶ προαποστέλλειν δὲ, ἐπὰν πορεύηται, τὸν ἐροῦντα, ὅτι ἔρχεται. Vbi vid. Casaub. pag. 120. *de rebus tute loquaris* in duob. Leidd. *tutae*. forte librarius *tuta* voluerit, ut est in Palatino Gebhardi, qui id perperam amplexus est.

27. *Non Tyriae*) *Nec Tyriae* in Voss. quart. Borrich. Groning. Heins. Askew. et meo priore.

28. *Est neque -- comae*) *Sed neque odoratae* Heins. *Ast neque* in illius cod. et meo priore: *adoratae* in Voss. quart. *adhortatae* vel *adoratae* in Excerpt. Scalig. *adoratae domi* placebat Markland. *odoratae domi* est quidem in Groning. binis Leidd. tribus Voss. Askew. duobus Dorv. et meis. *odoratae domus* in Vatic. sec. quod intelligi posset, ut illud Plauti *aedes olent arabice* i. e. Arabum unguentis; et haec lectio probatur a Gulielmio Quaest. Plautin. pag. 240. *adornatae domi* in quint. Vatic. sed *odoratae comae*, ut in Regiis, caeterisque codd. praeferendum cum Cantero, Heinsio, Broukhus. aliisque. Male igitur Passerat. ex vitiosa cod. *odiratae* scriptura divinabat *obiratae*, nempe puellae, propter cuius iram domi molesta sibi cura sit.

29. *At -- turba*) *Vt nostra* in pr. Dorv. *Et nostra* in Heins. et meo pr. *ingenii* corrupte in Neap. Deinde pro *angusta via*, Heinsius conj. *angustae serae*, quod ab hoc loco alienum puto. *dignum* pro *digitum* vitiose in Mentel. et pr. Leid.

31. *Nec quae -- rogandi*) *sit facies* Leid. sec. Voss. tert. et meus pr. *Nec quae sint partes* Heinsius. Sed praefero alteram eius emendationem · *Nec qui sint aditus*, quod praecedentibus magis accommodatum est. Gebhardus ex Commelini libro affert: *Nec quae sint faciles*, quod favet coniecturae Patrui mei ad Nemesian. Cyneg. 94, pag. 370: *Nec quae sit facilis*, *nec quae sit acerba roganti*, vel, *nec*

quae det verba roganti. In Dorv. sec. *rogando*, et ita in marg. libri sui conj. Markland. illa locutione, ut adscripserat, qua *solvendo non esse* dicitur; quod minus placet. Pro *caecum* eorrupte in Regiis codd. et prr. edd. *tecum*, et corruptius *orator* pro *amator* in Groning. Burm. Waardenburgius in Obss. in Prop. Burmanno patruo adstipulatur, qui *roganti* coniecerat. Legit: *Nec quae sint facies, nec quae sint verba roganti*, hoc sensu, nescias, quonam oris habitu aut quibus tandem verbis puellam roges i. e. ad amores pellicias. *Facies* autem Propertium dixisse, notat, numero plurali ad vultus corporisque species varias, quas aliquis blandiendi causa induat, indicandas. Ita *in omnes se vertere facies*, Gr. παντοῖον γίνεσθαι, et de illis, qui in angustias adducti, ut sese expediant, nullis non utuntur artificiis. Vid. Virg. Aen. XII, 891. Kuin.

33. *Quodsi -- Laconum*) *foves* Neapol. *pugnas imitata* in Mentel. Borrich. Voss. pr. et meo. *inimica* in Voss. pr. et quarto, Borrich. *leonum* inepte in Neapol.

ELEGIA XV

Ad Cynthiam de Lycinna praefigitur in Regg. Colbertt. Borrich. meo sec. aliisque codd. et edd. vetustis. *Ad Cynthiam excusatio Lycinnae* in meo priore.

1. *Sic -- tumultus*) *Hic ego* Neapol. *Hic ego non ullos* Dresd. *non nullos* in Borrich. Voss. tert. et quart. meis duobus et prr. edd. *iam nolim multos* Groning. et alter Dorv. a manu sec. *iam nullos olim* Askew. *iam nullos norim hoc in amore* in sec. Leid. Broukhusius legebat: *Sic ego iam nolim nullos.* Altero vs. *Haec veniat* pr. Leid. *Hic veniat* pr. Dorv.

3. *Vt mihi -- amictu*) Scaligero adhaerens Broukhus. *exvelatus* edidit, de lectionis varietate nihil notans, nulloque scriptoris vet. exemplo prolato, ubi *exvelatus* reperiatur. In Regg. et Colbertt. *Vt mihi praetexta pudor est velatus amicus*, sed in altero cod. margini alia man. adscripsit: *Vt*

mihi praetextae pudor est velatus amictu. Corrupte in Borrich. *Vt mihi praetexta pudorem velatus amicus.* in Neapol. *praetexti pudor est velatus amictus.* In pr. Leid. Voss. pr. et quart. et meo utroque, *praetextae.* In duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meo sec. *pudor est velatus.* Omittitur *pudor* in meo priore, in quo legitur, *praetexta vellatus amictus*, et sic fere in Heins. *amicus* in pr. et sec. Leid. tribus Voss. et pr. Dorvill. *amictus* in meo et Dorvill. sec. *est velatus* etiam in Askew. *Vt mihi praetexta pudor est velatus amicus* in Mentel. Dresd. et prr. edd. *est velatus amictus* in Commelin. Gebhardi, qui *est spoliatus* in aliis esse testatur. In Palatino autem *est sublatus.* Plerique ergo conspirant in *est velatus*, hos igitur in textu secutus sum. In Aldd. quoque, Iuntina, Colinaei, Gryphii aliisque: *Vt mihi praetextae pudor e. v. amictu.* Guyeto legendum videbatur: *pudor est elatus*, ut mox *sepelivit* vs. 9 sic *extinctus pudor* Virg. Aen. IV, 322. Sed blanditur valde Heinsii coniectura, quam ed. Ald. adleverat: *Vt m. praetexto p. e. ablatus amictu.* BVRM. Vulgaris lectio: *Vt m. p. p. est velatus amictu*, frigidum sensum parit. Satis contorte eam explicant: posteaquam pudor puerilis, quem habui in toga praetexta, obrutus a me amictu, adeoque neglectus et abiectus fuit. Sed *velatus*, quum sequatur *amictu*, glossema sapit. Recepi ergo emendationem Guyeti *elatus amictu.* Vid. notas. KVIN.

4. *Et -- iter*) *Vt data* vet. cod. Perreii. Ianus Dousa P. ad marg. ed. Rovill. adscripserat: » Ego punctum istud post *iter* inducendum, et priori disticho appingendum puto, duo enim haec disticha inter se cohaereant necesse est. «

5, 6. *Illa -- datis*) *rudes annos* Fruterius. *cognita* pro *conscia* malebat Schrader. Emend. c. 8, pag. 362. Pro *datis* in Voss. tert. et Harleiano *malis*, unde forsan *dolis* posset corrigi, sed *datis* pro muneribus recte exponunt Passerat. et Broukhus.

7. *Tertius haud multo — annus*) *aut multo* Leid. sec. Voss. pr. et tert. Askew. Dorv. uterque, et in prr. edd. ac codd. Colbert. nisi quod *haud* in alterius margine. *cum*

multo vitiose in Borrich. et meo pr. *dicitur* male in Mentel. Voss. pr. et quarto, meoque priore, in quo et eodem quart. Voss. mox *vobis verba*. Heins. autem *verba fuisse* correxerat, ut innuat, se iam tres annos Cynthiae addictum, ne locutum quidem esse cum Lycinna. Vs. 9. *aut femina* Dresd.

10. *Vlla — meo*) *illa dedit* in Borrich. et meo pr. in quo etiam *verba* pro *vincula*, ut et in Heinsiano, quod ex praecedenti disticho male repetitum.

11, 12. *At tu non -- pedem*) Verbis: *Testis erit Dirce* etc. (quae in codd. et edd. omnibus, etiam Burm. verba vs. 10, *Vlla dedit collo* etc. excipiunt. K.) nova in meo sec. cod. incipit elegia sub titulo: *fabula Antiopae*, ut in codd. Colbertt. (et Dresd. cum inscript. *Fabula Antiopes ad Cynthiam*) eademque his versibus praefigitur epigraphe in Harleiano Musaei Britannici, in quo legitur, *historia Antiopes*. Guyeto hic aliquid deesse videbatur, et Broukhus. in pr. edit. inter versus *Vlla dedit* etc. et *Testis erit Dirce* etc. vacuum reliquit spatium, atque in notis suspicatur, desiderari hic aliquot disticha, licet in codd. ut etiam in meis, omnia uno tenore continuata habeantur. At non opus erit iacturam aliquot distichorum hic statuere, sed duorum tantum versuum, qui circa finem huius elegiae occurrunt, transpositione, haec ita connectere: *Vlla dedit* etc. *At tu non meritam* etc. *Nescit vestra ruens* etc. *Testis erit Dirce* etc. idque firmat similis plane locus infra el. 19, 3 sqq. *Vos ubi contemti* etc. *Nescitis* etc. *Testis* etc. Illic autem amoto disticho nullus sententiae erit hiatus, sed omnia bene cohaerebunt. Eadem transpositio Vulpio quoque in mentem venit. Et hanc transpositionem adeo certam opinor, ut eam fere in contextum admisissem, quod toties a Scaligero factum, ne admonito quidem lectore. Pro *parcas* in altero Regio *procax*. Pro *ira* male in Neapol. *ire*. Pro *ruens* Heins. conj. *furens*, sed *ruens ira* est, quae omnem vim suam exercet.

13. *Testis -- saeva*) *Testis eris Dirce*, seu *Dircae*, tertio casu, affert Beroald. ut Cynthiam testem Dircae futuram dicat de veritate eius auctoritatis in Antiopen, sed

in omnibus tamen codd. *Testis erit Dirce* legi subiungit. In prr. edd. corrupte, *Testis erit durae*, forte pro *Dircae*, et in pr. Leid. et Voss. *laevae. scaeva* in meo priore. *crimine serva* in Excerptis Modii.

14. *Nycteos -- Lyco*) vitiose *Dycteos* in Neap. et *aut iopen* in pr. Leid. *accubuisse Iovi* in Vatic. quint. Leid. sec. Voss. tert. et Askew. quod in suis etiam invenit et probavit Beroald. ut respexerit ad Antiopes et Iovis amores. Sed referendum potius ad vindictam Dirces, quae Antiopen cum viro suo Lyco clandestinum commercium habere suspicata, atrociter in eam saevüt.

15. *Ah -- capillos*) totum hoc distichon omissum est in edit. Graevii nomen prae se ferente. Primus cod. Reg. ex duobus unum facit distichon: *Ah quoties pulchros* etc. *Et caput indura* etc. Pro *ussit* in sec. Leid. Askew. et unus Colbert. marg. *traxit*, ut in sec. Ald. Gryphii et Wechel. ed. sed *ussit* legitur in Groning. Dresd. pr. Vatic. Neap. sec. Palat. et Commelin. Gebhardi, ed. Venet. 1475, Reg. Lep. pr. Ald. Iunt. Colin. Rovill. Canteri, aliisque, et huic lectioni favent codd. in quibus *iussit*, ut Regius alter, Voss. quart. Heinsianus, unus Gebhardi Palatin. meus pr. et ed. Vicent. 1481, et Volsci. Heins. conj. *carpsit*, *secuit*, *vellit*, vel *vulsit*. Rob. Titius quoque conj. *vulsit*. Burm. Sed quomodocumque illud *ussit* interpreteris; interpretatio valde contorta, et frigida sententia prodibit. Vulpius, qui tamen lectionem *traxit* praefert, Dirce, inquit, miseram Antiopen potuit in solario, vel aprica planitie ardentibus solis radiis exponere, ut capilli eius exurerentur, hoc ergo esset, *ussit regina capillos!* Nec commode potest candens ferrum, quaestionum cruciatusque instrumentum, intelligi, ut ap. Tibull. I, 9, 21: *Vre meum potius flamma caput*, ubi vid. Heyne, sic enim *capilli* h. l. positi essent pro capite, et in vs. posteriori minus dictum esset quam in priori. Passeratius exponit: saeviit in pellicem etiam flammis, capillos urendo, laudat el. 8, 7: *Tu minitare oculos subiecta exurere flamma*, qui tamen locus interpretationem propositam parum iuvare videtur. Itaque recipiendum putavi *vulsit*, quum hanc

emendationem prava codd. scriptura *iussit* et glossema *traxit* confirmeut, quum, ea admissa, commodissimus prodeat sensus, nec quicquam supersit quod lectorem detinere possit. Facit praeterea quoque ad hanc lectionem commendandam locus Ovidii Heroidd. III, 77 seq. *Exagitet ne me tantum tua, deprecor, uxor, Quae mihi nescio quo non erit aequa modo. Neve meos coram scindi patiare capillos* etc. Kuin.

16. *Molliaque -- manus)* immittens in Neap. Borrich. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. utroque Dorvill. meo priore, et Palatinis Gebhardi. *finxit* in Commel. Groning. et Dorvill. sec.

17. *famulam -- iniquis*) *impensis* male in Mentel. pr. Leid. et meo sec. quod ex ultima praecedentis vocis litera *m* profluxit.

19. *Saepe -- tenebris*) Heins. conj. *latebris* ad marg. ed. Ald. vel *cavernis* in not. ad Prop. pag. 730. Idem *cubitare* pro *habitare* correxerat.

21. *Iupiter -- catena manus*) corrupte *securus* in Borrich. Heins. et meo priore. *amanti* in Excerptis Scaligeri. Heins. locum sic constituebat: -- *succurris egenti? Corrumpit teneras dura catena manus.* Nimia certe emendandi libertate. *corrupit* in Askew.

23. *Si deus es -- puellam?*) *si deus est* in cod. Fruter. pr. Dorvill. meo utroque, et prr. edd. *tibi* deest in Voss. pr. *turpe tibi* Askew. *ibi turpe* Voss. tert. *servare puellam* ex Borrich. Groning. et Commeliniano Gebhardi edidit Broukhus. probante patruo meo ad Val. Fl. VII, 387, ubi pro *viro servire precanti* praefert *virum servare precantem*, dubitatque, an *servire alicui*, pro consulere alicuius vitae ac saluti, satis Latinum sit, quod notat etiam Cellar. in Anti-Barb. pag. 215; quamquam tamen *servire alterius commodis* dixerit Terent. Hecyr. III, 5, 45, et in Prolog. Heaut. vs. 50. Hoc tamen in loco amplector potius aliorum codd. et edd. vett. lectionem, *meam servire puellam*, sine interrogationis nota. Ita enim in duob. Leidd. Voss. pr. et tert. meoque sec. prr. Venetis, Reg. Lep. Volsci, Beroald. Mureti, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Rovill.

reliquis, et hoc praeferebat Valcken. ad Eurip. Fragm. Antiop. pag. 65. ea autem lectione probata *servire* simpl. capiendum, pro captivam, vinculis addictam (nam *vincta* sequitur) et Dirces ancillam quasillariam esse, quod certe Iovi turpe erat, si Antiopae a se amatae non succurreret.

24. *Invocet — Iovem*) *advocet* in sec. Dorv. *invocat* in pr. *victa* in Neap. Regg. Borrich. Groning. pr. et quart. Voss. uno Leid. utroque Dorv. meo sec. et prr. edd. *vincta* in meo priore. *vita* in Leid. pr. et Mentel.

27. *Inde — in arces*) *Vnde* in Borrich. *tumido pede* sec. Dorv. sed *timido* satis vindicant seq. *sonitu permota* et *Credebat dominae pone venire pedes.*

28. *Nox -- gelu*) *parso* in Groning. ut in Posthiano, qui idem est cod., invenit Palmerius, unde ille *passo* legebat, absurda coniectura.

29. *Saepe vago -- venire pedes*) *vaga* Dresd. *Esopi* vel *Aesopi* librariorum incuria est in Neapol. Borrich. Askew. pr. Leid. Voss. et Dorv. *pene venire pedes* in Heins. et meo utroque.

31. *Et -- mollem*) *Heu durum* Guyetus. *Nec durum* Heinsius, quod contra auctoris et fabulae mentem est. Nam revera *durum* seu *trucem*, ut vocat Senec. Herc. Fur. 916, Zetbum experta est Antiope cum pastore, a quo educata erat, ad eum se conferens, sed a stabulis eius abacta, quia matrem esse non agnoscebat. *durum lethum* corrupte in pr. Voss. *Zetem* in vet. cod. Perreii, et sec. Vatic. *et* deest Dorv. sec. *at lacrymis* Markland. *lacrymans* Guyetus.

32. *Experta est stabulis*) *tabulis*, ex concursu literarum *st* in praeced. vocula *est*, male in Neapol. Dresd. Borrich. Groning. Askew. Voss. pr. et quarto, priore Dorv. meo utroque et prr. edd. et sic in Colbertt. sed in alterius marg. *stabulis*.

33. *Ac veluti* etc.) quatuor qui nunc sequuntur vs. *Ac veluti magnos* etc. usque ad vs. 36 *Sic cadit inflexo* etc. sine idoneo cum caeteris conuexu. Melius cohaerebunt omnia, si eos in hunc ordinem redigamus: vs. 29 *Saepe vago Asopi* etc. *Credebat dominae* etc. *Ac veluti, magnos*

-- *lapsa puella genu.* Sed hic excidisse opinor versus nonnullos, quibus poëta descripserit, quomodo duos filios peperit Antiope, in silva expositos, sed a pastore inventos et nutritos, ad quos postea se conferens Antiope, ab iis non agnita, sed repulsa fuit; quod suadet copula frequentium: *Et durum Zethem* etc. *Experta est stabulis* etc. *Sera tamen pictas* etc. Pro *motus* legitur *fluctus* in Vatic. quint. Borrich. Groning. Askew. Voss. tert. et Dorv. sec. in quo etiam *componunt aequora fluctus.* Etiam in Dresd. *componunt.*

35. *Litore si -- arenae*) *sic tacito* in Regg. Borrich. Groning. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et vetustis edd. tanquam ad *veluti* vs. 33 referendum esset. *sit* Mentel. *si tacito* correxit Scalig. quod est in Groning. *quum tacito* in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. *cum* in Colot. tert. et quart. Vatic. *Litore sedato* conj. Heins.

36. *Sic — genu*) *Hic cadit* in Heins. et meo priore. *Si* in meo altero. *lassa* in Groning. Voss. tert. et quarto Commelin. et meo primo. *Vt cadit inflexo laxa* Askew. ut in Palatino Gebhardi. Pro *inflexo* Dresd. *infelix.*

37. *Sera tamen -- error*) *Vera* Borrich. *Sola tamen p. natis* et Askew. *et* etiam in Dorv. sec. ut Guyetus et Heinsius. *cognitus ordo* in Groning. Leid. sec. Voss. tert. et meo sec. sed *error* in utriusque marg. *ordo* probatur a Gebhardo. Sed alterum recte tuetur Broukhus. *senes* in Heins. et meo priore.

39. *Tu reddis -- Vinxerunt*) *pueros matri* Leid. sec. Voss. quart. Askew. Dorv. uterque et superscript. in Voss. tert. *puerisque trahendam* Voss. quart. *Vexerunt* in uno Regio, Neap. et prr. edd.

42. *in -- locis*) *incultis mortem obitura locis*, Heinsius, quem vide etiam Advers. pag. 92. Male.

43. *Prata -- victorque canebat*) *Parca* in pr. Voss. Heinsiano, et meo priore. *Parca cruentatur* vitiose in Mentel. primo Leid. et Borrich. *cruentatur* etiam in Voss. quarto, pr. Dorv. et meo. *Parta* in Regg. Colbertt. utroque

Dorv. et meo sec. *Parta cruentabat Zetus* in quint. Vatic. *porta* Voss. quart. *laeti* corrupte in pr. et quart. Voss. Livineius aliter distinguens legebat: *Prata cruentantur, Zethi victorque canebat* etc. Beroald. *Zetho* pro a Zetho. Passerat. *Zethi prata* exponit, in quibus armenta sua pascere solebat ad montem Cithaeronem. Bvrm. Guyetus malebat etiam *Zetho*, pro quo Schrader. Emend. pag. 163 scribi volebat *late*. Eldikius autem *laetum victorque canebat Paeana* ex Virg. Aen. VI, 657. Santen. *in Addend.* Heynius ad Virg. Ecl. II, 23 laudatis Probi verbis: *Amphionem et Zethum Euripides, Iovis ex Antiopa Nyctei filia natos, ait cantando potuisse armenta vocare*, his ipsis verbis firmari ait lectionem cod. *Prata cruentantur: Zethus victorque canebat P.* et recte monet, *Prata Zethi* frigere; durum esse *Prata cruentantur Zetho*, et quae alii coniectant *P. c. late*, vel quae coniectari possint, v. c. *laetus victorque* c. lubrica esse. Kvin.

45. *fabula — aures*) *concinet* Voss. quart. *conciet* in meo sec. *iras* conj. Markland. ut Virg. Aen. II, 591. *tantus dolor excitat iras.* sed retineo vulgatam, non tantum quia *ira* in praeced. vs. sed quia eam etiam omnes codd. firmant, nisi quod *artes* in pr. Leid.

46. *Te -- amem*) *Solam et se lignis funeris ustus* Guyetus malebat, sed non opus est.

ELEGIA XVI

2. *Tibure -- mora*) *Tibure me nulla iussit* ex binis suis codd. edidit Broukhus. quod a Mentel. Heins. Dresd. et meo pr. firmatur, sed in reliquis omnibus codd. et edd. vetustis *missa*, quibus etiam adstipulantur Leid. sec. tres Voss. Askew. uterque Dorv. et meus sec. *Nulla* etiam *mora* in locis Virg. Ovid. et Terent. quos Bronkh. affert, alio sensu dicitur. Sed *missa mora* hic dicitur pro omissa. Primo vs. Heins. conj. *en dominae.* Sed praeterea etiam forte leg. et distinguendum: *Nox media: en dominae mihi venit epistola nostrae Tibure, quae missa iussit adesse mora.*

4. *Et -- lacus)* *lympha* male in Groning. Askew. Dorv. sec. et reliquis codd. et edd. Aldd. Iunt. Mureti, Colin. Gryph. Scalig. aliisque; sed *nympha* in uno Regio, et altero Colbert. (nam primus hic desinit Colbertinus) et in prr. edd. Venetis, Reg. Lep. et Volsci, ut legendum, quia id figuratius ac poëtis magis usitatum, recte praetulit Broukh. Vid. Heins. ad Ovid. Heroidd. V, 31; Bentl. ad Horat. Od. III, 13, 15. Vitiose *amoena* pro *Aniena* in Groning. et corrupte in meo sec. *Cadunt in putulos.* Pro *lacus* praeferebat *specus* Heins. in notis Prop. pag. 730; sed et *lacus* bene se habet, ut intelligantur receptacula aquarum ad usum hominum et bestiarum, in quae nympha Aniena cadebat.

5. *Quid faciam -- Vt timeam)* *abductis* Mentel. et pr. Leid. *obiectis* Heinsius. *Et timeam* Guyetus. *Cum* vel *Qui timeam* Heins. vel *Nec.* forte legendum: *An timeam a. i. mea fata manus*, ut ap. Ovid. Am. I, 6, 9, qui haec ante oculos habuisse videtur: *Non timeo strictas in mea fata manus.* Illa enim ex hoc Propertii loco adumbrata esse ibi notavit Patruus meus, qui *Aut timeam* hic legit, et sic quoque in cod. Dresd. legitur. BVRM. Sed iisdem verbis utrumque locutum esse non opus est. K.

8. *saevior hoste)* *scaevior* in Heinsiano et meo priore.

9. *Peccarum — annum)* *Peccarim* Guyetus. *peccarem* in nonnullis edd. et *tum sum* in Askew. more scribendi *tūm* pro *totum. passus* in uno Reg. Mentel. et pr. Leid. *portus* Neap. Deinde *non habet ulla* male in meo sec.

12. *Scironis -- via)* *medias his licet ire vias* ex emendatione Heinsii edidit Broukhus. nam in plerisque antea codd. et edd. antiquis legebatur: *media si licet ire via*, et sic in Groning. duob. Leidd. Voss. tert. et meo sec. Sed *ire vias* aeque rectum ac *via*, vid. I, 1, 18. *media scilicet ire via* in Neapol. Askew. pr. et quart. Voss. et binis Dorv. *sic licet* in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. *sim licet ipse* in cod. Heins. qui ipse legebat: *media, si libet, ite via*, ut amatores alloquatur.

14. *Nemo -- esse volet)* *deo ut noceat* Borrich. Heins. Askew. Leid. sec. tres Voss. duo Dorv. et meus uterque.

deo Amori nempe, quod probatum fuit viris doctis. Amorem enim clypeum certum et inviolabilem statuebant, unde mox Amor faces in tenebris praebere dicitur. Vid. Dorv. ad Charit. pag. 89, et sic legebat Hadr. Relandus. Passim autem apud vett. contra deos arma ferre, iisque se opponere, nefas et ἀδύνατον occurrit, Tibull. I, 7, 30; Iustin. II, 12; sed h. l. vulgatam praeferre iubet verborum structura, *nemo adeo barbarus esse volet, ut noceat* np. amatori, iter facienti. *esse valet* in sec. Dorv.

15. *Luna ministrat equis*) sic ex uno cod. Regio edidit Broukhus. eadem etiam constructio in epigr. vet. Anthol. Lat. tom. II, lib. 3, epigr. 114: *cineri tura ministrat Amor.* Sed in caeteris omnibus codd. et edd. antiquis *Luna ministrat iter*, pari loquendi modo, ut IV, 6, 4: *Et Cyrenaeas urna ministret aquas.*

16. *Ipse — faces*) excutit in quinto Vatic. *perculit*, ut volebat Passerat. recte damnavit Broukhus. *percutit* in plurimis codd. et duobus Leidd. tribus Voss. Dresd. Askew. binis Dorv. et meis, cum primis caeterisque edd. priscis, quod *concutere* est Senecae Oedipo vs. 500: *Concutit taedas geminus Cupido*; et sic hoc in loco coniecerat Francius. Sed assentior etiam Heinsio *praecutit* legenti, quod et Guyetus volebat, et Markland. (Broukhus. et Vulp.). Sic *praelucere* pro faces praeferre, ut h. l. *praecutere*, ap. Stat. Sylv. I, 2, 89, *cui saepe natanti praeluxi.* Burm. Vera lectio *praecutit*, quod longe exquisitius verbum est quam *percutit.* Scilicet *per*, *prae*, *pro*, *praeter* plerumque litera *p* in codd. notari solebant, et quamvis signum adderetur, quo distingui facillime possent, saepe tamen errarunt librarii, vid. Virg. Aen. I, 721; II, 566; Burm. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 627; Drakenb. ad Sil. VI, 43; interpp. ad Iustin. XXVIII, 2, 5; Arntzen. ad Catonis Disticha pag. 146. Sic hoc quoque loco librariorum negligentia *praecutit* mutavit in *percutit.* Sed *praecutit ante* dictum est fere, ut Liv. XXI, 20. *ante praeoccupare.* ib. c. 32. *prius praecipere* etc. Kuin.

17. *Saeva -- hiantes*) *Scaeva* in Heins. et meo priore.

advertit Dorv. sec. *avertat* in meo altero, in quo *hiantis*, ut in Mentel. et pr. Dorvill. *eunti* conj. Markland.

18. *Huic -- tuta est*) *quo vis* disiuncta voce in meo sec. *cuivis* in Voss. tertio. Vitiose *data via est* in Borrich. Voss. pr. et quart. Heins. Askew. pr. Dorvill. et meo.

19. *Sanguine tam parvo*) *quid enim* Askew. Bvrm. Struchtmeyerus Obss. Crit. II, 10, pag. 156, *parvus sanguis* explicat *parva caedes*, ut *magnus sanguis* pro *magna caede* ap. Stat. Theb. VIII, 573. Vid. Dorvill. ad Charit. IV, 2; legere tamen mavult: *Sanguine tam pravo*, -- *exclusis it comes ipsa Venus*, ut sensus sit: quisnam improbus aut barbarus adeo sit, ut commaculet se tam pravo ac detestabili amantis caede, cui excluso Venus ipsa etiam it comes. Ingeniose, neque tamen, ut opinor, vere; vid. notas. Praeterea Struchtmeyerus hoc distichon post vs. 14 collocandum statuit, quum alioqui parum concinna sit oratio: *Nemo adeo* etc. *Sanguine tam pravo* etc. *Improbus?* etc. *Luna ministrat* etc. Kvin.

20. *Improbus -- fit comes*) *sit comes* in Mentel. pr. Leid. et meo a man. pr. *expulsis* etiam legi posset pro *exclusis*, sed vid. I, 5, 20. Bvrm. Boltius quoque in Silva Critica (Harlem. 1766) pag. 78 adstipulatur Struchtmeyero legenti: *it comes*, et plures poëtarum vett. locos affert, in quibus haec ipsa formula occurrit. Kvin.

21. *Quodsi -- casus*) *Quid si* malim cum Heinsio, ut saepe aliis in locis haec commutata sunt, vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 271. *vulnera casus* in cod. Reg. Pro *casus* Markland. conj. *cursus*, i. e. iter, indicato loco Cic. Leg. Manil. c. 12: *tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit.*

22. *Talis -- emenda mihi*) quum Heinsio aliisque praestiterit: *Tali mors pretio*, ut est in quint. Vatic. Leid. pr. et Aldina Mureti edit. et sic legebat Markland. et Valcken. ad Eurip. Hippol. pag. 214. *Tali mors spatio* Mentel. et prim. Leid.

23. *Adferet huc*) *hoc* in pr. Leid. et Voss. tert. a manu sec. *haec* legebat Guyetus ap. Cynthia. Totus hic vs. deest in Neapol.

25. *Di faciant -- frequenti)* mea *nec* Dresd. *nec terra* in Regg. Mentel. Borrich. Askew. duobus Leid. tribus Voss. utroque Dorv. meo priore et ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci. In caeteris *ne terra*.

29. *Aut -- arenae) humer ignotae cumulis Vallatus arenae* in vet. cod. Fruterii et Passeratii, sec. Leid. quint. Vatic. et Neapol. *humer* etiam in sec. Dorv. corrupte in meo altero cod. *Aut ignotae humor cumulis vallatus arenae*. In Dresd. *Aut humeri*. In Heins. et meo altero *humor*. *tumulus* in altero Regio, Mentel. Groning. Voss. tert. ut legebat Guyetus. *cumulus* Voss. quart. uterque Dorv. ut in prr. edd. Hinc non incommode recipi posset: *Aut humer ignotae cumulis vallatus arenae*. *tumuli* enim praeced. disticho. *cumulis arenae vallatus* pro cincto, ut optet sibi tenue monumentum arenarum suggestu in modum valli cinctum. *ignotae arenae*, ut ap. Virg. Aen. V, extr. *Nudus in ignota, Palinure, iacebis arena*. Vltimo vs. *Me iuvat* in meo sec. contra poëtae mentem. *Nomen habere* hic non est celebrari fama, sed nomen hic signif. epitaphium, sepulcri inscriptionem, ut II, 1, 72, et sic in libri sui ora Marklandus.

ELEGIA XVII

2. *Da -- pater)* *pacato* in plerisque codd. quibus accedunt Leid. sec. Voss. quart. Dresd. Dorv. sec. et meus uterque, et sic in edd. prr. easque secutis Aldd. Iunt. Colin. Gryphii aliisque, unde *pacatus* Heinsio placebat; eum vid. ad Ovid. Met. IV, 31. *bacchato* edidit Broukhus. ex suo cod. quod firmatur a Mentel. et pr. Leid. eoque spectat libri Groning. scriptura *baccato*, unde et ante Broukhus. *bacchato* emendavit Palmerius. vid. Schrader. Emend. c. 5, pag. 91. Sed quia forte *bacchato* hic ex praecedente *Bacche* suppositum fuit (propterea restitui *pacato* lectionem commodum sensum praebentem, K.), licet vox optima sit, non male etiam legi posset *lymphato*, eleganti et propria

voce de illis, qui alicuius numinis, Bacchi praesertim, oestro aguntur, vid. Cic. Div. I, 36; Catull. LXV, 154; Senec. Troad. 34.

3. *Tu -- fastus*) *componere curas* in Askew. *componere* etiam ex suis Palatinis et Commeliniano profert Gebhardus, et *fluctus* e suis Passerat. quod non displicebat Broukhusio. BVRM. Compara ep. LVII Anal. Brunck. tom. I, pag. 18; add. Ovid. Heroidd. XVI, 229. K.

5. *Per te — amantes*) *Certe iunguntur* in nonnullis codd. et meo priore, quae et aliis in locis commutantur, vid. Patrui mei notas ad Calpurn. Ecl. V, 10; sed hic elegantissimam repetitionem *per te* Propertio adimi nollem. Pro *amantes* Dresd. *amores*. Mox *Tu vinum* in Voss. et *delue* in Mentel. ac pr. Leid.

7 seq. *Te quoque -- Ariadna tuis*) *Teque horum non esse rudem* conj. Heinsius. Me offendunt in hac vulgata lectione, *testatur in astris*, et, *in coelum vecta*, quae bis idem dicunt, neque ad varietatem geminae praepositionis amovendam sufficit, si ex codd. reponamus *ad coelum*, ut est in Regg. Colbertt. Mentel. Neapol. Groning. Askew. Heins. pr. Leid. Voss. pr. et quart. utroque Dorv. Dresd. meis et priscis edd. Dudum est, quod in notis ad Lotich. pag. 667 coniecerim legendum: *Te quoque enim non esse rudem testatur amoris Lyncibus in coelum v. A. t.* ut ap. Avien. Arateis vs. 197: *Haec quondam Bacchi monumentum fulget amoris, Haec Ariadnei capitis testatur honorem. -- rudem amoris* dicit, ut aliis *rudis armorum*, *somni* etc. Vid. Heins. ad. Ovid. Met. VII, 213. Pro *Lyncibus* Heins. ad Ovid. Fast. III, 414 affert *Tigribus*, sic Art. A. I, 550; ubi Ovid. Ariadnam a Baccho tigribus in coelum avectam scribit. Sed sine cod. ullius consensu quid opus erit immutare, quum res eodem redeat, et *lynces* aeque aliis memorentur Bacchi currui adiunctae, quam tigres, Ovid. Met. XIII, 413. Pro *Ariadna* vitiose *Adriana* in Mentel. Neapol. pr. Leid. duob. Voss. uno Dorvill. et meo priore. Vs. 10 *aut tua* Dresd.

12. *Spesque -- meum*) *animo* in uno Colbert. pr. Leid.

Voss. pr. et quart. uno Dorvill. et meo utroque; sed *animum* in sec. Voss. et altero Dorv. in quo etiam *utrumque*. *Spesque timor qui animum versat uterque modo* in Reg. priore. *animo versat utroque modo* in prr. aliisque edd. antiquis, cod. Askew. et Dresd. ut afferunt etiam Octav. Mirandula in Viridar. Poët. et Eyb in Margarita Poëtic. c. 13. *utroque modo* est etiam in duob. Leidd. tribus Voss. pr. Dorv. et meo utroque. Heins. in marg. ed. Ald. in qua etiam *animo versat utroque modo*, conj. *animos*, ut in pr. Vatic. *animum versat utrinque meum* in vet. cod. Perreii, pr. sec. et quint. Vatic. *animum vexat utrinque meum* Groning. Vera procul dubio est lectio recepta: *animum versat utroque meum*, mutata a librariis, qui *utroque* poni simpl. pro *utrinque*, vel ab utraque parte, hinc illinc, ignorarent, nt ap. Ovid. Met. X, 376; Rem. Am. 543. *Versat*, non *vexat*, legendum, ut ap. Ovid. Heroidd. XII, 211: *qui nunc mea pectora versat.* -- Burm. Recte; sic et aliis in locis pluribus librariorum negligentia verba *versare* et *vexare* commutavit, vid. Barth. ad Stat. Theb. V, 612; Bentl. ad Horat. Sat. I, 7, 15; Burm. ad Ovid. Amor. II, 2, 29. Kuin.

14. *Arcessitus*) *Accersitus* inveterato plerumque in codd. errore, hic in omnibus fere codd. et edd. vetustis, sed *arcessitus* scribendum ubique esse, dudum a viris doctis monitum.

15. *Ipse seram -- colles*) *feram* male in Mentel. et Leid. pr. *peragamque* in cod. Leid. Mentel. et Groning. *pangamque ex ordine cultas* (np. *vites*) *Quas carpant* legebat Heins. Guyetus vero: *Ipse seram colles, pangamque e. o. vites. Quas c.* forte quia ap. Virg. Ecl. I, 74 *pone ordine vites.* Melius placet Patrui coniectura ad Calpurn. II, 49: *Pangamque ex ord. caules*, ut *coles* pro *caules* scriptum fuerit, et inde alii fecerint *colles*. Per *caules* vero intelligantur sarmenta vel palmites, quae semper ex ordine pangebantur, ut ex Rei Rusticae scriptoribus ibidem docet. *Quos capiant* in Askew. Sed *carpere* et *decerpere* in his propria. Caet. opinor Prop. ut Ovid. Fast. I, 357 hic in

animo habuisse illud Eveni distichon, quod legitur ap. Suet. Domit. c. 14: Κἄν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν etc. de quo praeter Politian. Miscell. c. 26 vid. Schottum ad Prov. Gr. pag. 369; Barth. Advers. XXXV, c. 17.

17. *Dummodo -- musto*) *Iam modo* vel *Demodo* correxisse Guyetum, testatur Heins. in notis Prop. pag. 731; sed quis ferat illud *Demodo* Propertio obtrudi. Ipse, ni fallor, praeferret *Da modo* i. e. fac modo; ut in illo Horat. Sat. I, 16, 61. *Tum modo* conj. Markland. sed *dummodo* retinendum, ut ostendunt exempla plura in notis Heins. ad Ovid. Am. II, 16, 20. Pro *spument* male *numerem* in Regg. et Palatinis Gebhardi, et huic lectioni favet compendiosa Neap. cod. scriptura, in quo *Num̄.* et aliorum *numen*, ut in Dresd. et Modii Excerptis. In Askew. *purpuree numeram.* In Venet. 1475, Reg. Lep. Volsci, pr. Ald. Iunt. Colin. etiam *numerem mihi*, et *Dum modo* separatis vocibus, ut in meo cod. sec. sed in Vicent. 1481, et Beroald. *spument mihi*, quod secutus Ald. in sec. ed. Gryphius, et alii. Neque facile elegans hoc verbum Propertio eripi vellem. *mea dolia* in vet. cod. Perreii.

18. *Et nova -- pedes*) *pressantis* in Neap. Mentel. Scalig. Excerptis, Voss. pr. Askew. meo sec. et prr. edd. ut et Volsci et Beroaldi. *presentis* vitiose in Groning. sed *pressanteis* vel *pressantes* in Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. et reliquis; quod poëticum magis.

19. *per -- vivam*) Franeius conj. *per te et tua munera vivam;* sed vulgatum vindicat Ovid. Fast. III, 499. Pro *vitae* in prr. edd. *in te.*

20. *Virtutisque -- ferar*) *feram* male in Heins. et *virentisque* corrupte in Voss. quart.

21. *Dicam -- partus*) *aetneo flumine* in meo sec. in altero cod. Reg. *aeterno*, ut in prr. aliisque edd. *atento* Dorv. pr. *Ethneo maternos* Askew. sed *Aetneo fulmine* in sec. et quint. Vatic. caeterisque codd. Bene Heins. legebat: *Aetnaeo a fulmine partus Indaque Nysaeis* etc. ut res diversae disiungantur. Burm.

23. *Vesanumque -- Lycurgum*) omnem de Lycurgo

fabulam copiose explicuit Meziriac ad Ovidii Heroidd. tom. I, pag. 164. Kvin.

24. *Pentheos -- greges) fulmina grata* Dorv. sec. quod repetitum ex praecedentibus *Aetnaeo fulmine*. *tracta* in aliis legi notat Passerat. sed ipse *rapta* conj. quod placebat etiam Guyeto. *carpta greges* vel *funera sparsa rogos* conj. Heins.

25, 26. *Curvaque -- desiluisse rate*) *in corpora* Dorv. sec. *In vada fluminaque* corrupte in Harleiano Musaei Britan. *desiliisse* in Neap. *dissiluisse* in Dresd. prr. et aliis vetustis edd. sed *desiluisse* est vera scriptura in hoc verbo. Vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 540. Markland. notaverat hanc verborum structuram esse: *Tyrrhenosque nautas*, factos *curva corpora delphinum*, *desiluisse pampinea rate*. Intricatior certe est verborum constructio per appositionem, *Tyrrhenos Delphinum corpora* explicat Passerat. An forte, *Tyrrhenos Delphinum corpora nactos*, non enim addi *nautas* necesse est, quod ex ipsa fabula satis notum.

27. *Et tibi -- flumine Naxon)* ita correxit Scaliger, reliquisque antiquis pro, *bene olentia flumina*, ut in prr. edd. legebatur, et sic in omnibus codd. meorum Excerptis, quibus accedunt uterque Regius, unus Colbert. duo Leidd. tres Voss. et uterque Dorv. cum meis. *Fusaque per mediam* Heins. quod displicet. Bvrm. Passeratius vulgarem lectionem explicat: Et dicam per mediam tuam Naxon bene olentia flumina. *Tibi*, inquit, vel iungi potest cum *Naxon*, pro tuam, vel cum *flumina*, pro tua. Durius; sequitur enim *tuum merum*. Existit omnino, hac Passerat. explicatione admissa, sententia ieiuna et frigida. Acquiescendum ergo in Scaligeri emendatione, quum e vulgari lectione commodus sensus extricari nequeat. Vid. notas. Kvin.

28. *Vnde -- merum*) *potat noxia turba* in Groning. *portat noxia* Askew. *potat maxima* in uno Regio. *noxia* etiam in Mentel. pr. Leid. sec. Dorv. et meo pr. sed *potant Naxia turba* in caeteris, ut iam in prr. easque secutis edd. legitur.

29, 30. *Candida -- Cinget*) *onerata* Dresd. Passerat. male *onerabo*, licet ita in quint. Vatic. forte quia praeces-

sit *Dicam*, et sequitur *Cinget*, *manabit*, *feries*. Neque valde arridet Marklandi *lascivis corymbis* pro *laxatis*, quia ap. Horat. Od. I, 36, 20 *lascivis hederis ambitiosior*. *lassatis* solita scripturae varietate in Excerptis Scalig. et Dorv. sec. *Cingit* in Mentel. Regg. Dresd. Voss. quarto, utroque Dorv. meis, aliisque codd. et edd. priscis. Burm. *mitra* muliebre capitis ornamentum, vid. Graev. Lectt. Hesiodd. c. 23. Bacchus vestitu muliebri ornatus et mitra redimitus repraesentabatur, vid. Lucian. tom. VII, pag. 304. K.

31. *Laevis -- olivo*) *Lenis* in Grouing. Dorv. sec. *Levis* vet. cod. Fruterii, meus sec. et alii cum vetustis edd. sed *Laevis* in Leid. pr. ut haec passim variantur, vid. Bentlei. ad Horat. A. P. 26. *Cuius odorato manebat cervix* Askew.

32. *Et -- pedes*) *udos* legebant Fruterius et Heius. *nitidos pedes* Passeratius, quod reiicit Broukhus. et haec intelligit de Baccho descendente de lacu, iniecta sic temere veste, ne frigus eum labore defessum ac sudantem laedat. Sed hic ad fabulam transit poëta, in qua nulla vindemiae ratio; describitque Bacchum, ut ad Ariadnen accesserit, cuius supra mentionem fecerat, vs. 8, utque ipse poëta vindemiator vs. 18 caneret omnia illa de Bacchi actis, hic memorata. *feries nudos pedes veste fluente* per hypallagen exponere necesse non est, pro feries vestem fluentem nudis pedibus. Nam similiter in loco Val. Fl. I, 385 *puniceo cui circumfusa cothurno Palla imos ferit alta pedes*; ubi vid. Patrui mei notas.

33. *tympana Thebae*) hoc versu *cymbala* potius revocanda videntur, ut el. seq. vs. 6; mox autem vs. 36 reponendum: *tympana rauca*, ut notavi ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 502. Sic enim Ovid. Fast. IV, 183 de Cybeles sacerdotibus: *Ibunt semimares et inania tympana tundent*, quae copiose illustravit Perizon. ad Aelian. Hist. Var. IX, 8, pag. 538 seq.

35. *Vertice -- Cybebe*) *currigero* corrupte in Voss. et *thurigero* in uno Colbert. Pro *iuxta* vitiose *iusta* in ed. Scalig.

36. *Tundet ad Idaeos*) ita verissime Scalig. restituit, quod confirmatur loco Ovid. laud. ad vs. 33, et *fundens* sequitur; et sic correxerat Fruterius pro *Fundet*, quod in multis codd. ut Dresd. al. etiam nostris et vetustissimis edd. unde *Fundat* male affert Valens Guellius ad Virg. Aen. IX, 112. Pro *choros* male in cod. Dorv. priore *thoros*.

37. *Ante -- auro*) *craterque* in Borrich. Heins. et meo priore. *cratere* Groning. *cratera* Vatic. quint. *craterae* Dorv. sec. Heinsius conj. *cratere antistes et auro* vel *aureo*, ut in Virg. loco Georg. II, 192: *pateris libamus et auro* pro, pateris aureis. Sed eodem fere redit vulgata *crater antistitis auro*, pro crater sacerdotis tui aureus, vel antistes ex cratere aureo *fundens* aut *fundet*, ut legi etiam posset, quia in hac sede pentametri etiam saepius apud alios producitur syllaba, sequenti litera vocali.

40. *ore tonat)* frequenti commutatione *sonat* in Mentel. Groning. Heinsiano, Voss. Askew. meo priore, Dorv. sec. a manu pr. sed in quo *tonat* superscr. ut iam in prr. caeterisque edd. vetustioribus.

41, 42. *Tu modo -- vince sopore caput*) *Tu mihi* Mentel.* et pr. Leid. *Tu quoque* Dorv. sec. *redde superbo* Dresd. Vltimo vs. *vincere caput sopore* Francius positum pro *vincire* adscripserat; idque etiam Passeratio, sed haesitanti, in mentem venerat. Sic quidem *vinctus* et *devinctus somno* passim occurrunt, vid. Heins. ad Ovid. Met. XI, 238; sed et *victi somno ocelli* Tibull. I, 2, 2; ubi male alii *vincta*. Perperam I. Dousa in marg. ed. Rovill. conj. *sapore* pro *sopore*, ut vinum intelligatur.

ELEGIA XVIII

In codd. huic elegiae praefigitur titulus: *Quod mors sit inevitabilis*, vel, *Mortem esse inevitabilem*, ut in Regg. Colbertino, Mentel. Borrich. meo utroque et vetustiss. edd. sed in vet. cod. Perreii, *Defletur mors Marcelli.*

1. *Clausus -- Averno*) *Clausus* legitur in Regg. uno

Colbert. duobb. Leidd. Voss. tert. Borrich. Groning. Dresd. pr. Dorv. meo utroque et prr. edd. *Lausus*, omissa litera initiali, Voss. pr. et Dorvill. sec. in Askew. *Lausus ab umbroso -- portus*. Guyetus tentaverat: *Clausus ad umbrosum qua ludit pontus Avernum*. Heinsius variis coniecturis locum sollicitavit, *Obvius umbroso*, *Haustus ab umbroso*, vel *Iulius umbr. qua ludit portus*, sed deinde nihil mutandum i. e. lectionem edd. veterum *Clausus* retinendam recte iudicavit. Nam *Plausus* ex ed. Scalig. dedit Broukhus. quod in Scalig. Excerptis, quarto Voss. et uno Gebhardi Palatino legitur. Itaque *Clausus* contextui restituendum iudicavi, quia Baiani portus vel Lucrini lacus hic est descriptio. Pro *ludit* in vet. cod. Perreii et sec. Vat. *lidit* pro *allidit*, ut in Vatic. pr. Auratus vero, Lambin. et Canter. ad Lycophr. vs. 694, et Nov. Lect. II, 14 legunt *qua alludit pontus Averno*, et sic excusum in ed. Dousarum Rapheleugiana. Sed eodem fere redit, an *ludit* vel *alludit* legatur.

2. *Fumida -- aquae*) Ita Scalig. probante Guyeto et Heinsio pro *Humida*, ut in plerisque codd. et vetustis edd. quibus accedunt duo Leidd. tres Voss. uterque Dorvill. et mei.

3. *Qua -- arena*) *Trous tubicen* Heinsius, vel potius *Euboïca arena* i. e. Cumano litore, Baiis vicino, vid. not. Prop. pag. 732.

5. *Hic -- urbes*) Pro *quaereret* Beroald. emendabat *conderet* i. e. aedificaret, quia Pompeios et Herculanium in Campania condidit. Hercules et ita in vet. cod. Perreii, Cotiano, pr. et sec. Vatic. legitur, sed recte id reiecerunt Scaliger. et Broukhus. et *quaerere* per acquirere interpretantur. *cum quateret urbes* vitiose in Harleiano. *dexter* in Colbert. Heinsius in ora ed. Ald. *verteret* conj. *Mortales urbes* tuentur Broukhus. et Vulp. sed vellem unum exemplum ex poëta vet. attulissent, apud quem *mortales urbes* dicantur. Passerat. et Guyet. *mortalis* legunt, et haec scriptura est in pr. et quint. Vatic. meo sec. et prr. edd. Simplicissima autem videtur Schraderi emendatio, qui legebat

mortali dextra, ut Virg. Aen. IX, 95; Prop. II, 32, 50. Heins. in notis Prop. pag. 733 existimabat olim forte exaratum fuisse, *Martalas dextro*, et propter elisionem tres excidisse literas, adeoque scribendum: *Hic ubi Marte Italas dextro cum quaereret urbes.*

9. *His -- undas*) N. Heins. ad oram ed. Ald. adscripserat aliquid deesse huic elegiae, quia Marcelli nomen nusquam exprimitur. Guyetus etiam ante hunc versum multa desiderari censebat, et hoc distichon habebat suspectum, improbante tamen Heinsio in notis pag. 733. *Bis pressus* in Mentel. pr. Vatic. Excerpt. Scalig. Borrich. Groning. Askew. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. et prr. edd. *Is pressus* in ed. Volsei, sed haec indicant literam initialem vel turbatam, vel omissam. *Hic pressus* Guyetus. Sed *His* aquis nempe Baianis, depressus ad undas Stygias vultum demisit, ut recte exponit Heins. *demisit* enim in quint. Vatic. Borrich. Groning. tribus Voss. Dorvill. utroque, meis et priscis edd. *demersit*, ut edidit Brouk. confirmatur a cod. Reg. et Dresd. Eadem variatio ap. Sil. V, 17, ubi *demersit* pro *demisit* Heins. Vide ibi Drakenb. et Oudendorp. ad Lucan. III, 41, qui *demersit* hoc in loco etiam probat. Vs. 10 *Nostro*, sed superscr. *vestro*, Dresd.

11. *Quid -- profuit illi*) *quid optima* in Askew. forte pro *quidve optima*, repetitione non invenusta. *profuit illa mater* in Neapol. a man. pr.

12. *amplexo -- focos*) *amplexum* in Regg. Colbertino, Borrich. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. Dresd. pr. Dorvill. et meo, ac vetustis edd. ut legitur etiam ap. Octav. Mirandul. in Viridar. Poët. fol. 18½ h. vitiose *amplexos cineres* pro *Caesaris* in Excerptis Scaligeri, unde ille *amplexo* correxit, quem secutus est Broukhus. et probavit N. Heins. ad Ovid. eleg. de Nuce vs. 107.

13. *Aut -- theatro*) *fluctuantia* in pr. Leid. Vers. seq. in ed. sub Graevii nomine excusa vitiose, *maternos manes.*

15. *Occidit -- annus*) *Vt misero* Heins. et mox *quam parvo*. Livinei. conj. *sat erat*. Male. Nam *steterat* annum aetatis vigesimum fuisse Marcello ultimum vitae terminum.

notat. Vid. quae de anno Marcelli fatali notavit Patruus meus ad Virg. Ecl. IV init.

17. *I nunc -- triumphos*) male *animo* in meo priore. *et centum finge triumphos* in Mentel. ut de Colbertino testatur Broukhus. sed *tecum* vindicat Heins. in notis pag. 733, et praefert Patruus meus ad Phaedr. II, 5, 25. *finge tumultum* perperam in quart. Voss.

18. *Stantiaque -- iuvent*) *stantia qui* cod. Reg. *impulsu* Voss. tert. *in plausu* duo Leidd. Mentel. et pr. Voss. alterum vindicat locus Phaedri V, 7, 28: *Laetare incolumis, Roma, salvo Principe, In plausus consurrectum est.* Pro *iuvent* Heins. conj. *move* vel *fove*; aut *in plausum suum* vel *tuum*. Sed nihil mutandum recte notat Broukhus. *tota te theatra* in Askew.

19, 20. *Attalicas -- usta dubis*) *Italicas* male in Dorvill. pr. *supra vestes* conj. Heinsius in ora ed. Ald. Deinde in pr. cod. Reg. *Gemmea sint nudis ignibus.* In altero: *Gemmae sint ludis ignibus. Semina sunt* in Excerpt. Scalig. et meo sec. unde *Segmina* Scaligerum adscripsisse notaverat Heins. *Geminea* vel *Gemina sint nudis* in prr. edd. *Gemmea sint: nudis ignibus* in Harlei. Musaei Britann. *nudis* etiam in Leid. sec. Voss. pr. et tert. Borrich. Heins. et meo priore. *laudis* Dorvill. sec. *usta* ex codd. praetuli, licet *ista* ediderit Broukhus. sed sequitur: *ista terenda via.*

21. *Sed tamen -- ordo*) *Et tamen* ap. Octav. Mirandulam. Heinsium offendisse videtur ellipsis *huc omnes*, nullo alio addito, ideoque conj. *Vadimus*, vel, *Tendimus huc omnes*, ut ap. Ovid. Met. X, 34. *hoc omnes* in duobus Regg. uno Colbert. Neapol. Groning. Leid. sec. Voss. pr. Askew. Dorv. pr. et meo sec. et prr. edd. *hic* Voss. tert. *huc* a manu sec. in meo priore. *hic primus et ultimus ordo* Voss. tert.

22. *Est mala -- via*) *terenda via est* in plerisque codd. quibus accedunt Askew. Leid. pr. Voss. pr. et quart. duo Dorv. et meus pr. ac vetustissimae edd. in quibus *Et mala. Tenenda* pro varia lect. in marg. mei sec. vera lectio: *Est mala, sed cunctis ista terenda via.*

24. *Scandenda -- senis*) *curvi* in vet. cod. Fruterii, et quarto Voss. unde Heins. *furvi.* in uno Colbert. et meo sec. *torti*. Neapol. *troci*, unde in marg. ed. Gryph. conj. Heins. *Et scandenda trucis.*

25. *Ille -- aere*) *tumidus* in Leid. sec. et marg. Voss. tertii. forte pro *timidus*. *tondat* vitiose in Leid. et Voss. pr. *ferro et aere* pro galea ferrea, ut *aes* pro casside, ut supra el. 14, 12. Seq. vs. Dousa *protrahet* affert, ut coniecerant etiam Livineius et Markland.

27. *Nirea -- Achillem*) vitiose *Ferrea non facies* in Heinsiano et meo pr. *Terea* in Borrich. *Nerea* in plerisque codd. Mentel. Neapol. Leid. pr. tribus Voss. utroque Dorv. Askew. Harleiano, meo sec. ut in prr. edd. et apud Octav. Mirandulam. Vid. Heins. ad Ovid. Art. A. II, 109. *non vix* corrupte in Mentel.

28. *Croesum -- opes*) Probanda est forte codicis Neapol. Regii et Voss. primi scriptura: *Croesum haud*, *Pactoli quas parit humor*, *opes*; ut affert etiam Octav. Mirandula, idque Guyeto et Heins. placebat, in cuius cod. non legebatur. Pro *parit* in uno Colbert. Leid. Dresd. et meo primo *premit*, quod etiam in marg. sec. mei cod. pro varia lectione habetur. In Askew. *qua fluit humor*, e glossa, ni fallor.

29, 30. *Sic olim -- alter amor*) *Hinc* in Leid. pr. et *Achilles* pro *Achivos*. Heins. conj. *Sic olim ignaros Orcus populavit Achivos.* Male. Scalig. *magno Atridae* coniunxisse, recte notavit Broukhus. In duobus Leidd. et meo priore hoc distichon desideratur, et inseritur in fine huius el. post vs. 28; sed recte et suo loco legitur lib. II, el. 8 post vs. 6: *Nec mea dicetur* etc. Burm. Scaligerum (quem secuti sunt Broukhus. et Burmannus) pro sua Propertii versus transponendi libidine, male hoc distichon loco movisse, et ad lib. II, el. 8 (ipsi septimam) retraxisse, quum tamen commode versum huius el. 28 *Croesum aut* etc. excipiat, recte ad h. l. notavit Vulpius. Vid. notas. Mitscherlich. Lect. in Propert. pag. 162, qui istam Scaligeri transpositionem quoque probavit, notat, a poëta exemplis illustrari sententiam hanc: *iras ob amicam ereptam esse gravissimas*,

indeque maxima exoriri mala; sententiarumque cohaerentiam ita esse constituendam. Sic Troianum bellum enatum propter abductam a Paride Helenam, sic *luctus*, moeror *Achillis* propter Briseida ab Agamemnone illi ereptam *populavit Achivos*, fecit, ut Achivorum copiae magna clade attererentur eo, quod ipse bello abstineret. Pro vulgari *ignaros Achivos* Mitscherlichius legendum censet: *Sic olim ingratos luctus populavit Achivos*. Docte, inquit, *Achivi ingrati* dicuntur, quum hoc epitheton in Agamemnonem tantum cadat, qui Achillem, Briseida sibi vindicando, praedae parte defraudabat. Sic Homerus eadem in re de Achivis universe loquitur, Il. ά, 509, ubi pariter Agamemnon solus est intelligendus. -- Seq. vs. pro *quum stetit* mallem: *qui stetit* etc. Kuin.

31, 32. *At tibi -- suae*) *At cito* conj. Guyetus, et *Hac animae*, sed ita praestaret: *At tu* etc. *Huc animae portes c. i. suae*, ut video Marklandum etiam coniecisse (et hanc emendationem, reliquis coniecturis ab antiqua scriptura nimium recedentibus, longe praeferendam in ordinem recepi, quum eam etiam cod. Reg. tueatur. K.). *Huc animae corpus portet* in cod. Regio. In meo priore legitur: *in anne* pro *in amne*. Sed hunc locum affectum egregie sanavit Heins. *Duc animae, Portlimeu, corpus inane suae*. Charon passim *navita Porthmeu* poëtis vocatur, ut in epigr. vet. ap. Fabrettum pag. 702: *Sat fuerat, Porthmeu, cymba vexisse maritam*, et in epitaphio Ariadnae, quod edidi tom. II Anthol. Lat. pag. 40: *Vexit aqua Portlimeus, terra hic habet cineres*. Ingeniosissima hac coniectura admissa, etiam corrigendum puto, *At tu*, pro *At tibi*. In uno Regio *retrahit umbras*. Vltimo versu *cessit ad astra* in Regio. Burm. *Navita Portlimeu* iuncta offendebant tamen Eldikium, qui legebat: *At stipe, nauta, pias hominum qui traiicis umbras, Huc animae portes corpus inane suae*. Nec praesidium Heinsianae emendationi existimabat esse in loco Petronii c. 121: -- *Vix navita Porthmeus Sufficiet simulacra virûm traducere cymba. Classe opus est*. quippe ubi unica *Porthmei* restituebat, ut fere ap. Albinov. ad Liv.

vs. 357. Santen. *in Addendis*. Passerat. Fruterius, alii, vulgarem lectionem *animae tuae portent* servantes, *animae* explicant: venti. Male. *animae corpus inane* Burmannus de Marcelli cadavere intelligit; Passeratius de vana corporis imagine, quorum posterior addit: Immo ipsa corpora inania re vera Charon vehebat apud Aegyptios ad sepulturam certum in locum, unde poëtae totam illam fabulam confinxerunt. Kuin.

ELEGIA XIX

3. *Vos -- pudoris) Vt semel impositi rupistis* affert Lips. ad Senec. de Benef. I, 10, nescio an ex vet. aliquo cod. vel potius memoriae vitio.

4. *Nescitis -- modum)* Pro *captae* Heins. conj. *castae* vel *cupidae*. male.

5. *Flamma -- aristas) sedetur* in plerisque codd. et edd. antiquis, quibus consentiunt duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. et mei, nec aliter ap. Octav. Mirandulam fol. 185. *sedatur* in Askew. ex Palatino tamen Gebhardi Broukhus. recepit *sedaret* pro *sedaretur*; cui sic etiam praeiverat Berneccerus in notis ad Iustin. XXXVI, 2. malim *sedarit*, pro cessaverit, ut conveniat cum proximo *sint*, licet hanc temporum mutationem satis frequentem poëtis esse notet Gebhardus.

7. *Et -- Malea suo) pontum* male in Mentel. Leid. sec. et tert. Voss. *scaeva* in meo priore.

9. *Quam — cursus) possint* in Heins. et meo priore. *nostros* male in Colbert. *reprendere* pr. Dorv. meus sec. ed. Beroald. Gryph. 1551, et Plantiniana Raphelengii, ut legendum putabat Livineius. *reprehendere* in Groning. prr. edd. Venet. Reg. Lep. Volsci, Aldd. Iunt. Colin. Gryphii 1573, Canteri et Rovill. male in quint. Vatic. *deprehendere*. ap. Octav. Mirandulam Viridar. Poët. pag. 185 *deprendere*. *reprimere* metro adversante in Heinsiano, meoque priore, nisi glossa sit.

10. *rabidae*) *rapidae* in omnibus fere codd. et edd. vetustis, sed *rabidae* in Dorv. altero a man. sec. ut correxerat Dousa, et legit quoque Broukhus.

12. *Induit -- bovis*) *abiegno bovi* in Regiis, Fruterii cod. Mentel. Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis, quod ineptum Livinei. pronuntiat. *abiegnae bovi* in prr. aliisque antiquis edd. et ap. Octav. Mirandulam.

14. *Quae -- deo*) *quae vovit* pro *voluit* conj. Heins. in ora ed. Ald. Pro *tota subire* Guyeto placebat *nupta* vel *nuda*, sine ulla necessitate.

15, 16. *Crimen et illa — Mirrha novae*) *Crimine* in Groning. *Crimen et illa fuit* in Leid. et Voss. pr. Pro *arboris in frondes condita* forte scriptum fuerit: *Arboris in troncos condita* i. e. *truncos*, non enim in frondes arboris, sed in eius corticem et truncum abdita fuit, vid. Ovid. Met. X, 491: *Porrigitur radix, longi firmamina trunci* etc. *Novem* pro *novae* vitiose in Neap.

17. *Nam quid — matris*) *Medeam* et vs. 19 *Clytemnestram* et vs. 21 *Teque o Minoa* legebat Guyetus, ut ad haec singula repetatur *referam*, male; nam ex praec. disticho *crimen* subintelligendum; et *Tuque* o *Minoa* scil. infamis, quod praecesserat. *matrem* male in Groning. et vs. 18 *ira* in Dorvill. pr.

22. *Tondens — coma*) *Condens* Borrich. *Tundens* in pr. Leid. an forte *prodens* vel *tradens*. (Recte hanc Burmanni coniecturam improbavit quoque Huschke in epist. critica ad Santenium, ubi et inter alia monuit, lectionem *tondens* stabiliri fragmento Callimachi ap. Suidam in Κρίκα· Πορφυρέην ἤμησε κρίκα· vid. Heyne ad Virg. Cir. Argum. Kvin.) Sed praestat forte, ut totus locus sic constituatur: -- *Scylla, figurae, Tondens purpuream, regna paterna, comam*, ut per appositionem *comam* Nisi *purpuream* vocet *regna paterna*, quia ab hoc fatali crine dependebat incolumitas regni et vitae Nisi. Et sic Markland. Burm. Vulgaris lectio bene se habet. Kvin.

24. *Nise — Amor*) *tuas arces* affert Octav. Mirandula,

pag. 185 sine dubio ex aliquo cod. vet. sed recte *portas* in omnibus codd. et edd. antiquis, quod firmat locus Ovid. Met. VIII, 41.

26. *Pendet -- rate*) *prendet* vitiose in pr. Voss. et Dorvill. In cod. Regio: *Pendet in erecta fracta puella rate.* In Askew. *tecta*, sed *pendet tracta* sanissima lectio est.

28. *Victor -- fuit*) Male in multis edd. vetustis distinguitur: *Victor erat*, *quamvis a.* etc. ut in Aldd. Iunt. Colin. Rovill. et Gryphii. Licet Minos Megaram et Nisum fraude Scyllae vicisset, aequus tamen in hoste fuit, punito virginis scelere.

ELEGIA XX

Nova hic elegia a praecedenti separata, sed cum sequenti connexa, habetur in plerisque codd. et edd. antiquis, cum inscriptione *de Contemtore* vel *Contemtione Amicae*, vel, *ad novam amicam*. Cod. Dresd. *Ad Gallam Leliam.* Broukhus. ex his quinque distichis: *Credis eum iam posse -- Fidus ergo: in nostros curre, puella, sinus*, quae in sola Scaligeri edit. adhaerent antecedenti, unum dedit Elegidion, maioris carminis fragmentum esse existimans, licet antea coniecisset, non incommode ea refici posse in finem lib. II, el. 20 (16 ed. Broukhus.). Mihi ex omnium fere codd. et edd. vett. auctoritate his decem versibus non absurde adiungi posse sequentem elegiam, verisimilius videtur.

4. *Tantine -- fuit*) *Tantine in lucris* ex emendatione Gronovii Obss. III, 17 edidit Broukhus. quam memorare, et non contextui inserere praestitisset, sed potius veterem codd. et edd. lectionem exhibere, in quibus fere omnibus: *Tantisne in lacrymis*, quod revocandum censui. *Lucro* enim vs. antecedente, et hic *in lucris*, sine ulla repetitionis virtute aut venustate et ingrato sono recurrunt; et verba: *qui lucro potuit m. puellam* iam satis manifestant, rivalem istum lucrum amori praetulisse, quia forte nactus erat provinciam Africam, aut munus in ea luculentum, et flentem

deseruisse Cynthiam. Fruterius *Tantine* vel *Tantisne illecebris* divinaverat. Valens Guellius ad Virg. Aen. IV, 413 putat, Propertium respicere hoc vs. ad historiam Aeneae, quem nec lacrymis nec precibus Dido, eiusque soror Anna, aut tota Carthago, a navigatione dimovere potuerunt; eo igitur modo hic rivalem poëta in odium inducit puellae, quae nullis lacrymis a profectione eum avocare potuerit, eumque discedentem largiore fletu prosecuta fuerit, quam Dido et tota Africa Aeneam; quo sensu vet. lectio *Tantisne in lacrymis* omnino admittenda esset. Simile quid protulerat Andr. Schottus Obss. II, 26; sed a Gronov. operose explosus, probante tamen eius correctionem *Tantine*, ut interrogantis sermo sit. Broukhus. legebat: *Tantine, ut lacrymes, Africa tota fuit?* et sic ad marg. libri sui conj. Markland. et ita emendasse Heinsium testatur Patruus meus ad Ovid. Heroidd. I, 4: id profecto longe melius, quam altera eius coniectura, *Tantine in gazis*, proposita in notis Prop. post Adversaria pag. 735. Sed Perizon. ad Sanctii Minerv. IV, pag. 572 seq. *in lacrymis* tuetur, et exponit per ellipsin participii *ens* ante praepositionem *in*; *cum tu in lacrymis esses* propter amatoris abitum. Sic fere Apuleius Met. II, pag. 126 *quidam maestus in lacrymis*, et in vet. Inscript. ap. Fabrettum pag. 235: *Me relinquens in lacrymis.* Nihilo minus tamen Marklandus in notis ad Statii Sylv. pag. 269 Broukhusii emendationem utroque pollice laudavit, et probavit. Donec igitur alii hunc locum felicius curent, illa ipsa Broukhusii emendatio praeferenda videtur, praesertim quia haec ipsa formula *Tanti est*, vel *Non est tanti* Propertio, velut proverbii vicem obtinens, valde amata est. conf. inprimis III, 12, 3; I, 6, 13, 8, 5. *non tanti* in hac locutione cum Gr. οὐ λύει, vel οὐ λυσιτελεῖ confert Valck. ad Eurip. Hippol. pag. 213. Burm. Ovid. Heroidd. I, 4: *Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit.* Astius in Obss. in Prop. corrigit: *Tantine (ah lacrymes!) Africa tota fuit?* ut sensus sit: An tanti erant vel totius Africae reditus, ut puellam desereres? ah! poenam dabis! in rem malam abeas, quod tam durus esse poteras. *Lacrymare* sic usurpatur, ut

Gr. οἰμώζειν, κλαίειν, quo utebantur Graeci, si cui malum imprecabantur, vid. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mortuor. IX, 3; sic *plorare*, *flere*, vid. Lambin. ad Horat. Epod. V, 74. Kvin.

5. *At -- verba*) Pro *tu* in pr. Leid. *ubi*, an forte librarius voluit *tibi?*

6. *Forsitan -- terit*) Heins. conj. *Forsitan ille alio tractus amore perit.* Non probo. In Mentel. Neapol. Dresd. Borrich. duobus Leidd. pr. et tert. Voss. pr. Dorvill. meo et prr. edd. *terat.* in Voss. quarto *teret.*

7. *Est tibi -- artes*) *Est ubi* in pr. Leid. *Ast tibi* Neapol.

9, 10. *Fortunata -- sinus*) *Fidus ego* Heins. malebat, et sic Markland. qui praeterea in notis ad Statii Sylv. pag. 308 legebat: *Fortunata nimis -- Fidus ego.* Sed *domus* bene se habet, ni fallor, quia avi Hostii mentio praecesserat. *sinus* recte praetulerunt VV. DD. in cod. Heinsiano, Borrich. et meo priore, *thoros* male in reliquis codd. quibus consentiunt duo Leidd. duo Dorvill. Askew. et meus sec. cum priscis edd.

11. *Tu -- spatiosius*) Mentel. *Tu quoque per. spatiosus* in Regio, pr. Dorvill. meo utroque et prr. edd.

13. *Nox mihi prima* etc.) Superiori annectitur in omnibus fere codd. et edd. priscis, quibus consentiunt codd. Regg. Mentel. Askew. Groning. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorvill. et mei, in quibus vs. 11, 12 sequentibus *Nox mihi* etc. *Longius* etc. postponuntur; et vs. 17, 18 *Haec amor* etc. *Testes* etc. praeponuntur vs. 19, 20 *Quam multae* etc. *Dulcia* etc. ut nonnullos etiam in huius eleg. initio versus aliter ordinat Lips. Antiq. Lect. V, 20. Heinsius vero huius carminis initium ita legendum conieccerat: *Nox mihi prima veni! primae rata tempora noctis. Longius in primos, Luna, morare toros.* Vel *in primo polo* aut *choro. Primae date tempora noctis* in Neapol. Excerpt. Scalig. Askew. Heinsian. Voss. pr. et tert. utroque Dorv. et meis.

15. *Foedera -- iura*) *condenda* Heins. conj. forte, quia *ponere foedera* ipsi videbatur locutio rarior. An *ponere*

foedera dicit ut *ponere iura* supra el. 9, 24? Praeferrem tamen *pangenda*. Pro *signandaque* Bentlei. affert *signataque* ad Lucan. III, 302.

16. *lex — novo)* *nova* in Dorv. sec. et Groning. *Est scribenda mihi* Francius. Mox pro *constringet* Dresd. *constringit*.

18. *Testes — corona deae)* in Codd. pluribus et edd. vett. legitur: *Testis sidereae torta corona deae*, sed recte *Testes -- tota* repositum est, et ex suo cod. *tota* praetulit Passerat. probante Guyeto. *torta* etiam male in Askew. *Testis* Dresd. Male Heins. ad Ovid. Fast. I, 287, et ad Val. Fl. I, 46 reponendum censebat: *siderei chori*, sed Lunae siderum Reginae astra, velut ignes minores, innui, quae currum eius comitantur et cingunt, satis patet ex Theocrit. Id. II extr. et Petron. c. 100, ubi *Luna innumerabilibus sideribus comitata* occurrit. Markland. codici suo adscripserat: » forte legendum: *Testis sid. tota corona deae. Corona* prop. significat multitudinem, quae circumstat et cingit aliquem. Catull. LIV. *Risi nescio quem modo in corona*. add. Virg. Aen. IX, 508; Ovid. Fast. III, 449. « *Constringet* in Askew. Groning. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. Heins. et meo priore. *confringit* Borrich. *constringet* Livineius.

19. *Quam — horae)* *Quum te ante meis cedant* Mentel. *Quam ante cedent* in pr. Leid. *cedens* Dorv. pr. *cedent* in Regio, Neapol. Borrich. Groning. Heins. binis Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meo priore, et prr. edd. quod adiuvat coniecturam Heinsii, *meis se dent sermonibus horae*. dein *alma Venus* male in uno Colbert. Regio et meo sec.

23. *Et quibus — libido)* *At quibus* in Heinsiano et meo priore. *nox vincla* in uno Regio, in altero *nox vincla cupido*, quod ultimum non displicet, si *mox* legatur; licet *nox* in omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. vetustis, nisi quod *mox* in Colotiano, pr. et quinto Vatic. Cupidini enim levitatem illam saepe tribuunt poëtae, ut amantium vincula constringat, et mox ea iterum solvat.

24. *Contineant nobis)* *contineant* corruptum arbitror;

forte legendum *continuent*, i. e. stabilem perpetuamque firment. Claudian. de Laud. Stilic. lib. I init. *Continuant Superi pleno Romana favore Gaudia.* Pro *omina* in multis codd. et plerisque edd. antiquis *omnia*, sed *omina* in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. et Heins. ut ubique fere haec variantur. *Omina* vero hic emendandum iam monuit Canter. Nov. Lect. I, 8, et Guellius ad Virg. Aen. I, 350.

25. *Ergo -- aras)* *tactas* ex cod. Passerat. praetulit Broukhus. pro *pactas*, ut legitur in omnibus codd. etiam Dresd. et edd. priscis, quibus adstipulantur duo Leidd. tres Voss. Askew. duo Dorv. et meus uterque. In iisdem scriptis omnibus, excepto uno Voss. quarto, etiam *in foedera*, quod non mutandum fuisse in *foedere*, ut edidit Broukhus. et in prr. edd. legitur, monet Oudendorp. ad Lucan. II, 151; in Aldd. vero, Iunt. Colin. Gryph. caeterisque *in foedera* excusum est. Pro *ruperit* Heins. conj. *luserit* vel *riserit*. Sed forte locus ita constituendus: *Ergo qui tactis haec foedera ruperit aris*, qui ruperit haec foedera, postquam aris tactis sancita sunt. Vel *pia foedera* cum Eldikio. Favet huic coniecturae locus Virg. Aen. XII, 200 sqq. *Toro tuo* pro *novo toro* in Voss. tertio.

29. *Nec — fenestrae)* *patefactas nocte fenestrae* in Groning.

ELEGIA XXI

1. *Magnum -- Athenas)* *Nunc iter* in Heins. et meo priore. *Proficisci iter* Passerat. dictum putat, ut *ire viam*, sed simile locutionis huius exemplum desidero. Distingue: *Magnum iter. ad* etc.

3. *Crescit -- puellae)* Leg. forte *puellam*, spectando nempe. Altero vs. malim pro *ipse* legere: *Inde alimenta* etc. nam *me premit ipse* vel *ille* mox sequitur. Burm. recte, et hanc emendationem, *inde*, ipsa orationis series commendat, et epigr. vet. in Charites Anthol. Lat. tom. I, pag.

54 a Burm. laudat. *Inde alitur nudus placida sub matre Cupido, Inde voluptates, inde alimenta dei.* Kuin.

5. *Omnia — mihi*) *tentanda* in quinto Vatic. *tentata modis* in Heins. et meo pr. unde Francius: *omnia sunt tentata, modo quocumque* etc. sed proba est recepta lectio. Heins. conj. *fugare possint*, in not. Prop. pag. 735. Dresd. *figura* pro *fugari*.

6. *at — deus*) *et ex* in Vatic. quint. Groning. Leid. sec. Voss. quart. duobus Dorv. Askew. et meo sec. *ac ex* cod. Reg. hoc est *at*, ut in caeteris codd. et edd. priscis. Heins. in notis Prop. conj. *ast omni me premit igne deus*, idem ad oram ed. Ald. conj. *at en*, vel *ecce*, *omni me premit igne*, vel denique, *at exsomnem me premit usque deus*, pro *insomnem*. Pro *ille* in Excerptis Scalig. *arte. ipse Deus* in omnibus fere codd. et edd. antiquis, sed recte *ille* ex aliis correctum, et sic emendaverat etiam Markland. vel *usque*.

7. *Vix tamen -- negavit*) *admittat* in Colbertino. *saepe negarit* in Neapol. Heins. Leid. sec. tribus Voss. pr. Dorv. et meo. *rogarit* in altero Dorv. et *rogarim* pro varia lect. superscriptum. Scaliger conj. *Vix ea me aut semel admittit.* Sed mollior est *Heinsii* coniectura: *Vix tandem aut semel adm.*

8. *Seu venit -- toro*) *seu veni*, ut de se loquatur poëta, quod melius convenit τῷ *admittit*, recte malebat Koppiers. Obss. Philol. pag. 147. *solvit* pro *dormit* in Borrich. Heins. et meo priore. *dormit amica* in Regg. Colbert. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. Dresd. et meis ac prr. aliisque vetustis edd. *venit amica* in Palatino Gebhardi. *amicta* bene correctum fuit a Scaligero.

11. *Nunc -- in aequora navem*) ita recte emendatum est pro *aequore*, ut est in vet. cod. Fruterii, Neapol. Leid. pr. duobus Voss. pr. Dorv. et meo sec. Vid. Oudendorp. ad Lucan. IX, 319. *navim* hic quoque agnoscunt cod. Scalig. Heins. Leid. sec. Voss. tert. et quart. Dorv. sec. et meus pr. ut ex Groning. affert Broukhus. Mox *pari sorte* legebat Heinsius.

13. *Iungiteque — malo*). *Duciteque* Groning. *Iungite et extremo* in Voss. quarto.

14. *Iam -- iter*) *Nam* in Regio, Borrich. meo pr. et antiquis edd. sed recte *Iam* in vet. cod. Perreii, Colotiano, Neapol. pr. Vatic. Mentel. Excerpt. Scalig. Groning. Dresd. et reliquis. *secundet* in Regio. *serenat* in Dorv. sec. perperam. Vulgatum firmatur a Nonio Marcello in *secundare* pag. 169 ed. Mercer. ex quo etiam patet, *Nam liquidum* frustra in aliis codd. et edd. haberi.

18. *Cogar — adire deos*) *Cogor* in meo pr. *undosos* Markland. ad Statii Sylv. pag. 276, quia *undisonum* potius de litore, scopulo et sim. dicitur, quae unda allisa sonum edunt. Sed vulgatam lectionem bene defendit Dorv. Obss. Miscell. tom. II, pag. 74.

19. *Lechaeo*) *Lychaeo* in Voss. pr. et quart. Neap. utroque Dorv. *Lyceo* in Mentel. meo sec. et prr. edd. *Lycaeo* in Regg. *Licheo* Askew. et Colb. vera scriptura *Lechaeo*, ut primus Beroald. ex *Lyceo* restituit. *Lechaei* conj. Guyet. et Heins. *phasellus* in meo altero.

20. *Sedarit — aqua*) Heins. conj. *Crediderit placidae v. phas. aquae*, contra poëtae mentem. *placidam — aquam* Dresd.

21. *Quod superest -- laborem*) *sufferre pedes* in Neap. Askew. Dresd. Voss. quart. utroque Dorv. et meo primo. *properare laborem* in vet. cod. Fruter. et pr. Voss. *sufferre pedes*, *properare* Groning. transpositis verbis, *properate pedes*, *sufferte laborem* legit Struchtmeyer Animadv. Crit. pag. 102. Certe *sufferte laborem* defendi posse ex Statio Theb. XII, 407.

22. *Isthmos -- mare*) ita recte edidit Broukhus. et sic legitur in Neap. Mentel. Heins. Voss. pr. aliisque codd. in Venet. 1475, et Viceut. 1481, Reg. Lep. Volsci ac Beroald. Perperam *utrinque* vel *utrimque* in Voss. quarto, Groning. Borrich. Dresd. Dorv. sec. Aldd. Iunt. Colin. et Gryphii.

23. *Inde — litora portus*) Broukhus. ex Groning. et Palatino Gebhardi *lintea portus*; in caeteris autem codd. et

edd. vetustis *capient me litora portus*, quibus consentiunt duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. et mei. *lintea* forte huc invectum et repetitum fuit, quia vs. 13 dixerat: *Iungite extremo felicia lintea malo.* Nihil obstat, quominus antiquam lectionem *litora portus* servemus, licet Broukhus. *litora portus* absonum et frigidulum censeat, ita tamen Catull. LXIV, 74.

24. *Scandam -- viae*) Non male etiam legi posset: *Prendam ego* etc. *prendere* elegans verbum de appellentibus, vid. Patruum meum ad Val. Fl. VII, 84; ad Ovid. Am. II, 9, 32. Pro *Theseae* absurde *Thessaliae* in Voss. quarto. De contractione *Theseae* pro *Theseïae* vid. Bentl. ad Horat. Sat. I, 2, 90. Semper autem *Piraeum* scribendum, non *Piraeeum*, Πειραιεὺς Graecis, vid. Guyetus ad Terent. Eun. III, 4, pag. 82; Muretus ad Platon. de Rep. lib. I, pag. 622.

25, 26. *Illic vel — Epicure tuis*) Broukhus. edidit: *illic vel stadiis a. e. Platonis Incipiam a. h. dux Epicure tuis*, reiecta lectione, quae olim in omnibus codd. etiam Dresd. et edd. obtinebat: *studiis emendare a. P. — docte Epicure t.* quia enim *studium linguae* mox sequitur, inconcinnam censens repetitionem Broukhusius, primum in notis MSS. forte a Propert. *spatiis* scriptum fuisse coniecit, idque postea corruptum in *stadiis*, deinde abiisse in *studiis* opinabatur, sed in notis editis praetulit et in ordinem recepit *stadiis*, locutione ex palaestra ad philosophorum scholas translata. *Docte Epicure* Broukhus. quoque offendebat, quia *docte Menandre* sequitur, edidit ergo *dux Epicure* i. e. auctor, signifer, princeps sectae, praesertim quia ab eruditione Epicurus non laudatur apud vett. (sed vid. notas ad h. l.). V. D. in Obss. Miscell. Vol. II, pag. 114 tentabat relicto hiatu: *studiis -- hortis aut Epicure tuis*, putabat locum corruptum fuisse ab illis, qui credebant versum sic stare non posse. In nota ibi subiecta Patruus meus tentat reponere *hortis note Epicure tuis.* Sed *docte* defendit quoque Valcken. in Obss. philol. Koppiersii pag. 172 sqq. BURM. Huschkius in ep. ad Santenium cum Fonteinio docte et accurate defendit lectionem *spatiis*, atque posterior edi-

tioni suae Broukhus. adscripserat fere haec: » *studiis Platonis* pro studiis philosophiae Platonicae, consuetudo latina non probat. Platonem pro libro a Platone conscripto saepius, pro philosophia Platonica nusquam apud vett. reperies. Toupius in Addend. ad Theocrit. Wart. pag. 400 vult quoque *stadiis*, quod tamen huic loco non convenit. Nam non tantum de Platone sermo est, sed et de hortis, in quibus Epicurus docere solitus erat, indeque apertum, poëtam similiter locutum esse de loco, in quo Plato docuit: *stadiorum* voce hic scholam eius in Academia intellexerunt, qui locus in Athenarum suburbio. Sed sic oratio non satis concinna foret. Quum enim poëta locum, in quo Epicurus docere solebat, propria quadam ratione *hortorum* nomine designaverit; omnino existimari debet, locum, in quo Plato docuit, pariter eiusmodi appellatione insignivisse, qua ab aliis scholis posset distingui, quum tamen *stadii* appellatio, non magis Platonis, quam Epicuri scholam indicet, quippe communis et quibusvis philosophorum aut rhetorum scholis aeque conveniens. Nec fert Latinitatis ratio. Romani quum *stadium* metaphorico sensu ponunt, non tribuunt philosophis aut rhetoribus scholarum magistris, quos cum stadiorum magistris comparare noluerunt, sed eorum discipulis, et hanc vocem unice referunt ad illa artium vel sermonum certamina, quibus hi inter se contendere solebant. « His ergo rationibus inductus lectionem *spatiis* in ordinem recepi. Conf. not. et antiquam quoque omnium codd. scripturam *docte Epicure* revocandam putavi, quum iure suo hoc cognomento insignire potuerit Epicurum Propertius, vid. notas. Kvix.

27. *Persequar -- arma) Prosequar* in Excerptis Modii, Askew. Dresd. male. *aut* deest in Mentel. et pr. Leid. *et Demosthenis arma* in pr. Vatic. Reg. et prr. edd. ante Aldinas, sed male.

28. *Librorumque — sales*) Guyetus conj. *Graiorumque* vel *Graecorumque tuos*. Heins. in ora ed. Ald. conj. *Demosthenis arma Libera, tumque tuos*: sed in notis ad Prop. pag. 736 *culte Menandre* (quam coniecturam inge-

niosam et perquam probabilem probavit etiam Koppiersius Obss. Philol. pag. 171. Equidem vero, quum *docte* modo praecesserit, neque huius vocabuli repetitio hoc loco ferri possit, codd. autem nullam aliam lectionem offerant, adeoque ad coniecturam confugiendum sit: in ordinem recepi *munde*, quae coniectura confirmatur loco Prop. IV, 5, 43, *docte* a grammaticis profectum videtur. Kuin.) vel *Ludorumque tuos*, vel *Mimorumque*. Etiam Dorvill. in Miscell. Obss. Vol. II, pag. 115 *culte Menandre* vel *comte* proposuerat.

29. *Aut -- pictae*) *Seu magis arte manus* legebat Livincius. Heinsius: *seu magis aere iuvent*. Male uterque. Mox *aut ebore* Guyetus.

31. *Aut spatia -- profundi*) *aut longa* in Regiis, Mentel. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et omnibus fere reliquis codd. et edd. antiquis, ideoque sic edidi, non *et longa*, ut in ed. Scalig. et Bronkhus. ut correxerat etiam Markland. *arvorum* in aliis legi notat Passerat. quod ut mendosum recte reiecit. *Longi intervalla profundi* conj. Heins. in marg. ed. Ald.

32. *Lenibunt -- situ*) *tacito situ* verissime emendavit Heins. ad Sil. VIII, 20, et Ant. Perreius eidem editioni adscripserat *situ* in aliis esse. In codd. tamen omnibus et edd. antiquis *sinu* reperi, quod probat Passerat. et explicat: clanculum, nemine advertente, me dissimulante. Hoc tamen in loco *situ* admittendum videtur, neque aliter hic legebat Marklandus.

33. *Seu moriar -- amore*) *Aut moriar* Guyetus. *facto* Mentel. *fretus amore* in Regio. *turpefactus* vitiose in quarto Voss. *fractus* est amoribus debilitatus et exhaustus. Mox *Aeque erit* Heinsius. In sec. autem Dorv. legitur: *Atque erit illa mihi non inhonesta dies.*

ELEGIA XXII

1. *Frigida -- Cyzicus annos*) Duo priora huius elegiae disticha ab interpolatore esse putabat Guyetus, sine omni

idonea ratione. Vitiose autem *Cyricus* in codd. Regg. *Cirricus* in Voss. pr. *Garricus* in Mentel, et Groning. *Cirzicus* Borrich. *Cizicus* Neapol. *Cinziçus* Askew. *Cyzius* Dresd. Mox *quae fluit* Dresd.

3. *Dindymus -- Cybebae*) *sacra fabricata inventa* in Dresd. et omnibus etiam meis codd. et edd. vetustis, et ap. Nestorem in Vocabulario in Dindymus, quod tuetur Scaliger, et exponit fabricas apud Cyzicenos celebratas. *invecta* in illius Excerptis. *Dindyma qua Argiva* in vet. cod. Perreii. *Dindyma qua Argivam fabricata inventa Cybele est* in sec. Vatic., quod favet Heinsio coniicienti: *Dindymaque Argoae fabricataque templa Cybebae*, quia Strabo templum Cybebes ab Argonautis conditum tradit, vel *Dindymaque ac Phrygiae* legebat. Guyeto placebat: *Dindymaque Argivae quà sunt templa alta Cybellae*, vel, *qua surgunt templa Cybellae*. Passerat. ex simili vett. codd. lectione divinaverat: *Dindyma qua Argivae sunt templa sacratà Cybelae*. Sed Broukhus. merito recepit Vossii restitutionem, qui ad Catull. pag. 161 conj. *sacrae fabricata invenca Cybellae*, quam laudat etiam Wassius in Addend. ad Thucyd. et a cod. Rich. Meadii confirmari testatur.

4. *Raptorisque -- equos*) sic legitur in Mentel. Vatic. pr. Borrich. Groning. Heins. et prr. edd. *quae via* in Aldi utraque, Iunt. Colinaei, Gryph. aliisque, quod etiam Guyeto placebat. Mox *iuvat* Dresd. *et desiderio* in plerisque codd. et edd. priscis, sed in Colot. pr. et quinto Vatic. recte *Nec desiderio*, ut ex Groning. emendavit Broukhus. qui *desiderio mei* malebat. *tuo* male in Vatic. quinto.

7. *Tu -- gerentem*) *ferentem* Mentel. et pr. Leid.

8. *Sectaque -- Phorcidos -- manu*) *Phocidos* corrupte Neap. a manu pr. *Tactaque* in Heinsiano. *Sertaque* in pr. Leid. *Tectaque* in meo priore. An forte *Caesaque?*

9. *Gerionae stabula* etc.) *Geryonae* Dresd. *Geryonis* Regius, Colbertinus, Mentel. Neapol. Borrich. Groning. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. mei et Askew. in quo male *luctantem*, sed *Gerionae*, ut recte edidit Broukhus. iam in prr. caeterisque vetustis edd de qua scriptura vid. Gucll. et

Heins. ad Virg. Aen. VIII, 202; Patrui mei notas ad Suet. Tiber. c. 14. BURM. et quos laudavit Ruperti ad Sil. It. III, 422. K.

11. *Tuque tuo -- Phasim*) recte *Colchum* i. e. *Colchicum* correxerunt viri docti, quod firmatur a vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. Mentel. Borrich. Groning. Heins. caeterisque codd. et prr. edd. non *Colchon*, ut in Aldd. Iunt. Colin. Gryphii, aliisque. *Colchin* Dresd.

13. *Qua rudis Argoa -- columba*) *Argea* in Voss. tert. Askew. et meo sec. *Argoduce natat* Vatic. quint. quae lectio ex glossa venit, qua in marg. aliquis notaverat, navi Argo ad saxa vel cautes Symplegadum concurrentes viae ducem fuisse columbam. Vid. II, 26, 39. *intra saxa* in Askew. mox *pinus ad ossa* vitiose in Colbert. et in marg. *adepta*.

15. *Et si qua -- Caystri*) *Et si qua Ortygii* est emendatio Vossii in Obss. ad Melam lib. I, c. 17, pag. 85, quam recepit Broukhus. repudiata altera eiusdem Vossii coniectura ad Catull. pag. 108: *Et si qua Phrygii*, quae certe priori postponenda. *Ortygium Caystrum* exponit Voss. quia *Ortygiae*, seu Epheso, vicinus est Cayster fluvius; *Phrygium*, quia in Phrygia, aeque ac Maeander, inde etiam Phrygius dictus, oritur. In Regio uno, *Et si qua Ogygiae*, in altero, *At si qua Origiae*, ut in prr. edd. in Askew. et meo utroque, *orige visenda*. *Et qua Origae* in vet. cod. Perreii, secundo Vatic. Dresd. Scalig. Excerptis, Mentel. Heins. Burrich. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. et binis Dorvillii. In pr. Vatic. *Et si qua Origi*. in aliis eiusdem Bibliothecae *Si quane Lygaei*, *Si quaeve Gygaei*, vel denique *Si quaeve olorigeri*. *Et qua Gygei* in Aldd. Iunt. Colinaei, Rovill. Gryph. ita et in ed. Volsci 1488, qui in notis monuit alios *cycnei* vel *olorigeri* legere. *Gygaei* in edit. Brixiana a. 1486 iam exstare notavit, et hanc lectionem recepit editor Elect. minor. Etonens. Scaliger reponebat, *Et si quadrigae visenda est ora Caystri*, et per *quadrigam Caystri* intelligebat quatuor urbes Ephesi nobiliores, Ephesum, Smyrnam, Colophonem et Miletum, quod nimis

longe quaesitum et contortum; inde tamen formabat Guyetus *Et si quadriiugi* i. e. quadruplicis. Heins. in notis Propert. pag. 737 tentabat: *Quare Ephiraeaei* vel, *Aut qua Smyrnaei* vel, *Si qua et olorigeri*, aut, *Si qua et cycnei*, etiam Lips. Var. Lect. I, 2 conj. *cycnei Caystri*, et hoc praeferendum videtur, vel *olorigeri Caystri*. Burm. Spanhem. ad Callim. hym. in Dian. vs. 257 quoque improbat Scaligeri emendationem, et Vossii correctionem: *Phrygii* scil. *Caystri*, quum ille fluvius non *Phrygius*, sed *Lydius*, eiusque fontes non in Phrygia, sed in Cilbanis iugis, iuxta Plin. Hist. Nat. V, 29 siti, haud procul proinde a Tmolo monte ac Sardibus. Repudiat quoque lectionem *Ortygii*, quod non *Caystrus*, sed alter prope Ephesum fluvius *Cenchrius*, per locum illum inter Ephesum *Ortygiam* dictum laberetur. Vid. Strabo lib. XIV, pag. 639; Tacit. Annal. III, 61. Reliquis ergo coniecturis praeferendam censet Lipsii: *Cycnaei* np. *Caystri*, quoniam his oloribus abundabat ille tractus, vid. Dionys. Alex. vs. 833; Virg. Georg. I, 383; Ovid. Met. II, 283. Attamen unice veram lectionem indicat: *Gygaei*. Recte. Vid. quae in notis attulimus. Kuin.

16. *Et qua -- unda vias*) *temperet* Borrich. et Heins. *minas* pro *vias* in eod. Heins. et meo priore. *minas* male recepit Elector. Min. Eton. editor.

17. *Omnia Romanae* etc.) *cedant* Heinsius, et mox *quicquid ubique nitet*, vel *sui est*: sed nihil tentandum.

22. *temperat illa manus*) ita edendum censui, tam auctoritate codd. quam virorum doctorum consensu. *Illa* enim, nempe pietas, quae praecedit, legitur in quinto Vatic. Borrich. Leid. sec. et Askew. recte omnino; *ira* enim, ut in Dresd. aliis legitur, quod et Broukhus. tuetur, non temperat victrices manus, sed incitat, sed pietas, ratio, et virtus in ipsa victoria irae moderatur. *Illa* hic etiam legendum censuit Lips. Var. Lect. IV, 2, et Marius Mattius Opin. I, 14, quod probarunt Canter. Passerat. Livinei. alii.

23. *Hic Anio -- Umbro*) *Albno* male in meo sec. *Tiberine* Groning. Askew. Palat. Leid. sec. Voss. tert. et Dorv. alter. *Tiburtine* in Heins. et meo priore. *Tiburine* Mentel.

Commelin. Borrich. h. e. *Tiburne*, quod in Neap. et edd. Venetis, Reg. Lep. et Beroaldi, et sic Sealig. et Guyet. ut *Tiburnus Anio* dicatur, quomodo Tuscus Tiberis et sim. *Tiburte fluis* legebat Markland. et Elector. Minor. Etonens. editor, ut habetur in ed. Volsci, utraque Aldi, Iunt. Colin. Rovill. Gryph. et Canteri, ut in quibusdam codd. legi testatur Beroald. *Tiburte fluit* placebat Schradero Emend. pag. 163. *flues* male in Askew. Grouing. Voss. pr. et quarto, meoque sec. Dein *Liturnus* in Voss. pr. *Ditumnus* Dresd. *Litumnus* Neap. et Borrich. mox *Martius humor* vitiose in omnibus fere codd. pro *Marcius*, ut passim.

26. *Albanusque -- ab unda*) *Albanus lacus et socii* in codd. Regg. Mentel. Leid. pr. Voss. tribus, Dorv. pr. meo utroque et priscis edd. *Albanus lacus at socii* Askew. *Albani lacus* Dresd. *Albanusque lacus socia* in vet. cod. Perreii, Colotiano, pr. et quint. Vatic. Franeius conj. *Albanus lacus*, *et socia Nemorensis*, *ab unda*. Groning. *et unda*. *umbra* male in Mentel. Heins. Leid. pr. et meo.

26. *Potaque -- salubris equo*) ita correxerunt viri docti, pro *lympha*, quod in plerisque codd. et edd. vetustis, et sic Heins. ad Ovid. Heroidd. V, 31. *unda* pro *nympha* Dresd.

27. *At non -- cerastae*) *lambuntur* in Colbert. Mentel. primo Leid. Voss. meo sec. pr. ed. Veneta et Reg. Lep. sed *labuntur* recte in Vicent. 1481, Volsci, Beroald. Aldd. Iunt. caeterisque edd. In cod. Askew. *squamosa veste*, forte pro pelle squamosa, quae lectio non adspernanda, et, ni fallor, elegantior est, quam ut librariis suam debeat originem. Sic enim *vestis* pro serpentum pelle non semel ap. Lucretium, vid. Gebhardi notas ad Tibull. I, 4, 35, pag. 36.

28. *Itala -- unda novis*) *nec fuit una* in omnibus fere codd. Regg. Collbertino, Askew. Borrich. Groning. duobus Leidd. Dresd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et prr. aliisque vetustis edd. *fuit ora* Ferrarii liber. *fluit unda* in vet. cod. Perreii, ut legebat Fruterius et Canterus. *furit* ex suo cod. Scaliger, quod recepit Passerat. *Portentis nec facit ora novis* Auratus non male. *furit* tamen cum Passerat. vel *fluit*

unda cum Fruterio se praeferre notat Guellius ad Virg. Georg. II, 154.

30. *Nec tremis -- dapes*) *Ausoniis* Askew. *Phoebe, fugare* in pr. Vatic. Borrich. Groning. Heins. pr. Leid. tribus Voss. meo priore et prr. edd. Et hunc forte locum respicit Ovid. Heroidd. XVI, 206, ubi Heins. in hoc Prop. loco memoriae vitio affert, *Nec fugis Ausonias* pro *Nec tremis*, quod minime tentandum.

31. *Nec -- ignes*) *cuique* in meo priore. *cuicumque* Dorv. pr. *Nequicquam* in prr. edd. *absentis* in Ald. Iunt. Colin. Gryphii, aliisque, sed recte *absentes* in Mentel. Borrich. Groning. Dresd. Heins. aliisque melioris notae codd. *arserant* vitiose Borrich. Heins. et meus pr.

32. *Exitium -- movente suo*) Pro *movente* in Voss. tert. *parante*, ut in ed. Beroald. Gryphii, Rovill. Canteri, Raphelengiana Dousarum aliisque. Sed *movente* in vet. cod. Fruterii, Regg. Colbert. Dresd. pr. et quinto Vatic. Neapol. Borrich. Groning. caeterisque, cui scripturae favent codd. et edd. prr. in quibus *monente*, ut in Venetis, Reg. Lep. Volsc. et Colin. (Centies enim a librariis *monere* et *movere* confusa, vid. Sil. XV, 603; Obss. Misc. tom. I, pag. 219, 265; Drakenb. ad Sil. II, 273; Burm. ad Propert. IV, 1, 87. Kuin.) Corrupta cod. Askew. lectio *induente* irrepsit ex glossa, qua librarius *movente* exposuerat. *exitium inducente*, aeque ac *parante* in aliis codd. glossam similem sapit, nam *movere exitium* hic commode exponi potest, fatalis exitii auctorem esse.

33. *Penthea -- Bacchae*) *scaevae* in sec. Leid. Heins. et meo priore. *Danais* in sec. Dorv.

35. *Cornua -- pellice Iuno*) *non valuit* in Mentel. Groning. Leid. pr. et sec. Voss. pr. et tert. totum hoc distichon abest a Dorv. pr. et certe non bene haec cohaerent, neque hoc in vs. *cornua curvare*, et mox *curvatae trabes* valde conciana recurrunt. Aberrasse hos versus suspicor, et forte spectare ad lib. II, 28, ubi post vs. 18 collocandi *Io versa caput* etc. *Nunc dea* etc. *Cornua nec valuit* etc.

Aut faciem etc. (Nihil mutandum opinor. K.) *turpi bovi* in omnibus fere codd.

37. *Arboreasque -- Graiis*) *truces* vitiose in Voss. tert. et prr. edd. ante Beroald. nec minus corrupte *Synis* in quarto Vatic. *senis* in quinto, Mentel. Heins. Askew. duob. Leidd. Voss. pr. et tert. utroque Dorv. et meis. In uno Regio, *Arboreas cruces senis et non hospita*, in altero, *Arboreasque truces senis et in hospita. cruces* etiam in Excerpt. Scalig. *saevis* Voss. quart. *cutes saevis et inhospita* Dresd. *saevis et inhospita Graiis* in ed. Venet. pr. et Reg. Lep. ut in ed. Brixiensi haberi notavit Elector. Eton. Minor. editor pag. 130. *Sinis* in sec. Venet. Canteri, et Dousarum Raphelengiana. *Scinis* correxit Beroald. ut est in ed. Volsci, Aldi utraque, Iunt. Colin. Rovill. Gryph. Mureti, Aldina, aliisque. *Saxaque curvantes* male in Borrich. Voss. pr. Dorv. et meo. *curtatas* in vet. cod. Perreii. Heins. ad Ovid. Met. VII, 440, et aliis ex melioribus codd. praeferunt *Sinis*, ut hic quoque Broukhus. pro *Scinis*, vid. Salvagn. ad Ovid. Ibin vs. 411; Delr. et Demster. ad Claudian. I in Ruf. 252; Muncker. ad Hygin. fab. 38; Valcken. ad Eurip. Hippol. vs. 977. BVRM. *Sinis* legendum esse, non *Scinis*, docuerunt quoque Hemsterhus. ad Lucian. tom. I, pag. 36; Ernesti ad Xen. Mem. II, 1, 14; interpp. ad Callim. hym. in Apoll. 92; Heins. Advers. II, 10, pag. 281. K.

40. *Hic tibi pro -- honos*) *parandus* in tert. Voss. et pro varia lectione superscr. *creandus. Hinc tibi* legebat Marklandus. *hinc* emendaverat quoque Puccius, procul dubio ex unico Vallae codice.

41. *Hic tibi -- nepotum*) *ad eloquium cursus* in aliis legi, patet ex notis Passeratii. Heins. conj. *Hic tibi ad eloquium via fert.* a recepta lectione minus recederet: *Hic tibi ad eloquium vires.* In Borrich. Heins. et meo priore *ampla nepotis spes. Nepotes* Mentel. ut in marg. ed. Ald. coniecerat Heins. per appositionem, nepotes tibi, ampla spes. Sed editum praefero propter sonum ingratiorem *nepotes spes.* Pro *aptus amor*, ut in omnibus codd. legitur, male in ed. Scalig. *altus*; in cod. Dresd. *actus.*

ELEGIA XXIII

1, 2. *Ergo -- tot periere bona*) *vobis* Dresd. *quot periere bona* conj. Heins. et Markland. quod alteri lectioni praeferendum videtur.

3, 4. *Has quondam -- habere fidem*) *navibus* vitiose pro *manibus* in pr. Voss. mox *Qui modo* in meo priore. *signatis iussit adire fidem* in Excerpt. Scalig. Heinsius vero legebat: *Has quondam in nostros -- Quae non signatas* etc.

5. *placare puellam* etc.) *puellam* in Voss. quart. et Dorv. sec. ut ad solam referatur Cynthiam, in reliquis *puellas*. Mox, *Atque eaedem*, voce in duas syllabas contracta, Heinsius; sed *quaedam verba diserta* tabellis his melius convenire videtur.

8. *Vulgari -- cera fuit*) *Vulgari e buxo collita cera* conj. Heins. sed *sordida* praefero, coll. vs. 3.

10. *Semper -- bonos*) *affectus* male in Askew. et Dorv. sec. Probem tamen hic fere Vossiani cod. lectionem, *effectus promeruere suos* pro felices et optatos.

11. *Forsitan -- tabellis*) *fuerint* emendaverat Heins. ut passim *forsitan* cum subiunctivo, sed non semper ap. nostrum. Mox *moratus here* in Excerpt. Scalig. quod idem ac *heri*.

13. *An tibi -- an tu*) *At tibi* Voss. pr. *Aut* Voss. tert. sed *an* pro varia lectione superscr. *Et tibi* in meo priore, ut legebat Guyetus.

14. *Non bene -- iacis?*) *Non bona de nobis* in omnibus fere codd. et edd. antiquis, sed *Non bene* restituit Heins. ad Ovid. Trist. I, 7, 15, et sic Guyetus, qui etiam *et tu* legebat. *de nobis* desunt in meo priore. *de meritis* in sec. Leid. et Voss. tert. Pro *crimina* in marg. sec. Dorv. *omnia*, in Reg. *carmina*.

15. *Aut dixit: Venias -- una*) *Aut dixti* in Reg. pr. Vatic. et prr. edd. *dixi* Neap. Colbert. Dresd. Askew. pr. Leid. Voss. pr. et quartus, et in Dorv. pr. ac meo utroque. *Haud dixi* Guyetus. *venies* etiam in Regio, Colbert. Borrich. Groning. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorv.

Dresd. et meis ac priscis edd. *cessavimus* Askew. pr. et quart. Voss. uterque Dorv. et mei: sed *cessabimus* in pr. et sec. Vatic. Colbert. Mentel. Groning. caeterisque. Heins. ad ed. Ald. in qua *venies* et *cessavimus*, ut in aliis, correxerat: -- *venias hodie*, *cessabimus una*: *Hospitium tota nocte parabit Amor*. Cod. Dresd. *coenabimus*.

17. *Et quaecumque -- puella*) *quaecumque dolens* in Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, neque aliter in prr. aliisque antiquis edd. quod defendit Struchtmeyer Animad. Crit. pag. 103. (*dolens nempe* Cynthia, quod quaedam puella alia poëtae forte formosior visa fuerat, aut quod ipse more solito in amore esset lentior. K.) Dousa P. *dolens* accepit pro irata, adscripsit enim huic versui Virg. Aen. I, 9: *Quidve dolens, regina deum tot volvere casus.* sed *volens* recte edidit Broukhus. probante Heynio ad Tibull. II, 3, 73 in Obss. *solens* conj. Guyetus. Melius eum Heins. legeretur: *Et quodcumque doli reperit*, ea tamen lege, ut in minori vs. ex illius cod. emendaretur: *blandis ducitur hora iocis*, pro *dolis*; quod a codd. Perreii, pr. et sec. Vatic. firmatur; eiusque lectionis vestigia sunt in Askew. in quo *locis*. Sed recepta hac Heinsii emendatione, *dicitur*, ut in Groning. legitur, corrigendum praeterea censebat Schrader Emend. pag. 164 pro *condicitur*, de qua verbi *dicere* significatione vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 502.

19. *his aliquis — avarus*) *his laqueis* in Heins. et meo pr. Heinsius ipse conj. *tabulis rationem inscribit avarus*. Marklandus: *rationes. scripsit* in Leid. et Voss. pr. *avari* in multis codd. ut binis Leidd. tribus Voss. Askew. utroque Dorv. Dresd. meis et prr. caeterisque edd. antiquis. Sed *avarus* in Colot. Vatic. sec. et Groning. ut Auratum legisse notaverat Dousa.

20. *duras inter ephemeridas*) *dias* in vet. cod. Fruter. quint. Vatic. Mentel. Borrich. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. Heinsiano, utroque Dorv. et meis. *duras* Dresd. *rigidas* Heinsius. *ponet* in eodem Heinsii et meo pr. quod si admittatur, etiam *scribet* vs. praeced. legendum.

21. *Quas si quis* etc.) *Quas mihi si quis retulerit* in Askew. et sec. Dorv. *attulerit* in eodem Askew. *Has si quis* Francius, quod probo, ne *Quas* et *Quis* vicino duorum versuum initio recurrant.

23. *ligna retenta*) in plerisque codd. *signa*, ut in Regg. Colbert. Neapol. Mentel. Heins. Askew. Dresd. Borrich. Groning. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. utroque Dorvill. et meis, cum edd. Venetis, Reg. Lep. et Volsci; sed recte Markland. hanc lectionem argutam magis quam veram esse notaverat. *ligna* primus emendavit Beroald. unde in Aldd. Iunt. Colinaei, Gryphii, caeterasque derivatum fuit, ut etiam Broukhus. edidit.

23, 24. *I puer -- Esquiliis -- tuum*) *I puer, i citus* legebat Francius, non male. An vero *Exquiliis* vel *Esquiliis* scribendum, vid. Dausquei. Orthograph. P. II, pag. 126; et Demster. in Paralip. ad Rosin. lib. I, c. 8 (Ruperti ad Sil. III, 71) et de hoc urbis Romae vico Torrent. ad Horat. Epod. V, 100, pag. 357; et ad Sat. I, 8, 14, pag. 495.

ELEGIA XXIV

Ad Cynthiam superbientem inscribitur in Regio, et priscis edd. *ad amicam superbientem* in Borrich. Dresd. et meo priore, pro quo corrupte in Colbert. *ad amicam sentientem*. In Mentel. *ad amicam impudicam*. In meo sec. *ad Cynthiam*.

2. *Olim oculis -- superba meis*) omnino legendum *superba tuis*. Suos enim oculos laudare, Propertio putidum esset, sed Cynthiae oculis iam olim se captum statim ab initio fatetur I, 1, 1. Absurdae nescio cuius coniecturae, quas auctore non nominato affert Gebhardus: *O ioculis nimium* etc. ut superbam factam innuat Cynthiam iocis nugisque Propertii, nunquam ei seriis, sed fictis, vel *O titulis* etc. quia eam versibus laudarat, vel *O logulis*, vel denique *Ellogiis*; quae ridicula sunt. Sic melius esset cum

Schradero Emend. pag. 164 *Olim elegis* reponere. Burm. Sed *meis* omnino retinendum, vid. notas, ut et visum est Huschkio in ep. ad Santen. qui hanc in rem laudavit Prop. IV, 4, 32: *Et formosa oculis arma Sabina meis*, et Iacobsio in ep. ad Astium, qui tamen legendum censebat: *Oh curis nimium*, sive *Oh nimium curis facta superba meis*, ut ap. Agath. epigr. XIII Anal. tom. III, pag. 38: ἡ μεγαλαυχήσασα καθ' ἡμετέρης μελεδώνης· non male, sed vulgaris lectio *olim oculis*, e qua commodissimus exit sensus, non sollicitanda. Kuin.

4. *Versibus -- esse meis*) *iam pudet* legebat Heins. *me* nempe pudet, quo sensu etiam capiebat I. Dousa P. pudet me, quod te versibus meis insignem fecerim. Passerat. quoque *me* subintelligendum esse notaverat. Sed recte servari potest lectio vulgata, in *iam* cum Heinsio non mutata, vel *nunc pudet*, ut in notis MSS. olim conj. Broukhus. Male igitur Gebhard. *te pudet* ad Cynthiam referebat, et cum interrogationis nota legebat.

5. *Mixtam -- figura*) *Fictam te* Heinsius, ut conj. et Markland. *tam varia* in pr. Dorvill.

6. *Vt quod — esse putaret amor.*) *saepe putaret* male in sec. Leid. pr. Voss. et tertio in marg. meoque sec. quod ex praec. male repetitum. *putarat* Neapol. *esse putarit* idem Heins. coniec. Male Francius *esse putere tamen*.

9. *Quod mihi -- amici*) *Cum mihi* in libro Commelini, unde Gebhard. tentabat: *Cum me non patrii*. Guyetus, *Quae mihi*, et *averrere* pro *avertere*. In Voss. tert. *avellere*. Pro *poterant* vitiose *portant* in Voss. pr.

10. *Eluere aut vasto*) in ed. Gryph. 1551 *eruere*, sed in altera Gryphii 1573 recte *eluere*. In Neapol. et Askew. *fluere*. In cod. Regio: *eluere et vasto*.

11, 12. *Haec — ferro — fatebar aqua*) *ferri* Dorvill. pr. *at ipsa* sec. Vatic. *ut ipsa* in Colotiano *verba* in omnibus scriptis, etiam Dresd. cod. editisque legebatur ante Passerat. qui primus *vera* recte restituit, et sic Guyetus. Frequens in codd. haec permutatio, vid. Patrui mei notas ad Ovid. Heroidd. XVIII, 119; ad Phaedr. II, 6, 14. *fatebor*

in vet. cod. Fruterii, Regg. Colbert. Askew. Borrich. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meo priore, et prr. aliisque edd. priscis.

13. *Correptus -- aheno*) *scaevo* in Heins. et meo pr. *terrebar* in Mentel. pr. Leid. et pr. Voss. perperam. *torrebar* in meo sec. Deinde *Victus eram* male in Dresd. pr. Leid. Voss. et utroque Dorvill. ut in prr. aliisque vetustis edd. praeter Rovillianam et Gryphii utramque, in caeteris codd. et edd. *Vinctus*.

17. *Nunc — aestu*) *insano* pro *vasto* conj. Heins. quia *vasto mari* praecessit, sed *insano aestu*, et *ad sanum*, quae vera lectio est, magis adhuc offendit, eodem disticho positum. *requiescimus* malebat Francius, obstantibus omnibus codd. et vera lectio latet in vitiosa lectione cod. Askew. *resempsimus*.

18. *Vulneraque — mea*) in omnibus codd. et edd. prr. atque antiquis reliquis legitur: *Vulneraque ad sanum* vel *Vulnera et ad sanum*, ut in Dresd. et Mentel. *ah sano* vel *ad planum* conj. Heinsius in notis Prop. pag. 738 ex solo Groning. *Vulnera et ad saniem* edidit Broukhus. et exponit de vulneribus bene sperari iubentibus, quum ad saniem maturaverint. Placuit hoc etiam Palmerio et Grutero, magis tamen medicum quam poëtam sapere videtur.

19. *Mens Bona — condo*) *Mens bona si qua deo est* vitiose in Regg. Mentel. Neapol. duob. Leidd. Dresd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis et prr. edd. et mox *Exciderant* in iisdem codd. *exciderent* edd. prr. *Exciderunt* in aliis, sed *Exciderint* Livineius, quod praefert etiam Heins. ad Ovid. Heroidd. XX, 188. *tua me in sacraria condo* ex coniectura Heinsii edidit Broukhus. quum in scriptis etiam Dresd. et editis vetustis legeretur *in sacraria dono*, quod et omnes mei codd. servant. Marklandus conj. *in sacraria pono* i. e. dedico, consecro, ut *pono* II, 14, 27; dubito tamen, an haec coniectura huic loco conveniat, eique non potius praeferenda sit Heinsiana *condo*, quia *condi* res sacrae dicuntur, quae profanorum oculos celantur. Vid. Gell. Noct. Attic. I, 19; Plin. XXXIII, 1, 6 al.

ELEGIA XXV

1. *Risus eram -- mensis)* Haec praecedentibus connectebat (haud male, opinor. K.) Scaliger, quod confirmat vet. cod. Perreii, et sic iam extat in ed. Volsci, pr. Aldi, Iunt. et Colinaei. Sed in omnibus codd. reliquis, etiam Dresd. et edd. Venetis, Reg. Lep. Beroald. Gryph. aliis, nova incipit elegia cum epigraphe *Ad Cynthiam.* Corrupte *issus* in Mentel. *Missus eram* in pr. Leid. *Visus eram* in cod. Perreii, Regg. Scaligeri Excerptis, Groning. Leid. sec. Voss. tertio et quarto, meoque priore, et in Aldi utraque, Iunt. et Colin. *Risus eram* in Dresd. al. pr. Vatic. edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci, Beroald. Rovill. et Gryphii, ut ex Scaligeriana recte edidit Broukhus. Burm. *convicia* malebat Burm. ad Lotich. I, 31, 14; et hanc coniecturam hoc loco etiam memorat, nullo tamen addito iudicio. Sed *convivia* vera lectio est. Kuin.

4. *Vngue — fidem)* *quaerere saepe* Dresd. *roso* pro *morso* Heinsius. *annis* in Voss. tert. Heinsiano et meo pr.

6. *ab insidiis)* Mentel. *Semper insidiis* omisso *ab*, an forte *in* absorptum a prima syllaba vocis *insidiis*, et repeti neglectum fuit, pro *in insidiis* i. e. cum Cynthia *in insidiis* est, mihi eas struit. Nisi *ab insidiis* dixerit pro, post insidias. De quo huius praepos. usu vid. Markland. ad Stat. Sylv. pag. 26; interpp. ad Ovid. Heroid. V, 152. *ab ins. C. flere solet* in quart. Voss.

7. *Flebo -- vincit)* *vincet* in vet. cod. Perreii. *flebam ego* Guyetus. *flerem* Heinsius, sed *flebo ego discedens?* cum interrogandi signo, malebat Struchtmeyer. Animadv. Crit. pag. 104.

8. *Tu bene -- ire iugum)* *ire iugum* in cod. Fruterii, Vatic. sec. et quint. Groning. Excerpt. Scaligeri et Heinsiano, non autem *esse iugum*, ut in pr. Leid. Voss. tert. Dresd. meo secundo, et plerisque aliis codd. et edd. vetustis, et ita e codd. Guyetus. *Et bene conv. non sinit ire iugum* legendum, margini ed. Rovill. adscripserat Dousa. P.

9. *Limina -- verba)* *Lumina* male in pr. Vatic. Regio,

Mentel. Borrich. Dresd. Heins. Voss. tert. et quart. Dorv. sec. meo utroque; sed *limina* constanter in prr. caeterisque vetustis edd. Pro *lacrymantia verbis* Heins. ad Ovid. Met. VIII, 675, et Advers. I, 9 extr. *halantia sertis* conj.. ut de sertis ac corollis Cynthiae ostio appensis sermo sit. Reponerem: *Limina iam lacrymis valeant manantia nostris*, ut *limina manantia lacrymis* dicantur quomodo *torus manare lacrymis* Ovid. Heroidd. X, 55.

11. *At te -- annis*) *Te festinatis* conj. Heins. ad marg. ed. Ald. sed nihil temere immutandum.

12. *Et veniat -- tuae*) *veniant* Borrich. Voss. quart. et meus pr.

13. *Vellere -- capillos*) *tunc cupies* in Borrich. Heins. et meo pr. *cum cupies* pr. Leid. et quart. Voss. *quam cupies* Heinsius. *cupias* Mentel. duo Leidd. tert. et quart. Voss. uterque Dorv. Dresd. et meus sec. *cum capias* Neapol. et Colbertinus. *tum cupias* Fruterius. *annosa a stirpe* in Palatino Gebbardi: sed recepta lectio in reliquis servatur codd. et firmatur scriptura cod. Askew. in quo *albosa stirpe*, litera *a* tantum praeced. voci male adhaerente, et tuetur eam locus Tibull. I, 9, 45: *Tollere tunc cura est albos a stirpe capillos*, *Et faciem demta pelle referre novam.*

14. *At -- tibi*) *A speculo* in Regg. Mentel. Scalig. cod. Askew. pr. Leid. et prr. aliisque edd. vetustis. *E speculo* in Colotiano et pr. Vatic. quod pro *ad speculum*, rugas tibi increpans, capiebat Dousa P. sublata distinctione in praeced. vs. extr. *Et speculo* Borrich. et Beroaldi liber, quod probat Passerat. *Ah speculo* cod. Scalig. sec. Leid. Heins. Voss. tert. uterque Dorv. et mei. *Has speculo rugas* Heinsius. Sed ex codd. vestigiis praestaret, *At speculo*, vel pro *Et*, leg. *Sed speculo*, i. e. licet a radice canos evelleret, attamen speculum rugas tolli nescias ei exprobraturum, si illud consuleret.

15. *Exclusa -- superbos*) *inque vices* in Leid. sec. Voss. pr. et tert. Heins. Dorvill. pr. et meo, ut saepe variant codd. utrumque veteribus usitatum, h. l. *inque vicem* praeferendum, ut auribus consulatur. Dein *patiare* et vs.

seq. *queraris* est in omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. priscis. *Vt quae fecisti, facta queraris* in meo sec.

17, 18. *Has tibi fatales -- timere tuae*) *fatalis* in vet. cod. Fruterii, Regg. Askew. Mentel. Borrich. Groning. Heins. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis, et prr. edd. ante Aldinas, in quibus *fataleis*, ut in subsequentibus. Mox *Eventum dominae* male in meo sec.

IN LIBR. IV ELEG. I

1. *Hoc -- qua maxima R. est*) *quae maxima Roma est* in vet. cod. Perreii, Colot. Vatic. pr. et sec. *quam maxima* Mentel. Groning. Leid. pr. Voss. tert. et quart. uterque Dorv. mei, et prr. aliaeque vetustae edd. quod tuetur Editor Etonens. Elector. Maior. pag. 160; sed *qua max. R. est* recte Scioppius, I. Dousa P. Gronov. Guyetus, Gebhard. Antiq. Lect. I, 5 alii, correxerunt. Burm. *qua* pro *ubi* centies recurrit, et confirmare videtur quoque hanc lectionem imitatio Ovidii Fast. V, 95. Kuin.

3. *Atque ubi -- Phoebo*) *Ac* vel *Ast ubi* Gebhardus. *Phoebes* vitiose in Regio (in quo etiam *navalis*) prr. edd. et ap. Nestorem in Vocabul. pag. 155: *Atque ubi navali sacrata palatia Phoebo* Voss. quart. a manu sec. Francius autem conj. *Stant ubi navali sacrata palat. Ph.*

4. *Evandri -- concubuere boves*) *concubuere* in Regg. pr. Vatic. Colot. Neap. vet. cod. Fruter. Palatinis Gebhardi, Mentel. Borrich. Groning. Askew. Leid. pr. Voss. quarto, Dorv. utroque et meo sec. cum prr. edd. Aldina 1502, Colinaei, quod probat Heinsius. Sed *procubuere* in quint. Vatic. ed. Ald. 1515, Rovill. Gryphii utraque, et aliis, quod recepit Broukhus. Burm. Male, *procubuere*, quod de bubus defatigatis perquam frequens est, Ovid. Met. III, 413; Virg. Ecl. VIII, 87; Aen. VIII, 29 al. glossam sapit. Kuin.

5. *Fictilibus --- templa*) librariorum aberrationes sunt, quae in codd. exhibent vel *suis* pro *deis*, vel *dies*, vel *diis*, quod ultimum in metrum peccat, quia in *diis* prima producitur, in *deis* corripitur.

6. *Nec fuit -- casa*) *Non fuit* in pr. Leid. Dorv. Dresd. et meo sec. cum prr. et multis vetustis edd. *Haec fuit* in Regio (solemni librariorum aberratione, cuius causa est ductuum in literis *H* et *N* similitudo, vid. Longol. ad Plin. ep. X, 52; Burm. ad Gratii Cyneg. vs. 300. Kuin.) *Nec*

fuit in Neap. Heins. et Borrich. ut ex cod. Livineii Guyetus. *facta habitare casa* in Askew. forte ex II, 16, 20 petitum, sed alterum hic longe magis Propertii genium sapit.

7, 8. *Tarpeiusque -- bubus erat*) vitiose *Tarpetuisque* in Neap. et *sonabat* in Voss. quart. Heins. et meo priore. *bobus* in Mentel. Heins. duob. Leidd. Voss. tert. Dorv. sec. meo priore, prr. et Volsci ac Beroaldi edd. al. sed *bubus* in Neap. Vatic. quint. Borrich. Groning. Dresd. Ald. secunda, Rovill. al. idque a viris doctis fide meliorum codd. passim receptum. *advena tutus* in Dorv. pr.

9. *Qua gradibus -- Remi*) *Qua* Vatic. quint. et Palatinus Gebhardi, ut ad marg. ed. Ald. correxerat Heins. et ex cod. Editor Elect. Etonens. Maior. *Quod* Neapol. *Qui* in Excerpt. Scalig. Broukhus. vero hunc versum ita distinguendum adscripserat: *Quo gradibus domus ista Remi se sustulit! olim Unus* etc.

11. *Curia, praetexto*) Hoc distichon sequenti postponitur in nonnullis codd. ap. Lactantium, qui hunc locum affert Instit. Div. lib. II, c. 6, ut illic notat Gallaeus, idque de cod. Gothano etiam testatur Heusinger. Emendat, I, c. 2; pag. 31.

13. *Buccina -- Quirites*) *primos Quirites* Francius. Pro *ad verba* Heins. conj. *ad septa*, et mox *in prati sepe* i. e. sepes includebat congregatos Quirites in comitiis, quae *septa* etiam *ovilia* dicebantur. Vid. Demster. ad Rosin. lib. VI extr. Isidorus Orig. lib. XVIII, c. 4 hunc versum aliter et male sub Persii nomine affert: *Buccina iam priscos cogebat ad arma Quirites*, ut de comitiis centuriatis, quae exercitus speciem referebant, capiatur. Sed agit de senatu extra urbem in agris convocato.

14. *senatus erant*) *erat* in omnibus meis codd. et edd. priscis, sed recte emendarunt viri docti *erant*, centum illi a Romulo lecti, in prato coëuntes, senatus. sed *erant* in cod. Gothano legi ait Heusingerus, et in marg. ed. Ald. correxit Heins. quod probavit Markland. adscripto Ovidii loco Fast. IV, 544. *tres illi tota fuere domus*; et sic edidit Broukhus. Male ergo Livineius legebat: *ille senatus erat*,

Ayrmannus vero conj. *Ac humili in prato saepe senatus erat.* Minus feliciter.

15. *Nec sinuosa -- theatro*) *Non sinuosa* Guyetus, ut seq. vs. repetitio sit, *non oluere*. Pro *cavo* in quint. Vatic. *suo*, quod etiam est in Dorv. pr. et meo sec. Mox pro *crocos* vitiose in Regio *trochos*.

18. *Quum tremeret -- sacro*) *fremeret* in Mentel. Excerptis Modii, seu Groningano. Pro *pendula turba* Livin. et Guyet. conj. *credula*, quod merito reiecit Heins. et *pendula* exponit, quae ab alicuius ore pendet, vel suspensa deorum metu et religione, ut Passerat. *extremos divos* male in pr. Dorv.

20. *Qualia -- equo*) *curvo* in vet. cod. Perreii, Regg. Mentel. Scaligeri Excerpt. Heins. Borrich. pr. Leid. Voss. pr. et tert. meoque priore et edd. primis Venetis, Reg. Lepid. et Berould. *mutilo* in pr. Vatic. sed *curto*, quod etiam in cod. Dresd. extat, edidit Volscus, et explicuit de equo, qui in campo Martio et quotannis immolabatur Marti, cuius caput abscissum in Regiae parietem figebatur, cauda eius illuc, sanguine adhuc destillante, etiam delata. Passeratius de Equitum censione lustrica seu quinquennali intelligebat, *curtumque equum* explicat, qui auribus, vel cauda, decoris gratia mutilatus erat. De populi lustratione, quinquennali Scaliger. Perreius ad oram ed. Ald. notarat, *lustra* vocari h. l. Palilia, quia in his lustrabatur urbs, et *curvo equo* dictum esse pro cernuo, incurvatoque. Sed Scaliger de equo Octobri, seu caviari hostia capiebat, quae quinto quovis anno immolabatur, notatque Propertium hic sacrificium equi Octobris cum Palilibus confudisse. In sec. Dorv. *Curti*, addita singulari hac glossa de Metio Curtio *ad eius similitudinem fiebant quidam ludi.* — *celebrare* pro *celebravere* capit Editor Elector. Eton. Maior.

21. *Vesta -- boves*) *nutres* pro *macrae* praeter Gebhardi Palatinum et Commelinianum, etiam est in cod. Heins. *sacrae* in Askew. *matres* forte ex Virg. Aen. VIII, 665 in codd. irrepsit. *iulia sacra* in Neapol.

24. *Pastor -- litabat ovis*) *thalamos* in cod. Heins. ex-

calitabat in meo sec. et ita legendum censebat Galeottus Martius de Doctrin. promisc. c. 39, quasi Latinitati recte vim fecisset Propertius, quod *litare exta* dixerit, pro *deos extis litare*. Sed *excalitare* frequentativum compositum facit a *calare* pro vocare, forte id hausit ex prima ed. a. 1472, in qua *excalitabat oves* legi notavit Vulp. sed in Veneta 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci, Beroald. Aldd. caeterisque edd. priscis *exta litabat ovis* excusum est. Merito ergo iam Passerat. et post eum Broukhus. monstrum hoc verbi exploserunt. Vulgatam etiam hoc in loco agnovit Guellius ad Virg. Aen. IV, 50, et Delrius Comment. ad Senec. Herc. Fur. vs. 1038, pag. 290.

25. *Verbera — arator*) *Vbera* Dresd. *Vellera* in Vatic. quint. ut conj. quoque Heins. *foetosa* in pr. cod. Broukh., qui *foecunda* scribendum coniecit. Mox *Vnde Lyceus Fabius* in prr. edd. Venetis et Reg. Lep. quod provenit ex vitiosa scriptura *lycens*, ut excusum in ed. Volsci et Beroald. *ciens Fabios* conj. Heins. sed *licens*, quod in reliquis edd. priscis, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliis, est protervus. Editor Elector. Etonens. Maior. legendum censebat: *Vnde Lycea Fabi sacra Lupercal habent*. pro *habet* in sec. Dorv. erat.

27. *Nec rudis -- armis*) *Et rudis* in Heins. meoque priore. Mox *proelia facta* in pr. Leid. Voss. Dorvill. et meo utroque, sed *nuda proelia* vindicarunt Passerat. et Broukhus. forte tamen melius est, ut cum Ant. de Rooy in Spicileg. Crit. c. 15, pag. 88 legamus *proelia cruda*, sine iusto ordine acta. Sic Barthius quoque ap. Stat. Theb. IX, 20 legebat: *Illis cruda odia* etc. pro vulgari *nuda odia*.

29. *Prima — Lucmo*) *galeratus* vitiose in uno Regio. *Ligmon* in Askew. et meo sec. *Lucmon* Colotian. *Lygmon* in Regg. Colbertino, Heins. Livineii Vaticano, duobus Leidd. tribus Voss. Dresd. utroque Dorv. meo priore et priscis edd. *Lucmo* vera scriptura est, ex *Lucumone* contracta. Vid. Turnebus Advers. XXVI, 53; Demster. lib. II Etrur. Reg. 46. Mox pro *Tatio* in Neap. *tacito*, neque vitiose *statuit* in Excerptis Scalig.

31. *Hinc Tities -- coloni)* *Tatiens* Leid. sec. et pr. Dorvill. *Hinc Taties*, *Rhamnisque viri*, affert Nestor in Vocabular. pag. 125. corruptissime in Askew. *Hinc taciens ramnes viri Luceresque Soloni*, ut *Soloni* etiam in Neapol. Leid. sec. pr. ac tertio Voss. et Palatino Gebhardi, qui ex Commeliniano affert: *Luceresque Sabini*. *Ticines* in Groning. *Ticiens* in Dresd. meo utroque, quod propius accedit ad veram scripturam. *Titiens* in ed. Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci, et aliis priscis edd. *taciens* in Beroald. sed *Titiens* probabat etiam Markland. Vid. Cluver. Ital. Antiq. III, pag. 857 seq. et Heins. ad Ovid. Fast. III, 131. *Hinc Tatii* praefert Demster. Paralip. ad Rosin. lib. I, c. 12.

35. *parva -- Bovillae)* vitiose *violae* in omnibus meis codd. pro *Bovillae* legitur; sed *Bovillae* in Dresd. *parvae* in aliis, et vs. seq. *Gabi*. etiam Dresd. *Gabi*. Passeratio placet *parvae*, ut *minus parvas* seu maiores tunc ipsa Roma fuisse Bovillas, urbi vicinas, exiguum aetate Propertii oppidulum, innuat. Editor Elector. Etonens. Maior. pag. 163 corrigit: *Quippe suburbanae*, *parva metus urbe*, *Bovillae*. Mox *qui tunc nulli* I. Dousa P. Vs. seq. *alba suis* Dresd.

36. *Hac -- ire, via)* Vs. praeced. *albae e suis* in sec. Leid. Deinde *Atque ubi* Voss. tert. sed *Hac* superscr. pro varia lect. *Hac tibi* in Heins. et meo priore. *isse* vet. cod. Perreii, sec. et quint. Vatic. Neapol. et Leid. sec. cum tert. et quarto Voss. *ipse* Voss. pr. et Borrich. *vias* in duob. Leidd. tribus Voss. Groning. utroque Dorvill. Dresd. meis, et priscis edd. *longa erat ire via* Colot. et duo Vatic. *Hanc ubi Fid. l. c. isse vias* Askew. *longa via* vel *longae viae* Heins. ut Auratum etiam coniecisse notat Passerat. *Fidenas* prima producta, ut ap. Sil. XV, 90, et alios, sed corripitur Virg. Aen. VI, 773.

37, 38. *Nil patrium — esse lupam)* *Nil patrii* conj. Heins. *sanguinis* nempe, sed praestaret forte, *Nil*, *patrium nisi nomen*, *habet*. Mox *non pudet* in vet. cod. Perreii et Fruterii, Neapol. prim. Vatic. Dresd. Mentel Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis. *non putat* in

uno Regio et Colbertino, pr. et quart. Voss. meo sec. et prr. edd. *putat* quint. Vatic. et pr. Dorvill. *non putat esse lupam*, np. Romanus a simplicitate avita degener, legit Dousa Fil. *nunc putet esse lupam!* Ayrmannus, et vs. seq. *Haud melius*. in altero Regio *non pudet ire lupam*. In Palat. et Commelin. Gebhardi *non pudet esse*, unde ille cum interrogationis nota, *non pudet esse lupam?* sed praestat forte: *num pudet esse lupam?*

40. *Heu quali — ave*) *En quali vecta est* vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. *Heu quali ducta est* in Regg. Colbert. et prr. edd. *Heu quali vecta est* in Neap. Borrich. Askew. duobb. Leidd. tribus Voss. Dresd. utroque Dorvill. et meis. *advecta est* Heinsius. *ducta* etiam edidit Volsc. sed *vecta* Beroald. unde in Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliisque edd. *En quali* Editor Elector. Etonens. Mai. Burm. *Heu quali vecta* lectio exquisitior, quam et codd. plures tuentur, in ordinem revocanda videbatur. Vid. notas. Saepius autem haec verba in codd. commutata reperiuntur, vid. Gronov. ad Liv. XLIV, 26, 10; Burm. ad Sueton. Ill. Gramm. 20; et Cortius ad Sallust. Iug. 86. 4. Kuin.

41. *Iam bene -- Laeserat abiegni*) *omnia* solito errore in variis codd. etiam Dresd. et prr. edd. licet ita legerit Turneb. Advers. XXIII, 6. *huic omina* vel *cuncta omina* Heins. qui etiam marg. ed. Ald. adscripserat *huic numina*, sed nihil muto. *illam* mendi suspectam vocem recte censuit Editor Elector. Eton. Maior. quia ad *Troiam* referri non potest, adeoque vs. praec. corrigebat: *O quali vecta est Dardana pubis ave!* pro *pubes*, quod merito improbat Schrader. Emend. c. 9, et melius legit: *quod nihil illos Laeserat* etc. scil. *penates*, quibus superstitibus Troia nondum penitus eversa videbatur. Pro *abiegni* in Voss. quart. *armati*, in meo sec. et Dresd. *ambigui* et in marg. pro varia lectione al. *ambiegni*.

43. *Quum -- pependit*) *Tum pater* in cod. Fruterii, Askew. Groning. quint. Vatic. et meo pr. *Cum pater* in sec. *tremulus* Dresd. *trepidus* reponendum censui ex consensu omnium fere codd. legitur in vet. cod. Perreii, Neapol. pr.

Vatic. Regg. secundi Colbertini margine, Borrich. Groning. Askew. Leid. sec. Dorvill. meo utroque, prr. edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci ac Beroald. *tremidus* in Mentel. Leid. pr. et Colbert. sec. a manu pr. quam vocem recte Broukhus. Latinae civitatis expertem suspicatur, sed male edidit *tremulus*, quod demum, nescio unde, in Aldd. earumque sequaces edd. invectum est, et sequitur vs. 49. male Gebhardus *in nati intremulus* i. e. valde tremulus. Mox *Et vetita est* Dresd.

45. *Tunc -- secures*) *Hinc magni venere Deci* conj. Heins. vel *Hinc gemini* aut *Hic manes venere Decii*, sed *animi* non sollicitandum; si quid reponendum, mallem, *Tunc animi crevere* Deci, nam in omnibus fere codd. *Deci* pro *Decii*, adeoque unum Decium pro utroque ponat, ut *Bruti secures*.

46. *Vexit -- Venus*) *Rexit* ad oram ed. Ald. conj. Heins. sed postea *duxit* praetulit ex loco Petron. c. 124: -- *primumque Dione Caesaris arma* (ut pro *acta* emendavit Passerat. ad h. l.) *sui ducit*. Sed *vexit* hic sedem suam tueri potest ob vs. 40.

47. *Arma -- Troiae*) *resurgenti* in priore Palat. Gebhardi. *tuos coepit habere deos* in Heins. et meo pr.

49. *Si modo -- Sibyllae*) *Si modo vera*, vel, *Si modo certa olim*, quia *vera* sequitur, vel, *Si modo Averna olim* conj. Heins. sed vulgatam serva. Mox *dixit* male in cod. Regio. *vera pianda* legendum videbatur Burmanno.

51. *Aut si -- carmina vatis*) *data carmina* Groning. vitiose *nata* in Borrich. Mentel. pr. Leid. Voss. et meo. *crimina* in Dorvill. pr. et quinto Vatic. Deinde *longaevi* in cod. Regio. *Longum* corrupte in Dorv. pr.

53, 54. *Ilia tellus Vivet, et huic cineri*) *Vincet* in sec. Leid. Voss. tert. et ed. Scalig. simili fere repetitione, qua ap. Ovid. Met. VIII, 509, quia tamen *vivet* in reliquis codd. constanter legitur, recte hanc lectionem tuetur Broukhus. male editor Elector. Eton. conj. *Ilias urna Vivet*. Mox *arma dedit* legitur in Heins. et meo priore. *haec cineri Iupiter arma dabit* ad oram ed. Ald. conj. Heinsius.

57. *Moenia -- versu)* *numne pio coner disponere* in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. *coner* etiam in Mentel. Neapol. Borrich. sec. et quint. Vatic. Excerpt. Scalig. duobus Leidd. Dresd. Palatino et Commel. Gebhardi, tribus Voss. utroque Dorvill. et meis; et *disponere* in Groning. Leid. sec. tribus Voss duob. Dorvill. Dresd. et meo sec. cum edd. priscis, nam in pr. meo cod. *describere*, ut in Mentel. Heins. et Commeliniano Gebhardi, quod praetulit Bronkhus. (et in ed. Burm. excusum, sed glossema est. K.). Altero vs. *quod nostro est* in duob. Leidd. tribus Voss. Askew. utroque Dorv. meis, et edd. antiquis. *quam nostro est* conj. Francius.

59. *Sed tamen -- serviat omne meae)* *At tamen* in Heins. et meo priore. *Si tamen* in Excerptis Modii seu Groning. *quicumque e pectore rivi Fluxerint* Askew. *quodcumque est pectore* Voss. quart. Groning. et Dorv. sec. *e pectore nostro* Heins. cod. et meus pr. *ex pectore* Dresd. *et patriae* correxerat Fruterius. *id patriae* Heins. *serviet* in Reg. Neapol. Mentel. duob. Leidd. tribus Voss. Dorv. pr. et meo sec. Burm. Santen. Obss. ad loca vett. poëtar. latinor. pro *Sed tamen* praefert *Et tamen*, et postea *serviet* cum Balbo et Lupacchini codice. Vid. Beck. Commentar. Soc. Philol. Lips. Vol. I, P. II, pag. 148. K.

63. *Ut nostris -- libris)* Conieceram *stupefacta*, et sic emendavit quoque Markland. ad oram ed. Graev. Si quis tamen vulgarem praeferat, cum Passerat. exponat de tumore superbis proprio.

65. *Scandentes -- arces)* *quisquis* in Vatic. quinto, Dorv. pr. et meo sec. *cernit* in cod. Fruterii, Regio, altero Leid. tribus Voss. Heins. Dorv. sec. et meo pr. *cernet* in Dresd. reliquis. *cernis* in pr. Dorv. Pro *aestimet* *extimet* in Borrich. Askew. et meo secundo.

67. *date -- Omina)* *Omnia* in variis codd. et edd. priscis. Deinde *in textis* pro *inceptis* in Meutel. Leid. pr. meo sec. et ed. Mureti Aldina, Canteri, Dousarum Raphelengiana, et Graevii nomen venditante. *inceptis* tamen est in Borrich. Groning. caeterisque codd. et edd. antiquis, nec

non in libro Commelini, et Palatinis Gebhardi membranis, ex quarum rasura in voce *dextera* ipse educebat *dextra recantet avis.*

70. *Has meus — equus) tendat* aliquando conj. Heinsius. *surgat* male in Voss. quarto.

71, 72. *Dicam, Troia -- canam*) distichon hoc praecedenti praeponendum censet Marcilius ad Horat. pag. 49. in variis codd. et edd. legitur post vs. 88: *Laetus et Hesperia* etc. sed ubi locum alienum occupasse monuerunt Livineius et Passerat. qui Scaligeri traiectionem, ita ut nunc recepta est, probat. *Victa en Troia cades* ad marg. ed. Ald. conj. Heins. *Troica Roma* in omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. priscis; sed *Troïa* dudum VV. DD. ad Virg. Ovid. aliosque scriptores correxerunt. *longa pericla canam* edendum censui ex cod. Heins. et meo priore, non *longa sepulcra*, ut in ed. Broukhus. excusum est, et sic emendavit Markland. ad Stat. Sylv. pag. 214, quia est imitatio Virg. Aen. X, 57: *Totque maris vastaeque exhausta pericula terrae*, et ipse noster II, 27, 6: *caeca pericla viae.* Burm. Sed eodem modo loqui semper poëtas quis cogitet? *sepulcra*, quod omnes reliqui codd. confirmant, longe exquisitior et doctior lectio est, quam ut ab indoctis librariis proficisci potuerit; *pericla* potius additamentum scioli cuiusdam videtur. Kuin.

73. *Quo ruis — Properti?*) *impudens* in uno Regio, in quo etiam *vage discere sacra*, *Properti*, ut in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. In Colbertino et Dorv. pr. *vaga discere fata.* In Neapol. et Borrich. *vage dicere fata.* in altero Regio *vaga dicere verba*, ut in Leid. pr. *vaga dicere fata* in cod. Fruterii, Leid. sec. Voss. pr. et tert. Heins. Dorv. sec. meo utroque. *facta* Voss. quart. a manu sec. *vaga facta* vel *festa* Heinsius. Marcilius ad Horat. pag. 43 ex cod. legit: *Quo ruis, imprudens, age dicere.* Livineio placebat: *Quo r. imprudens? fuge dicere facta, Prop.* Sed amplector Heinsii emendationem ad Ovid. Art. A. III, 672; Advers. I, 2, quam in contextu dedit Broukhus. *Quo*

r. imprudens vaga d. facta Properti? eamque certam esse dicit Dorvill. ad Charit. pag. 773.

74. *Non sunt — fila colo*) *a dextra* in quint. Vatic. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meo pr. in secundo *a dextro colo*, ut in Regg. altero Colbert. Borrich. Dresd. Groning. Askew. et edd. vetustis. *Non sunt tam dextro* Heinsius. *candida* cur textui inseruerit Broukhus. qui legit: *Non sunt ah dextra candida f. c.* non video; in omnibus enim codd. *condita*; hoc ergo reposui.

75. *Aversis Charisin — Apollo*) optimam hanc Heinsii emendationem recepit Broukhus. *Accersis lacrymis cantas* in Neapol. duobus Leidd. tribus Voss. Heins. utroque Dorv. Dresd. et meo pr. nisi quod *lacrymas* in Neapol. et Dorv. pr. *cantus* in pr. Leid. et Neapol. *canis* Voss. quart. *Arcessis lacrymis cantus*, *adversus* in Groning. *Arcessi lacrymas cantus adversus Ap.* in Askew. *Accersis lacrymis cantus*, *adversus Ap.* etiam in edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci et aliis priscis edd. Marcilius ad Horat. pag. 43 inepte legebat: *An cretus lacrymis cantas.* Beroald. emendabat: *Adversis Musis cantas.* certe in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. legitur clare *Aversis Musis cantas*, *aversus Ap.* et sic in quint. Vatic. sed in quo *Adversis*, et pro *cantas* in eodem *charites*. *cantus* in sec. *adversus Apollo* in duob. Dorv. et meo altero. Scaliger ex suo cod. profert: *Arcessis lacrymis Charites*, quod ultimum *Charites* etiam est in sec. Leid. Heins. olim divinarat in marg. ed. Ald. *Aversae Lachesi cantas*, sed postea *Aversis Charisin cantas*, *aversus Ap.* praetulisse videtur, vid. eius not. Prop. pag. 749; Advers. I, 2; et hanc Heinsii restitutionem laudarunt quoque Markland. ad Statii Sylv. pag. 74, et Dorvill. ad Charit. pag. 773. *Charisin* praeterea inhaeret codd. et Graecus ille Dat. genio Propertii conveniens, ut *Dryasin* al. *aversus Ap.* etiam melius, quam *adversus* repetitionis causa.

76. *Poscitur — lyra*) *Poscitur* recte quoque restituit Heins. pro *poscit* pro *poscis ab invita*; ut in omnibus antea scriptis, etiam Dresd. et excusis. *Poscit* et Palatinus Gebhardi, Askew. et Dorv. sec. *verba pingenda* vitiose in

Palatino et prr. edd. Palmerianum *pangenda* merito reiecit Gebhard.

77. *aut ego vates -- movere pila*) sic legitur etiam in Regg. Borrich. Groning. Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci in ipso contextu (sed in notis *haud*) utraque Aldi, Iunt. et Gryphii. Sed *haud ego* in Colot. Vatic. pr. sec. et quint. Leid. sec. Voss. tert. altero Dorv. Dresd. et ed. Beroald. Colin. Rovill. Mureti Aldina, aliis. Prius tamen a Passerat. et Broukhus. asseritur loco Virg. Aen. X, 630: *aut ego veri Vana feror.* ita h. l. *aut* viris doctis praeferendum videtur, ut minuat artis suae iactantiam, aut ego vera praedicam, aut astrologiae imperitus sum. Alteram vero lectionem *haud ego* tueri potest Homeri locus Odys. β', 170 sqq. e quo haec et sqq. videntur deducta esse.

79, 80. *Me creat — Conone domus*) *Horops*, *Herops*, vel *Orops* in meis codd. Leid. pr. et sec. Voss. pr. tert. et quart. sec. Dorv. meisque. *orobs* Borrich. *Oros* Colot. et pr. Vatic. *heros* Neapol. a manu sec. *Orops* Regg. Groning. Mentel. Heins. et prr. edd. *Herops* in cod. Harlei. Musaei Britann. *Arch. proles B. orops* in Askew. *Horos* vel *Horus* astrologi nomen. Mox *Oron et* Regius, vel *Horon et* pr. Leid. Voss. pr. et quart. Dresd. et Dorvill. sec. *Herops et* Leid. sec. Voss. tert. a manu sec. sed *Heron et* a m. pr. *Horon* vet. cod. Fruter. *Oron* Groning. Borrich. *Oros et* Colot. pr. et quint. Vatic. *Horon at* Heins. in epist. ad Graev. tom. IV Syllog. pag. 297, probante Graevio, ep. seq. vel *Heroum a proavo.* Markland. in marg. ed. Ald. legendum censet *Horon*, i. e. Horos me creavit Horon, filium suum et eiusdem nominis. Mox pro *Conone* male in pr. Leid. Voss. Heins. et meo utroque *canone*, in Dresd. *Zenone.*

81. *Di mihi -- propinquos*) *sint testes* in Borrich. Commeliniano Gebhardi et pr. Voss. recte *propinquos* in codd. male *propinquis* in prr. et reliquis edd. vetustis, nam *degenerare* cum casu tertio posterioris aevi scriptoribus magis usitatum.

83. *Nunc pretium* etc.) *In pretium* Borrich. Dorvill. pr. et meus sec. et sic in ed. Beroald. In edit. Scaligeri,

Broukhus. (et Burm.) vs. 85 -- 88 sequuntur post vs. 109 *Adspicienda* etc. *Trames* etc. *Felicesque Iovis* etc. ita collocat etiam hos vs. Marcilius ad Horat. pag. 49.

85. *Felicesque -- rapacis*) *stellas* in Regg. Groning. Askew. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis. *rapaces* emendabant Livineius et Markland. propter praec. *felices*.

87. *Quid moveant -- Leonis*) *moneant* legendum putabat Livinei. ut in tert. et quart. Voss. meo sec. et libris Passerat. et ed. Beroald. legitur, idque Guyeto placebat. Sed passim cum *movere* permutatur, ut ap. Lucan. I, 631, ubi tamen *movere* ut h. l. defendit Oudendorp. et Markland. ad Stat. Sylv. III, 2, 52. *movere* monet idem notare quod *captare* Prop. III, 5, 29. *parare* Virg. Aen. II, 121. *cogitet* Georg. I, 462.

88. *Laetus -- aqua*) *Laetus* ex suo cod. sec. edidit Broukhus. ut legitur in Mentel. pr. Leid. Dresd. quart. Voss. sed in reliquis omnibus et edd. priscis *Lotus* i. e. Hesperio mari mersus, quia Capricorno occasum seu occidentis partes assignant. Vid. Withofius in Miscell. Obss. Novis tom. I, pag. 146, ubi *lotus* firmat ex Senec. Hippol. 750: *modo lotus undis Hesperus*; et auctor epigr. vet. in Anthol. Lat. tom. II, pag. 321: *Dum surgit Cancer, Capricornus mergitur undis*. Propertio igitur hanc scripturam restituendam censui. Burm. Ego vero revocandam putavi lectionem *laetus* utpote difficiliorem, quum altera *lotus* Grammaticis suam originem debere videatur. conf. notas. Broukhusius *laetus* firmat loco Virg. Aen. II, 417: *venti Confligunt, Zephyrusque, Notusque, et laetus Eois Eurus equis*; ita, inquit, hic Capricornus laetus occiduo mari, cuius ei regnum dederunt poëtae, Horat. Od. II, 17, 18; neque mirum, si exsultet, et sese efferat in suo ipsius regno. Kuin.

89. *quum -- natos*) *Actia* Mentel. et Leid. pr. *Accia* in meo sec. *Ortia* in Dresd. *perduceret* in sola ed. Gryphii a. 1551 inveni, omnes codd. et edd. antiquae constanter *produceret* legunt. Illam igitur Gryphianam oportet secutam esse Wechelianam Francofurtensem, unde Gebhardus ope-

ram lusit, quum in notis *produceret* legendum monuit. Mox *dabit natis* in pr. Dorv. et meo sec.

91. *sua pila*) *sua fila* Mentel. Leid. pr. Voss. et Dorv. sec.

93. *Quippe -- ora*) optime Heins. et Markland. emendabant: *eques dum saucia* etc. pro vulgari : *equi dum saucia*, quae quam incommoda sit, ex Passeratii contorta explicatione colligere licet, (*protegit*, inquit, i. e. protegere conatur, non enim protexit, cum *saucia* dicat poëta, sed *protegit* porro tegit vim repellendo). *tibi prolapso* Borrich. Groning. Voss. pr. et meus.

99. *Gallus at — rostra cruenta*) *Gallus et* in utroque Dorv. et meo sec. mox *signa cruenta* in Borrich. Groning. sec. Leid. Voss. pr. et quarto et in tert. pro varia lect. superscr. meoque priore ; neque aliter laudat hoc distichon Donatus in vita Virg.

98. *Vera — ista fides*) *in uno* vitiose in pr. Dorv. et meo altero. Legendum cum Heinsio *invitae*, matri nempe, aliter vulgata referenda ad aretalogum. *constitit* mallem pro *contigit*. male *concidit* in priore Gebhardi Palatino.

99. *quum Cinarae -- dolores*) *Cinyrae* Groning. *Cinarae* Neap. *Cynare* Dresd. *Cynarae* in meo pr. *concinarae* in ed. Venet 1475, et Reg. Lep. Scaliger notat, *Cinaram* hanc eandem esse quam amavit Horatius. Sed recte cod. suo adscripserat Broukhus. eodem iure Horatii *Lalagen* Od. I, 22, 23; et II, 5, 16 eamdem esse, cuius meminit noster infra el. 7, 45.

100. *Et facerent — moram*) *humeri* vitiose in Borrich. Groning. Heins. et meo priore.

101. *Iunoni -- dixi*) *Iunonis facite votum* in Mentel. pr. Leid. Voss. pr. et quarto, binis Dorv. Dresd. ac meis. *Iunonis* etiam in Regiis et Ashew. ut in aliis saepe locutionibus variatur in codd. ut *ad vota Herculi* vel *Herculis* reddenda ap. Iustin. XI, 10. Vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 361. Mallem vero hic emendari *Iunoni votum facito*, ut ad Cinaram referatur, quod suadent sequentia *Illa parit*. Neque Passeratii coniecturam probo: *votum fa-*

cite, *impetrabite*, *dixi*, quum *impetrabile* vox proba sit (vid. Plaut. Mercat. III, 4, 20; Epid. III, 2, 5; et ap. Liv. XXXVII, 34; XXXIX, 29 al. quos locos ipse Pass. attulit), de qua vid. Casellius lib. I. Variar. c. 9; et Vales. ad Ammian. Marc. XIV, 8. Neque seq. vs. cum Heinsio reponendum *verbis meis; libros* enim aretalogus vocat praedictiones ex libris suis petitas. Inepte *labris* in codd. Regg. *et data palma* in Borrich. et Heinsiano.

103. *Hoc neque — antrum*) *Hoc quoque* in Borrich. Heins. et meo priore. *Libyci Iovis* in Regio, sec. Leid. et Voss. tert. ut in Ald. altera, Rovill. Gryph. Canteri, Rapheleng. Dousarum, aliisque. *Iovis Libiae* verbis male transpositis in ed. Venet. 1475, et Reg. Lep. pro *Libyae Iovis*, quod in Mentel. Heins. Leidd. Voss. Groning. Borrich. pr. Ald. Iunt. et Colin. *Libie* Neapol. *Libyae genus* in Voss. quart. *Libyos Iovis explicet antrum* ad oram ed. Ald. conj. Heinsius, in notis vero Prop. pag. 741: *Hoc neque arenoso Libye Iovis explicet antro.*

105. *motas — alas*) *senserat* in Groning. et pr. Voss. pro *senserit*.

106. *Vmbra neque -- aquis*) *Vmbraque ne magicis* in Colbert. Mentel. pr. Leid. et meo sec. *Vmbra neque et* vet. cod. Perreii. *Vmbraque nec magicis* in pr. Reg. Dresd. Dorv. priore et ed. Mureti. *Vmbra neque a magicis* in altero *V. neque e magicis* in pr. et sec. Vatic. *Vmbra nec haec* in quinto. *Vmbra nec in* Borrich. *Vmbra nec e* Ferrarii cod. *Vmbrane quae* Neap. *Vmbrave quae* Turneb. Advers. XXIII, 6. *prodita venit* in Askew. *Vmbraque cui magicis* Heinsius.

107. *versusque per astra*) *verusque* in Mentel. Borrich. Colbert. Heins. Askew. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis *ursusque* corrupte in Leid. sec. quod tamen favet Heinsio ad oram. ed. Ald. *sursusque* coniicienti. In altero vers. Scaliger corrigit *et a stellis quinque*, quia zonae non faciunt ad genethliacen, sed stellae; sed zonas hic pro ipsis stellis, vel planetis quinque poni, monuit recte Dousa Fil.

109. *Exemplum erit -- namque*) in meo utroque male sic interpungitur: *Exempl. grave erit: Calchas* etc. et in sec. *nam quae*. Mox pro *rates* in quint. Vatic. et Voss. tert. *trabes*.

114. *Supprime – sinus*) *Supprime*, *Troia* male in Borrich. Heins. et meo priore.

115. *ultores — pressa tuis*) *ultorem ignem* in uno Regio. *exuviis suis* Neapol. duo Regii, Colbertinus, Dresd. Mentel. Modianus seu Groning. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorvill. et mei, cum prr. edd. *En natat* Heinsius.

117. *Victor Oilide — vatem*) *O Iliade* in Regg. Colbert. Mentel. Excerpt. Scalig. Heins. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meisque et Veneta 1475, Reg. Lep. ac Volsci edd. quibus fere consentiunt cod. Neap. et Dresd. in quibus *Oiliade*, ut corrigebat Passerat. *Oilide* in Beroaldi ed. utraque Aldi, Iunt. Colin. Rovill. Gryphii, aliisque. *Oliade victor* in Groning. quod ex Posthiano, qui idem cod. est, etiam affert Livincius, sed ineptissimam lectionem vocat. Scil. Cassandram rapuit Aiax Oilius, vel *Oileus*, nomine patris ita dictus, licet Aiax ipse non fuerit *Oileus*, sed *Oilides*, ut hic magis proprie vocatur, de qua vocis scriptura vid. Heins. ad Ovid. Met. XII, 622, et Patrui mei notas ad Gratii Cyneg. vs. 103; unde patet recte editum *Victor Oilide*. Deinde *dilige navem* in pr. Leid. *ratem* in Voss. tert. *rape nunc et dilige raptam* in Vatic. quinto et Beroaldi codd. *raptam nunc dilige vatem* (up. Cassandram) Heins. Advers. I, 2. *dirige* vitiose in Askew. et Dresd.

118. *Quam vetat — sua*) *Quem vetat* male in Regg. Colbert. et prr. edd. pro *veste* in vet. cod. Perreii *sede*, ut in Colotiano, pr. et sec. Vatic. et libris Passeratii, qui ex aliis etiam affert *avelli ex aede*, sed quod lectionis *sede* glossema opinor; idque Heins. etiam invenisse testatur in suis codd. Advers. I, 2, cui hoc praeferendum videtur pro *veste*, quod defendit Bronkhus. (allatis hanc in rem locis ex Pausania in Phocicis, X, 26; Lucilio lib. 26; Hygin. fab. 116, e quibus perspicue patet, Aiacem Cassandram a si-

gno Palladio abripuisse; quare mihi *veste*, quod plures codd. confirmant, Propertii genio convenientius videtur. K.) passim autem *sedes* et *aedes* inter se permutantur, vid. interpp. ad Ovid. Met. X, 229 (add. Catull. LXIV, 48; Sueton. Caes. c. 84; Drakenb. ad Sil. XIV, 652; Burm. ad Ovid. Fast. VI, 258; Mitscherlich. Obss. in Catull. pag. 37. K.) et quae hic *sedes Minervae* est Propertio, eadem in're *templum* et *adyta* dicit Virg. Aen. II, 404.

119. *nunc -- astra*) *devear* in Neapol. i. e. *devehar*, ut in Regg. Colbert. Groning. Dresd. duobus Leidd. tribus Voss. Heins. utroque Dorv. meis et prr. edd. *non ad tua* in Voss. tert. Altero vs. *tu lacrymis aequus adesse tuis* ex sensu ipso correxerat Markland. et *tuis lacrymis* explicabat: tuis fatis lacrymosis, lugubribus, quae in sqq. praecinit vates. *tum lacrymis* Voss. tert.

121. *Vmbria -- edit*) *noctis* corrupte in Heins. et meo priore. *natis* Dorv. sec. sed in Mentel. et pr. Leid. legitur *votis*. Markland. legebat: *an patriae tenditur ora tuae, Qua nebulosa cavo* etc.

123. *Qua -- campo*) *Quam nebulosa* in meo utroque et Heinsiano, ex quo suo vetusto, ut ait, cod. sic legit ad Claudian. I in Rufin. vs. 383, ut *rorare* ponatur cum casu quarto pro *irrorare*, ut *manare*, *sudare* et sim. de quibus vid. ad Authol. Lat. tom. I, pag. 10; sed recte Broukhus. *qua* praefert. In cod. Regio *Quam nemorosa cavo rotat* corrupte, ut et in meo priore *canis rotat*.

124. *Et lacus -- aquis*) *Et sacer aestivis intepet imber aquis* in pr. Vatic. et Perreii cod. *imber* etiam in Voss. tertio. *Et labor* Leid. sec. *aestivus* Voss. pr. *Vt* (quod Broukhus. explicat: quam primum, simulac) *lacus aestivis intepet* vitiose in Heins. et meo priore. *uber* in Askew. sec. Leid. et altero Dorv.

125. *Scandentisque -- murus*) *Scandentisque axis* in plerisque codd. et Vatic. quint. Askew. Dresd. Leid. sec. tribus Voss. et ed. Volsci ac Beroaldi, qui per *axem* clivum adsurgentem intelligunt; et sic in Aldi utraque, Iunt. Colin. Rovill. Gryphii, aliis. *Scandentisque asis* in Neapol. Gro-

ning. pr. Leid. et Dorv. sec. primis edd. Venetis et Reg. Lep. quod ex cod. Puccii adscripserat etiam Perreius, addens, *forte nomen oppiduli sui natalis positi in vertice montis*. Gyraldus Dial. IV de Hist. Poët. affert: *Scand. Assis*, idemque conii. supra vs. 65 legendum: *Scandentem si quis cernet de vallibus Assem*, licet ipse fateatur audaciorem esse coniecturam, refert ad *Assisiam* vel *Essisiam* (*Axim* vel *Assim* dictam), unde ortum affirmat Propertium. *Asis* etiam nomen montis proprium videbatur Lipsio, a quo dictum *Asisium* Propertii patriam statuit Lect. Antiq. V, 10, quem refutavit Scaliger, qui *axes* pro collibus capit, et Ameriam, Propertii patriam, intelligendam contendit; cui se opposuit Scioppius in Paradoxis Literariis, qui negat *axes* illa significatione ap. ullum bonae notae scriptorem occurrere, nec Ameriam intelligi posse, et praeterea *sacer imber*, non *lacus Vmber*, vs. praec. ex codd. legit. Tudertinum fuisse Propertium, adscripserat Heins. ad vs. 65 huius eleg. remittens ad Sil. It. VI, 645. *Scandentique altus* in Perreii cod. et pr. Vatic. Sed haec omnia operose discussit Donnola de patria Propert. §. 40 -- 92, qui Hispellum solum poëtae natale docuit. Heins. ad oram ed. Ald. etiam conj. *Candentisque arcis* vel *Scandentis saxi*. Pro *consurgit* cod. Dresd. *cum surgit*.

126. *Murus -- tuo*) *meo* male in Excerptis Scalig. et Dorv. sec. quod petitum ex vs. 66. *Purus ab* vitiose in Heins. et meo priore.

128. *Patris — ipse lares*) *congeris* vitiose in Borrich. et tert. Voss. *colligis* in Regio. *esse Lares* Voss. quart. et Askew. *isse* vet. cod. Perreii, pr. ac sec. Vatic. ac Dorv. sec. quod et Lipsio placuit et Palmerio ex cod. in Spicilegiis pag. 812. *ire* legisse Meursium notat Gebhard. *ipse* in Dresd. prr. aliisque edd. priscis, quod recte Broukh. probat. *Matris* in Heins. et meo pr.

129 seq. *Nam tua -- tristis opes*) *non multi* in meo sec. an voluit librarius *Quam tua non multi?* sed *exultae opes* huic lectioni obstant. *servarent* in Colbertino. *terga* vitiose in Askew. Mox male *occultas* in Voss. quart. et *Par-*

thica corrupte in meo altero, et *partica* in Askew. Salmas. ad Solin. tom. I, pag. 673 profert: *Abstulerat patrias pertica tristis opes* et perticam exponit de groma agrimensoria. Male Lips. Lect. Var. III, 23 explicat tanquam bona patris Prop. hastae fuissent subiecta, cum agros militibus assignatos, eique ablatos fuisse indicet.

131. *Mox ubi -- collo*) *demissa* plures codd. et edd. vett. *dimissa* Markland. praeferebat et sic edidit Broukhus.

133. *Tum tibi pauca suo* etc.) *Tum mihi* Dresd. *de crimine cantat* in Reg. forte legendum *de culmine dictat*, de vertice montis Parnasi. *cantat* etiam pro varia lectione in Excerpt. Scalig. Leid. sec. et in marg. tertii Voss. ac sec. Dorv. Deinde pro *foro* perperam *foco* in Voss. tert. *toro* in sec. Dorv.

135. *At tu -- opus*) *Et tu* in Regio altero, Colbert. Dresd. et Borrich. *Ac tu* Dorv. pr. et meo sec. *Aut* Groning. sed recte *At tu* in Colot. et pr. ac sec. Vatic. *felix opus* coniecerat olim Broukhus. sed postea reiecisse videtur. *pellax opus* Heins. conj. ad Virg. Georg. IV, 443. Dein *Scribat et exemplo* in sec. Leid. Voss. tert. *cetera verba* in pr. Dorv.

137. *Militiam -- sub armis*) *patiare* in Mentel. Reg. Groning. et pr. Leid. in quo etiam *eras* in fine seq. versus. *sub annis* legitur in Dresd. Commel. et primum in Aldd. Iunt. Colin. Gryphii, aliis, comparuit; nam in cod. Perreii, sec. Vat. Mentel. Heins. Veneta 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci et Beroald. ed. *sub armis* legitur, quod recte praetulit Gebhard. et edidit Broukhus. quia hoc et seq. disticho perpetua est a re militari translatio. Altero vs. *utilis hospes eris* in tribus Vatic.

139. *Nam tibi -- Eludet*) *Iam tibi* vet. cod. Perreii, et pr. Vatic. *victrici labore* Heinsius, forte quia *tibi victrices palmas tuas* inconcinnius existimabat. id valde inconcinnum assentior, sed vel ideo coniicio: *Eludet palmas una puella duas.* In Neap. Borrich. Mentel. Excerpt. Scalig. Heins. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis *Eludit*, Dresd. *eludet*, in codd. Regg. *cludit* et *eludat*,

quod ultimum etiam in prr. aliisque priscis edd. *Elidet* in quint. Vatic.

141. *Et bene -- uncum) Vt bene* in Colotiano, pr. et quinto Vatic. *confixum* in eodem Colot. pr. sec. et quint. Vatic. Perreii cod. Mentel. Groning. Heins. Regg. Colbert. Borrich. Askew. duobus Leidd. tribus Voss. et meo priore. *merito* pro *mento* in Excerpt. Scalig. Borrich. Voss. pr. et tert. Heinsiano, et meo pr. *confixum merito discusserit* in meo sec. et cod. Dresd. *confixo merito discusserit* in altero Dorv. et superscr. *confixum mento. discusserit* etiam in utroque Leid. tribus Voss. Askew. et prr. edd. in quibus etiam *confixum merito. descusseris* vel *descusserit* in aliis. *discusserit* tamen non admittendum. et *fixum discusseris uncum* probasse videtur Heins. ad Ovid. Am. I, 6, 25. *decusseris* optimum videtur. Dein *Nil premit hoc* in Mentel. pr. Leid. Dorv. et meo sec. *haec* in vet. cod. Fruter. et pr. Vatic. et mox *nostro te premat ausa* in Mentel. Askew. Heins. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis. *nostro premit ausa* cod. Dresd. *mento te premat* Dorv. sec. *premit* in Regiis et pro varia lect. *premat*, ut in Borrich. *Nil erit hoc. voto te premet ausa suo* Pocchus.

143. *noctem -- iussa cadet*) *lucemque subibis* Heinsius. *Gutta quidem* in Vatic. quint. et meo sec. *nunc nisi iussa* Neap. *iusta* Dorv. pr.

145. *Nec mille -- rima sat est*) *Nec nullae excubiae* Mentel. Leid. pr. Voss. quart. et meus sec. ut in prr. edd. *Non ullae exc. nocte sign.* Dresd. *nec ter signata* Excerpt. Scalig. *Lumina* in Neap. Regio, Dorv. pr. meo altero et prr. edd. *persuade* Borrich. Heins. et meus prior. pro *rima* vitiose *prima* in Mentel. Modian. Neapol. duob. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. Dresd. et meis cum prr. edd.

149. *Vel tremefacto -- hiatu*) *cavum* in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. Pocchus et Ferrarius. *diducat* Neapol. et Borrich. *deducat hiatum* duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. et meus sec. cum prr. edd. *te ducat* Heinsius.

Vera lectio *diducat hiatu*, ut edidit Broukhus. et sic in Groning. Voss. quart. et meo pr. et Dresd.

150. *Octipedis -- time*) *Occipitis contra terga* in meo sec. sed in marg. *at. octipedis. contra* etiam in prr. edd. et *cave* pro *time* in pr. Dorv. meoque altero. *cantus* in Commel. Gebhardi.

ELEGIA II

Fabula Vertumni inscribitur in plerisque codd. et edd. antiquis. *De deo Vertumno* in meo pr. *Fabula dei Vertuni* cod. Dresd.

1. *Quid -- in uno*) *Qui mirare* Heins. et Oudendorp. ut in aliis libris esse testatur Passerat. Vid. et Schrader. Emend. pag. 90, et sic Markland. i. e. *tu qui miraris*. -- *Quur mirare* in pr. Dorv. *signa paterna mei* in Borrich. Heins. et meo priore. pro *paterna* in Regio, pr. Dorv. Dresd. et meo sec. *petenda*.

3. *Tuscus ego et -- Volsanos*) *a Tuscis orior* in pr. Vatic. *et Tuscis* Askew. Groning. Dorvill. sec. Dresd. *Tuscus ego Tuscis* Dorvill. pr. In Regg. Colbert. meoque sec. *Thuscus ego Thuscis* etc. *et* vel *e Tuscis orior* Heins. Male Broukhus. edidit *T. ego Tuscis*, ultima enim in *ego* non producitur ap. Propertium, nisi locis corruptis, edidi itaque *Tuscus ego et T.* Dein *Praedia* conj. Heinsius. *Volsinos* in quinto Vatic. vet. cod. Perreii, et Borrich. *Volsamos* in Regiis, Neapol. meo sec. et prr. edd. *Volscinios* in altero Leid. Voss. tert. et Dorv. sec. *Volscanios* Askew. sed *Volsanos* in Mentel. Heins. Groning. et meo pr. *Clusinos* in pr. Vatic. *Volsinos* praetulit editor Elector. Etonens. Minor. BVRM. Eadem lectionis varietas ap. Liv. X, 37, 3, aliisque in locis. Praeplacet nobis *Volsinios*, ut aliis quoque in locis optimae notae codd. legunt. Vid. Graev. et Dukerus ad Flor. I, 21; Haverc. ad Tertullian. Apol. c. 40, pag. 346; c. 24, pag. 240, et quae notavit Drakenb. ad Liv. tom. II, pag. 134. *Vulsinii* et *Vulsinienses* saepe etiam

leguntur in monumentis antiquis, notante Brohkhusio, qui tamen *Volsanos* edidit, quod et Lipsio placuit ad Tacit. Ann. IV, 65. Kvin.

5. *Haec me turba iuvat) Haec me turba* Neapol. *Nec me* pr. Leid. tres Voss. Dresd. et meus uterque, ut legebat Ayrmannus. *Ne me* Leid. sec. *Haec me templa* Dorv. pr. *Nec me tura* conj. Passerat. praeferens tamen Lipsianum *Haec me turba*, quod a Colbert. uno Regio, Colot. Vatic. pr. et sec. Groning. et edd. prr. firmatur. *lector* in Mentel. et duob. Leidd. i. e. *oblector*, ut legisse Annium Viterbiensem notat editor Elector. Etonens. Minor. *satis et* in Leid. et Voss. pr.

8. *Remorum -- sonos) per vada salsa* in Mentel. pr. Leid. unde quis *salsa* posset elicere, sed *pulsa* optime se habet.

9. *tantum concessit alumnis) tandem conc.* apud Annium legi notat editor Elector. Eton. Minor. *rursum conc.* Ayrmanno placebat. *suis campum* vel *spatium concessit* legebat Heinsius. Campum Martium intellige, quem ambit Tiberis. Varro L. L. IV, pag. 12: *Itaque Tiberis amnis, qui ambit Martium campum et urbem. Oppidum Interamna dictum.*

11. *Seu -- anni*) sic vet. cod. Fruter. Mentel. Leid. pr. et meus sec. *percepimus* in sec. Leid. Voss. pr. et quarto, altero Dorv. Dresd. meo primo, aliisque et prr. ac caeteris antiquis edd. Sed *praecepimus* recte admisit et probavit Broukhus. (et saepius *praecipere* ac *percipere* in codd. commutantur, vid. Flor. II, 12, 14; Obss. Misc. tom. VIII, pag. 327; Drakenb. ad Liv. IV, 27, 5; VI, 5, 4. K.) add. Heins. ad Ovid. Heroidd. XVII, 107, et ad Fast. IV, 940, qui *praecepimus* ex cod. Voss. et Mentel. etiam praefert Advers. I, 2. *praecerpsimus* idem Heins. coniec.

12. *Vertumni -- sacrum) credidit* in plerisque codd. quibus accedunt Askew. Groning. Borrich. duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. mei, et edd. prr. *creditur* in vet. cod. Perreii. *vulgus credidit* in aliis codd. legi notat Passerat. *Vertumnum rursum* ap. Annium haberi notat editor Elector.

Eton. Min. et ipse tentat *Vertumni, rus hunc credidit esse sacrum*, i. e. rustici crediderunt, hunc anni vertentis fructum sacrum esse Vertumni, sed quis unquam *rus credidit* pro rusticis dixerit, probari nequit, addit tamen, amicum coniecisse *Vertumni fructum credidit*. Ayrmannus conj. *Seu* (subint. *dicor*) *quia vert. fructum praecep. anni, Vertumno fructus creditur esse sacer*. Heins. Advers. I. 2, corrigit: *Vertumni rus se credidit esse sacrum*, ut rus *Vert. sacrum* dicatur pro *Vertumno sacrum*. Idem tamen in not. Propert. pag. 741 conj. etiam: *Vertumni Thuscus credidit*.

14. *Et coma -- tumet*) *latenti* vitiose in Voss. quarto. *lectenti* in tert. et Leid. sec. *spicea fronde* pro vera lectione in Excerptis Scalig.

15. *autumnalia pruna*) *poma* in Borrich. Voss. quart. Heins. et meo priore, sed sequitur *pomosa corona* et *pruna*, quod et in Mentel. et reliquis codd. recte tuetur Broukhus. adducto inter alia loco ex Copae Auctore vs. 18.

18. *Quum pirus -- tulit*) *Quum prius* corrupte in Borrich. Heins. Askew. et prr. edd. sed recte Beroald. emendavit *pirus*, quia respicit ad insitionem. *in muto stipite* Vatic. quint. et pr. Dorv. *iniuncto* in Colot.

19. *Mendax fama uoces*) *vaces* in quint. Vatic. pr. Dorv. et meo sec. *voces* in Voss. pr. Mox *veranti* (quum *verare* sit vera profari apud Eunium) pro *narranti* ex vestigiis cod. Palat. reposuit Gebhardus, quem recte explosit Broukhus.

22. *In quamcumque -- decorus ero*) male in sec. Leid. et tribus Voss. *In quacumque*, ut ex cod. Livineii Guyet. et ex Commelin. praefert Gebhardus, in Heins. et meo pr. *quemcumque*, in Palat. pr. Dorv. Askew. et meo sec. *In quacumque*. Proba est recepta lectio.

23. *Indue -- puella*) *Chois* in Neap. pr. Leid. pr. et quart. Voss. et meo utroque. *Caeis* in prr. edd. *fiam modo* in quart. Voss. sed male.

24. *Meque virum etc.*) Borrich. *Aeque virum*, unde Broukhus. edidit *Atque virum*. In cod. Perreii et pr. ac sec. Vatic. *Iamque virum*, sed *Meque virum* agnoscit longe

maior codd. et edd. priscarum numerus, quod ergo in textu exhibui; probavit et hanc lectionem Markland. ad Stat. Sylv. pag. 289.

25. *Da falcem -- foeno*) *da facilem* vitiose in Askew. Dein *germina* male in Voss. tert. *gramina facta* in Dorv. pr. meo altero et prr. edd. *semina iacta* in Groning. et sec. Dorv. in cuius tamen marg. *gramina secta*, quae verissima lectio. *falx* enim non convenit illi, qui semina iacit, et sic Ovid. Met. XIV, 645.

27. *Arma -- in illis*) Non displicet coniectura Francii: *Arma tuli quondam, memini, et laudabar in illis.* Markland. adscripserat: *argutius esset* in armis, *ut Virg. Aen. II*, 314; *sed forte simplicitati Propertianae illud melius convenit.*

28. *Corbis -- eram*) Broukhus. codici suo adscripserat: *atqui messorem egit disticho praecedente latet hic mendum.* Sed in editis notis nihil ea de re monuit. *Messis* in Voss. tert. An hinc legi posset *messis erat?* quia messem in corbe colligebant, et primo loco forte frondatorem innuit torto foeno etiam caput a solis ardore defendentem, hoc autem disticho messorem. *Corbis ab imposito* in Colot. et quint. Vatic. Dorv. pr. et meo sec. ut correxerat Heins. vel *at imposito.* In pr. Regio *opposito.* Borrich. et Askew. *Corbis inposito*, sed in cod. Perreii, Meutel. Colbert. altero Regio, Groning. prr. edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci, et Berould. *Corbis in inposito.* In cod. Dresd. Aldd. Iunt. Colinaei, Gryph. aliis *Corbis et imposito*, sed recte Broukhus. *in imposito*, locutionem elegantem tuetur, vid. quae hanc in rem attulit Heins. ad Valer. Fl. I, 486; V, 349, qui hic tentaverat: *Corbis item imposito.* Markland. quoque *in imposito* praeferebat, nec improbat editor Elector. Etonens. sed vel hic *imposito*, vel seq. vs. *imposta* suspectum habet, et certe mox vs. 33 iterum sequitur *cassibus impositis* et vs. 46 *flos impositus fronti.* an forte hic substitui posset, ut abundantiam messis suae solito maiorem iactet: *Corbis in insolito pondere messor eram.*

29. *Sobrius ad -- imposta corona*) Heins. ob praece-

dens *imposito pondere* conj. *at quum mihi sumpta corona est*, sed mox sequitur *arundine sumta*. Deinde pro *clamabis* in Heins. et meo priore *iurabis*, quod male repetitum ex vs. 26. pro *subisse* in Groning. Askew. et tertio Voss. *subesse*, ut Livinei.

31, 32. *Cinge caput -- plectra dabis*) Pro *mitra* in Borrich. *myrto*, sed vulgarem lectionem tuetur Ovid. Met. XIV, 654, et *mitra* Baccho optime convenit. Pro *Iacchi* vitiose in Regg. *Achivi* et *Achei*, quorum unum etiam est in primis edd. alterum in omnibus fere codd. ut in Neap. Excerpt. Scalig. Groning. Borrich. Askew. pr. Leid. pr. et quart. Voss. sec. Dorv. et meo utroque. *speciem Iacchi* pro forma pouit, forte tamen hic melius esset, *faciem furabor Iacchi*, quia mox sequitur *aurigae species Vertumnus*. frequenter *species* et *forma* in codd. inter se commutantur, vid. Virg. Georg. IV, 361; Ovid. Heroidd. II, 91; Met. XV, 252; Lucan. VI, 758, vel mox scribendum: *Est etiam aurigae facies Vert.* ut olim coniecit Broukhus. Altero versu *Si mihi plectra dabis* legebat Francius. Hoc autem distichon forte aptius sequeretur post vs. 24: *Indue me Cois* etc. *Meque virum* etc. *Cinge caput* etc.

33, 34. *Cassibus impositis -- deus aucupio*) *Cassibus assumtis venor*, *at* in Askew. quod forte non spernendum propter frequentem vocis *impositis* in hac el. recursum. *ast* in Regio. Corrupte *rerior* in Borrich. et *verior* in meo priore. Optima Heinsii coniectura, quam Ald. editioni adscripserat, *Faunus viscoso sum deus aucupio*, quae adstrui potest loco Petron. c. 109: *Ecce etiam per antennam pelagiae consederant volucres, quas tectis arundinibus peritus artifex tetigit. Illae viscatis illigatae viminibus deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, primasque per maria inanis spuma torquebat.* Vbi *viscatum* illud *aucupium* bene illustrat Gonsalius. BVRM. Petronii locum iam attulit Passeratius, neque repugnat ille vulgari lectioni, quam probam opinor. K.

35. *Est etiam -- et eius*) *sed etiam* in Regio. *auriga* in Heinsii cod. et meo pr. *Est etiam aurigae speciem* conj.

Heinsius, vel *Est etiam aurigae specie*. Pro *et eius* in variis codd. et edd. priscis *et haelus*, vel *aelus*, aut *elus*, unde infeliciter Passerat. formabat *et ollus* pro *et ille*. Certe *eius* vocem a Virg. aliisque poëtis epicis nunquam adhibitam, Elegiacis rarissimam, ex Horat. Carm. III, 11, 18 eiecit Bentl. licet Nasonem bis hac voce usum addat, nempe Trist. III, 4, 27; Met. VIII, 16. addi potest tertius locus Pont. IV, 15, 6. neque refugit Gratius Cyneg. vs. 224. Recte igitur Bentl. hoc in loco Propertii *eius* sine sententiae dispendio non posse abesse animadvertit, sequente praesertim *qui*. Burm. Conf. etiam quae hanc in rem notata leguntur in Obss. Miscell. tom. I, Vol. II, pag. 33, ubi *eius* admittendum h. l. esse, demonstratur, et plures afferuntur loci, in quibus quoque pronomen *huius*, initio, medio, et fine versus occurrit. Kuin.

36. *Traiicit -- equo*) *Traiicit adverso* in cod. Regio. *Traiicit alternos qui leve pondus equos* Heins. in ora ed. Ald. pro *leve pondus* Schrader. Emend. pag. 166 *leve corpus* malebat, ut in marg. libri sui etiam correxerat Markland. et olim Broukhus. suspicabatur, sed postea reiecit.

37. *Suppetat -- praedabor*) Corrupte *Suppet* in Mentel. pr. Leid. Heins. et meo priore, in quo suppletur m *Suppetat* a manu sec. *Superat* Borrich. *supperat* Neap. Heinsius in marg. ed. Ald. *Suppar huic* conj. *Suppetat, hoc pisces calamo* etc. Passerat. subintellecto *si suppetat*. sed rectius Heins. et Markland. *Suppetat hic*, calamus nempe. *Suppetat* enim hic est, si usu veniat, et ita edidisse Annium Viterb., nec aliter legere debuisse, qui interpunxerunt *Suppetat hoc*, notavit editor Elector. Etonens. Minor. qui ipse interpungit: *Suppetat; hoc pisces* etc. *Suppetat, huc calamus, pisces praedabor* Guyeto placebat. Deinde *et tunicis* in Dorv. pr.

39. *Pastor -- curvare*) *Pastorem ad b. possum curvare*, sic legitur in pr. et quint. Vatic. et ex cod. vet. protulit ac probavit Passerat. quod secutus est editor Elector. Eton. Minor. et ita Francium coniecisse notavit, atque assensus est Broukhus. licet ediderit *curare*, ut placuit olim Palmerio in Spicilegiis pag. 181, et Turnebo Advers. III.

23; XXIII, 6, quod in multis codd. et edd. priscis, et sic Casaub. ad Suet. Tib. c. 11 extr. ubi locutionem verbi *curare* cum casu quarto illustrat. Acidalius ad Vellei. Pat. II, 95, et Volscus *curare pastorem* explicat: tanquam Vertumnus dicat, se Pana fieri posse, quum libuerit, quia Pan curat oves, oviumque magistros, et *inde pecoris deus et armenti custos* dicitur Ovid. Fast. II, 271, 277. Heinsius vero, cui id minus Latinum videbatur, *Pastori ad baculum possim certare* emendabat Advers. I, 2, et notis Propert. pag. 742, i. e. pastori certare possum eius formam habitumque exhibendo. Francius tentaverat etiam *formare*; quod minus arridet. *curvare* vera lectio est, quae Marklando etiam placuit, ut habitum pastoris baculo incumbentis referat. Ovid. Trist. IV, 1, 11: *Pastor me ad baculum possum curvare* legebat Ayrmannus. Burm. et Lennep. Animadv. ad Coluth. I, 15, pag. 71, atque hanc emendationem verissimam in textu exhibui; quum ea minus a codd. scriptura recedat, e lectionibus vero *pastorem curare*, vel *curvare* contortus et incommodus exeat sensus. Waardenburgius Obss. crit. in Prop. legendum esse suspicabatur: *Pastorem ad baculum possum simulare*, ut *simulare* ap. Ovid. Met. XI, 310. *Phoebus anum simulat*. Horat. Epist. I, 19, 2. Kuin.

40. *Sirpiculis -- rosam*) *Serpiculis* in plerisque codd. et edd. priscis, nisi quod *Sepiculis* in Neap. *Scirpiculis* in Colot. *Serpiculus* in uno Regio, Askew. sec. Leid. pr. et quarto Voss. et sec. Dorv. Pro *cano* Heins. conj. *raro vimine.*

41. *de quo mihi maxima cura est*) sic in Broukhus. editione ex cod. Borrich. et Groning. et hanc lectionem probabat Markland. ex imitatione Ovid. Trist. IV, 3, 17. in aliis *fama*, ut in pr. Leid. et pr. Dorv. *fama est* in meo sec. *maxima vis est* in vet. cod. Fruterii. *quorum mihi* Francius. *Tortorum in manibus* inepte in Groning. Hoc autem distichon et duo sequentia a librariis sua sede mota, et transponenda post vs. 18 censet Schrader. Emend. pag. 167, 168.

44. *Me notat -- levi*) *Me necat* in meo sec. An forte

Me vocat ? i. e. curam meam postulat. *iuncta levi* in meo altero cod. Dresd. et prr. edd. Heins. ad oram ed. Ald. conj. *et tunica brassica vincta levi*, sed *iunco* non sollicitari iubet locus Copae vs. 22: *Est pendens iunco caeruleus cucumis.*

45. *decenter Impositus fronti)* pro *decenter* Heins. conj. *recenter*. Corrupte *imposuit* in Mentel. et Leid. pr.

47. *At mihi -- omnes)* distichon hoc Guyeto suspectum fuisse, notat Heins. vellem rationem addidisset Guyetus. *Et mihi* in pr. et sec. Vatic. *sic mihi* editio Annii Viterb. *Ac mihi* Ayrmannus. *vertebat* in Leid. sec.

48. *Nomen -- dedit) patria longa* in Askew. Certissimam puto Schraderi emendationem pag. 169. *Nomen* (vel *Nomina*) *Vertumni patria lingua dedit*, praesertim quia in hac eleg. similes a *vertendo*, nomine suo addito, reddit. causas, ut vs. 10 et 11.

49. *Et tu -- Tuscis) At tu* in Askew. duob. Leid. pr. et tert. Voss. utroque Dorv. meis et prr. edd. Altero vs. *Vnde hodie Tuscus nomina vicus habet* in Borrich. sec. Leid. pr. tert. et quart. Voss. Heins. meoque priore.

51. *Tempore -- armis) Socii veniet* in aliis cdd. *Lycomedius* Dresd. *venit sociis Lycomedius* in uno Regio. *Lucumonius* edendum censui, ut legendum iam monuit Scoppa Collect. c. 18; Turnebus Advers. XXVI, 35; idque Annii Viterbiensis auctoritate recepit editor Elector. Eton. Maior. (vid. notas). *Lucumo pius* Ayrmanno in mentem venerat. Deinde *contulit* male pro *contudit* in Borrich. duob. Leidd. Voss. pr. Heins. Dresd. et meo sec. ut in Palatino. *contulit arma Thraci* in Regio. *Taci* in Borrich. et meo sec.

53. *Vidi ego -- caduca) labentes galeas* ad marg. ed. Ald. conj. Heinsius: non probo. *labentes acies* sunt inclinatae. Altero versu *Totque hostes* Francius, sed si quid corrigendum, altera eius coniectura *Vidi hostes* praeferenda esset, quia haec repetitio ad genium Propertii est. *Atque hostes* non dubito hic repetitum ex praeced. pentametro,

Atque Sabina etc. *turpi fuga* legebat Passerat. Occurrit *fugae terga dare* passim ap. Ovidium.

55. *Sed facias -- aevum)* Broukhus. codici suo adscripserat: « lege, *sic facias* i. e. ita ut facias, o Iupiter, ut Romani tot iam partis victoriis aeterna fruantur pace: hoc dicit ex occasione memoratae victoriae de Tatio rege Sabinorum ». *ut tua Roma* in sec. Dorvill. et *turba rogata* in utroque illius cod.

58. *haec -- meis)* Pro *meta* Pocchus *cura* suppeditat. *ultima creta* Scaligero placebat, et Lips. Antiq. Lect. V, 10, ut legitur in Neap. Mentel. Livineii Vaticano, pr. Leid. tribus Voss. meo sec. et prr. edd. Venetis, Reg. Lep. et Volsci, eoque ducunt codd. in quibus *certa*, ut in Borrich. Leid. sec. Heins. meo priore. sed *meta* in reliquis et vetustis post Beroald. editionibus, et hanc lectionem recte tuetur Broukhus. In meo primo *hei spatiis* i. e. *heic* pro *hic spatiis*. Ex vet. cod. Perreius hic adscripserat: *ultima cera*, addens, in ceratis enim tabulis scribebant.

59. *Stipes -- dolatus)* *Stipis acervus* in multis codd. et edd. priscis. Mox *Ante tamen grata* in Mentel. et pr. Leid. sed *Ante Numam* indicat, iam Romuli tempore Vertumnum pro deo cultum.

61. *At tibi -- ahenae)* Corrupte in ed. Volsci *At tibi Marmusii formae caelator ahanae*. *Mamurri* Cod. Dresd. *Marmurii* in ed. Reg. Lep. *Mamurii* in Veneta 1475; sed *Mamuri* in Vicent. 1481, Berould. Aldd. Iunt. et caeteris vetustioribus. Secundam in *Mamuri* a Propertio produci, quam tribus locis corripit Ovid. Fast. III, 383, 389 et 392 notavit Broukhus. Μαμούριος Graecis est.

62. *ne terat Osca manus)* *me terat* in meo altero, *me terat ossa* in cod. Regio. *nec terat ossa* Dorv. sec. *ossa* etiam in Askew. *ne premat* conj. Livineius.

63, 64. *Qui me -- unus honos)* *Quod me* in quint. Vatic. Dorv. pr. et meo sec. *docilis* in meo utroque, et plerisque codd. atque edd. priscis. *facilis* in tert. Voss. sed *dociles usus* indicant sollertiam artificis, usu vocis eleganti, vid. patruum meum ad Calpurn. Ecl. I, 18. *findere* in

Dorv. sec. *infundere* in Mentel. et pr. Leid. Vltimo versu amplector Marklandi coniecturam: *Vnum opus: ast operi non datur unus honos.*

ELEGIA III

In codd. habetur titulus a librariis praefixus, *epistola Arethusae ad Lycotem*, ut in Regg. meo sec. aliisque, et priscis edd. *epistola Arethusae ad Lycotam virum suum* cod. Dresd. *Arethusa Lycothe S. Pl.* in Heins. et meo primo. In Borrich. *Arethuse ad Lycotem.*

1. *Haec -- Lycotae*) *Haec* initio deest in pr. et quart. Voss. et Dresd. Veneta 1475, Reg. Lep. et Volsci edd. *Hac* in Aldi sec. Deinde *Ne toties absis* in Heins. meo priore et Voss. tertii marg. an forte legendum: *Cum toties absis, qui potes esse meus? Qüi totiens absis* perperam Guyetus. Idem et emendavit *meo mitto mandata Lycotae* sono auribus ingratissimo.

3. *tibi lecturo pars oblita deerit*) vitiose in Leid. et Voss. pr. *oblitura.* Heinsius conj. *Si qua tamen tibi lecturo fors oblita deerunt*: sed sqq. *Haec erit* etc. vulgatam tuentur. *Haec est* in Askew. forte quia *erunt* sequitur.

5. *Aut si -- tractu*) *Ac si qua* in meo sec. *At* in aliis edd. *Et si* cod. Dresd. (Saepius enim in codd. *aut* et *at*, vid. viros doctos ad Ovid. Am. III, 7, 1. *ac* et *at*, vid. Virg. Aen. I, 171; Sil. X, 534; XIII, 111; XIV, 491 inter se permutari solent. K). Pro *tractu* Heins. malebat *ductu*, quod probo. Sic enim *literas ducere* pro formare, scribere. Altero versu *erant* in Grouing.

8. *Te — Sericus hostis equo*) *Naricus* in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. ut castigandum censebat Volscus. *Noricus* in aliis. *Herricus* in Mentel. et Regio. *Tu modo munitus hericus* Borrich. Neapol. Askew. Harlei. Musaei Britan. Leid. sec. Voss. tres, Dorv. sec. et meus pr. cum edd. priscis. In meo sec. *munitus hernicus*. Scaliger *Beticus* ex suo cod. probabat. *Sericus* ex Beroaldi emendatione

receptum est pro Parthicus. Neque placet *Ibericus*, ut in marg. edit. Scaligeri coniec. manus erudita. *Rhacticus* legendum censebat Tristanus tom. I Comment. pag. 474, intelligens Rhaetos auspiciis Augusti per Tiberium et Drusum victos, adiuvat hanc coniecturam cod. Askew. in quo *Raericus*.

9. *pictoque Britannia curru*) *pictaque Britannia carne* conj. Cannegieterus; *picto vultu* malebat Schrader. Emend. pag. 170. Vtrumque potest admitti, quia Britanni vett. vultum et totum corpus caeruleo colore fucabant. Vid. Voss. Obss. ad Pompon. Melam III, pag. 5 extr.

10. *Vstus — equo*) *Eoa aqua* in omnibus fere codd. et edd. priscis, in quibus etiam *discolor* pro *decolor*. Gruter. Suspic. inedit. lib. XVI, c. 10 scribit se *Eoo equo* aliquando substituisse pro *Eoa aqua*, sed postea id repudiasse, quia praecedens distichon in eamdem vocem terminetur. Broukhus. cum Passerat. *Eois equis* vel *Eoo equo* praefert; et sic Heins. in notis Propert. pag. 743; Ennius VI Annal. ap. Macrob. Saturn. VI, 4, 2: *et laetus Eois Eurus equis*. Lectionem *decolor*, quam Broukhus. recte tuetur, firmat quoque locus Ovid. AA. III, 130.

11. *Haecne -- mihi noctes*) *et pactae sunt mihi noctes* olim edebatur. *hae num pactae mihi noctes* in vet. cod. Perreii, Colot. et sec. Vatic. unde Heinsius *hae pactae num mihi noctes?* In Mentel. Reg. uno, Colbert. Borrich. Heins. meo priore *et pacatae mihi noctes*. Corrupte in Neap. *et parce avia mihi noctes*. In Dresd. *paccate mihi*. In pr. Leid. quart. Voss. sec. Dorv. *et paccatae*. *et paratae* superscr. in Leid. *et peccatae* Askew. *et haec sunt pactae mihi noctes* Dorv. pr. *et pactae sunt mihi noctes* in altero Regio. *et pactae iam mihi noctes* Voss. pr. ut correxerat Markland. *hae sunt pactae mihi noctes* in Leid. sec. Voss. tert. et meo altero. *et pactae sunt mihi noctes* in prr. et aliis priscis edd. *pactae sunt mihi noctes* conj. Heins. ad Ovidii Heroidd. IV, 150, vel, *ubi pactae iam mihi noctes*, Advers. I, 2.

12. *urgenti brachia victa dedi*) *ingenti* in pr. et

quart. Voss. Commeliniano Gebhardi. *brachia nuda* Askew. sec. Leid. et in marg. tertii Voss.

13, 14. *deductae fax — nigra rogo)* *deducti fax omen pertulit* in Dorv. sec. *protulit* pr. Voss. Livinei. conj. *fax lumen praetulit*, firmabatque ex Senecae Octavia vs. 25: *Illa illa meis tristis Erinnys Thalamis Stygios praetulit ignes*, sed quia facem nuptialem colore poëtis solemni fingit ab igne rogali raptam, ideo pronubam infaustum *omen* sibi praetulisse dicit. Pro *everso* in Excerptis codicis Scaligeriani *averso*, in Modiano seu Groningano *adverso*, unde *arsuro rogo* legebat Heinsius, ut ap. Ovid. Heroidd. VI, 42; Met. II, 620 al. Burm. Ovid. Heroid. II, 117 sqq. *Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis, Et cecinit moestum devia carmen avis. Adfuit Alecto brevibus torquata colubris; Suntque sepulcrali lumina mota face.* add. ep. VI, 43 seq. Huschkius Analect. Crit. pag. 213, qui lectionem, quam textus exhibet, quoque tuetur, laudat epigr. Erinnes Anal. Br. tom. I, pag. 58: Ὡς τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ὑφ' ἇς δόμον ἄγετο πεύκας, Τᾷδ' ἐπὶ καδεστὰς ἔφλεγε πυρκαϊᾶς. Kuin.

15. *Et Stygio -- lacu)* male Guyetus *E Stygio*. copulanda haec sunt praecedentibus, *et sparsa lacu Stygio* est, aqua Stygia sum adspersa, quia in nuptiarum solemnitate, ut in omnibus sacris, aqua lustrali adspergebantur.

17. *Omnibus heu -- Texitur)* *pendebant noxia vota* in Excerpt. Scalig. *pendent mea maxima vota* in Mentel. et pr. Leid. *pendent obnoxia vota* legebat Heins. quid si legamus: *mea pendent auxia vota?* de vitae tuae salute, et de felici reditu sollicita; confirmatur haec conjectura Passeratii codd. *Texerit* male in pr. Voss. Solebant veteres matronae viris suis ad bellum profectis lacernas texere, ut Lucretia Collatino Ovid. Fast. II, 745; add. Virg. Aen. IX, 488; Claudian. Consul. Probin. et Olybr. vs. 224.

19. *Occidat — vallum)* *Occidet* male in Voss. quarto. Pro *immerita* corrupte *minerva* in pr. Dorv. in qua tamen scriptura forsan latet *inventa*, neque tamen *immerita arbore* sollicito. *qui carpserit arbore* in Palatino,

Dorv. sec. et Askew. *quae carpsit* Neapol. *in arbore* alii. Heins. vero conj. *qui sepsit* vel *rasit ab arbore vallum*. Dein *rauca per ora* in Vatic. quint. et Dorvill. sec. *aera* in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. ut in aliis codd. legi etiam testatur Passerat.

21. *Dignior — Ocno*) *Segnior* in Heins. et meo priore. *Oblito* Fruterius, et pro fatuo vel extremo capiebat. Male. *torquet aeno* Mentel. Groning. Palat. Gebhardi, Heins. Voss. tert. et Askew. *torqueat Ocno* Commelin. Borrich. sec. pr. et quart. Voss. Dresd. cum meo secundo. *Ocno* legendum recte monuit Gebhardus, sed nescio quam Colinaei editionem memoret, in qua legatur: *Dignior obliquum funem qui torqueat ocno*, nam in illa qua utor Paris. 1529, et in edit. 1534 editum inveni: *Dignior obliquo funem qui torqueat ocno*. -- *Orno* in codd. Regg. Colbert. et prr. edd. Venetis, Reg. Lep. et Volsci.

23. *Dic mihi -- lacertos*) *dum teneros* in Regg. Colbert. Mentel. Borrich. Heins. pr. Leid. et quart. Voss. meo sec. et prr. edd. *cum* in Askew.

25. *Haec -- puella*) *potius noceant* in cod. Reg. *Nec noceant* et *puellae* in Voss. pr.

27, 28. *Diceris -- ille meo*) *macre* in Excerpt. Scalig. *collum tenuasse* in Mentel. tribus Voss. Heins. et meo priore, in quibus duobus vitiose etiam *collum tenuisse*, ut et in Borrich. *Dicitur et macies* conj. Heinsius. Deinde *ut desiderio* Mentel. Leid. pr. et Voss. quart. *Et desiderio* Leid. sec. pr. Voss. Dorvill. alter, meus pr. et edd. priscae. *color iste* in pr. Leid. Dorvill. Dresd. meo et prr. edd. *ipse* in sec. Dorvill. et Askew. Burm. Saepius a librariis *ille* et *iste* inter se permutata esse, docuerunt Barth. ad Stat. Theb. V, 377; Burm. ad Ovid. Art. A. I, 304; Heins. ad Ovid. Heroidd. XVI, 220; XX, 142. Kuin.

29. *At mihi -- amaras*) *Et mihi nunc noctes* in pr. Leid. *indixit* Askew. *inclusit* Dresd. *reduxit* ex Palatinis Gebhardus; sed quod merito reiecit Broukhus. propter locutionem *inducere noctem* veteribus usitatissimam.

31. *Tum -- lecto*) *Tunc* cod. Dresd. *scindere* vitiose in meo sec.

32. *Lucis et -- carmen aves*) Gruterus in libris Suspicionum ineditis lib. XV, c. 14, cui non satis proprie dici videbantur galli *auctores lucis*, coniiciebat: *Lucis et Aurorae non dare carmen aves* vel *Lucis et auctori non dare carmen aves*, ut promiscue dicatur de quibusvis avibus. Neutram emendationem probo. Nam in prima videtur magis impropria esse locutio, ut galli dicantur *Lucis et Aurorae aves*, quam *lucis auctores* h. e. *praenuntii*, licet *Aurorae* in aliis legi testetur Latinus Latinius. Altera magis conveniret poëtae christiano, ut per *lucis auctorem* intelligatur Deus.

34. *Et Tyria -- ducta suos*) ita recte restitutum pro *gladios*, ut legebatur in codd. et edd. vetustis. *radios* tamen agnoscunt vet. cod. Perreii, Colotian. pr. et sec. Vatic. quod optime vindicavit Broukhus. Dein *vellera secta* male in duob. Leidd. tribus Voss. binis Dorvill. meo utroque et priscis cdd. sed *texta* in aliis codd. ut ex codd. Vossii, in quibus etiam *radios* legendum adscripserat Oudendorp. Heins. in notis Propert. pag. 744 ex vet. cod. legebat *in radios vellera texta*, vel *pexa*, aut *neta*, sed Advers. II, 4, pag. 236, et ad Val. Fl. VI, 223 *in radios texta* vel *in calathos vellera lecta suos* emendabat. Broukhus. e coniectura edidit *ducta*, sed textui sine codd. auctoritate coniecturas inserere, temerarium semper iudicarunt viri docti, quia igitur *secta* in plerisque codd. legitur, *lecta* praeferendum censui, quod propius scripturae veteri inhaeret.

36. *Quot sine -- eques*) *equus* in omnibus fere codd. et edd. priscis, et sic legebat Livinei. et in marg. libri sui Markland. Parum interest, an *equus Parthus* vel cum Scaligero *eques* (quod etiam in ed. Broukhus. Vulp. Burm. expressum est) hic legatur, non tamen illam ob causam, ut cum Broukh. statuamus, veteres et hominem equo insidentem et equum ipsum promiscue *equitem* dixisse, quod multis refutavit Patruus meus ad Virg. Georg. III, 117;

sed quia vix interest, an *eques* vel *equus* Parthicus dicatur aliquot millia in aridis locis illis currere posse.

37. *Cogor -- mundos)* *Conor* conj. Broukhus. *cogor* tamen melius Arethusae convenit, cogebatur tabulas geographicas oculis perlustrare, quas absque desiderio absentis mariti non curaret. *cognoscere* pro ediscere in aliis legi testatur Latinus Latinius pag. 63. Burm. Postposuit hoc distichon sequenti Vulp. cum Broukhus. licet prior nihil in sua edit. mutarit; Broukhusium secutus est etiam Burm. citra necessitatem. K.

38. *Qualis et -- dei)* *ponitura* corrupte in Voss. pr. Volscus haec verba intelligebat de Arethusa discere cupida, quo pacto mundum Deus disposuerit. Passerat. mundum ipsum *Deum doctum*, seu sapientem, ex Stoicorum sententia dici existimabat, satis absurde. Vulpius *doctum Deum* solem sive Phoebum omnia scientem interpretatus est. (Saltem Proclus hymn. in Solem Anal. Brunck. tom. II, pag. 441. Solem invocat regem πυρὸς νοεροῦ i. e. ignis intelligentis praediti, vid. Iacobs. Animadvv. in Anthol. Gr. tom. II, P. III, pag. 273. *posituram* autem Solis explicat Vulp. Solis iter obliquum per zodiacum, Situm, inquiens, Solis et cursum Geographi maxime spectant. Kuin.) Male; de Deo autem rerum omnium satore et mundi conditore intelligere, philosophiae et rerum naturalium indagatori decentius esset, talis vero sapientia minus apte cadit in feminam mariti sui absentiam impatientius ferentem. An forte scripserit poëta: *Qualis et haec doctis sit positura viris*, ut per *viros doctos* intelligat geographiae peritos, qui tabulas illas confecerunt, vel *Qualis et hinc longis sit positura viis*, ut positura pro locorum distantia et situ dicatur, seu positione, sicuti loca sub hoc vel illo coeli cardine *posita* i. e. sita dicuntur: vel si quis positurae vocem in poëta elegiaco minus ferat, quam in Lucretio, liberiore coniectura divinare ei liceret: *Quave sit hinc longis puppis itura viis*. Burm. Burmannus verba nimis premens, nodum in scirpo quaerit; et his emendationibus cunctis, quas ipse merito audaciores et longe quaesitas vocat, facile carere possumus. Vid. notas. Kuin.

39. *Quae tellus -- ab aestu*) *lentam gelu tellurem* Fruterius exponebat *pigram*. In Excerpt. Scaligeriani cod. *pura*, forte pro *dura*. Sed Vossius ad Catull. pag. 214 *lentam* explicat *lubricam*.

41. *Adsidet -- nutrix*) *Adsit* in pr. Voss. *Assidat* corrupte in Mentel. et pr. Leid. *pallida nutrix* communis codd. lectio est; et in vetustis edd. ut utraque Aldi, Iunt. Colin. Gryph. Rovill. Scalig. Canteri et Dousarum Rapheleng. distinguitur: *Adsidet una soror; curis et pallida nutrix*, quod praetuli. *callida nutrix* Broukhus. textui ingessit ex emendatione Heins. ad Ovid. Met. VI, 576; quae emendatio magis mihi probaretur, si de amore clandestino et furtivo ageretur, sed *pallida* hic aptius convenit Arethusae. Burm. recte; repudiavit quoque Heinsii et Broukhus scripturam: *Adsidet una soror curis; et callida nutrix* etc. Struchtmeyer Animadvers. crit. II, 12, pag. 164. Kuin.

42. *Deierat*) *Peierat* in omnibus fere codd. et edd. priscis. Heins. ad marg. ed. Ald. adscripserat *deierat*; et sic Livineius, quod amplexus est Broukhus. et notionem verbi *deierare* pro sancte affirmare exemplis recte illustravit; sed et *falsum deierare* dixit Gellius, I, 3, ubi vid. Gronov. et patrui mei notas ad Suet. Ner. c. 28. Papias in Vocabulario: *Deiurat*, *satis iurat*, *verum iurat*; forte *deierat*.

43. *nuda tulit -- molle caput*) *mamilla* in Borrich. Heins. et meo priore. *barbare mole caput* in pr. Leid. Gebhard. qui in Palatinis quoque *mole* reperit, legendum censet *galeae mole*. Perperam. Mox vs. 46 *Issem militiae* conj. Heinsius.

47, 48. *Nec me tardarent -- frigore nectit aquas*) *Atlas* pro *altas* in vet. cod. Perreii, sec. et quint. Vatic. et prr. edd. *niger Atlas* in eod. sec. Vatic. pro *pater* corrupte in pr. Voss. *patere*, in Groning. *cum parat altas*; quae scriptura in altero vs. exigeret *nectere*, ut Heinsius in notis Propert. pag. 744. qui etiam conj. *cum patrio altas*. Quum vero *pater Africus*, quem pro Septentrione poni exemplis probandum esset, vix dici posset Scythiae flumina in glaciem constringere, hinc Ianus Helvetius olim

mecum communicavit emendandum sibi videri: *quum pater altas Trascias* etc. *Trascias* ventus Graecis dicitur, qui Latinis *Circius*, vid. Brodaeum ad Anthol. Gr. lib. I, pag. 105, et nos ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 387, vel legendum: *Thracius in glaciem* etc. ut Aquilo intelligatur. Vid. Horat. Od. I, 25, 11. Eldikius, cui *pater* Aeolo potius convenire videbatur, coniiciebat: *quum Pater alta Adstrictas glacie frigore n. a.* ut *Pater* sit Iupiter, vid. Horat. Od, III, 10, 7. Sed *glacie frigore* non valde eleganter iunguntur, neque *in glaciem* Propertio eripi vellem; hinc potius legerem: *Nec me t. S. iuga, quum parat altas Arcticus in glaciem nectere ventus aquas, ut Arcticus ventus,* Boreas, propius inhaereat voci *Africus*, et *ventus* ex *nectit* non violenta certe mutatione eliciatur (Vid. notas).

49. *Omnis amor -- maior*) Passerat. testatur, in codd. legi *apto in coniuge*, procul dubio eum fefellit scripturae compendium *apto* i. e. *aperto*, hinc tamen Schrader. Emend. pag. 171 *in apta coniuge* deduxit, quia *coniux apertus* neutiquam convenit, et *amor in coniuge* pro *erga maritum* non recte dicitur. Sed facile transpositis literis ex *sed aperto*, deletis tantum *a* et *p*, elici potest vera versus restitutio, nempe: *deserta in coniuge maior*. Sic passim in epistolis Ovidii Heroides se desertas quum queruntur, maiorem amoris aestum manifestant, Vid. III, 82; V, 75; XV, 155.

51, 52. *Nam mihi quo, Poenis -- aquosa manus*) Cod. Dresd, *quo peius*. In omnibus antea codd. et edd. legebatur *tibi purpurea*, et seq. vs. *Crystallusque tuas*, iude plerique interpp. haec ad Lycotam retulerunt. *si* correxit Heins, ad Ovid. Pont, I, 5, 79. *te purpura* Neapol. quod marg. cod, sui etiam adscripserat Markland. *suas* Broukh. e sua emendatione in textu dedit i. e. manus quae eam gestant. *meas* tamen ex Neap. praeferrem (*meas* in textum revocavi, quoniam cod. auctoritate nititur, quamquam non nego, *suas manus* elegantius esse, manus quibus est destinata, quibus aptari solet. K.). *Chrysolithusque* vel *Beryllusque suas* conj. Heins. Adv, I, 2, qui haec ad se referri

ab Arethusa, non ad Lycotam, existimat. Passeratius enim crystallum de vase vel poculo crystallino capiebat, quo manus Lycotae ornaretur, quum biberet. Bronkh. de pila crystallina, quam manu versabat Arethusa, intelligebat, sed talem pilam manu versabant puellae Romanae aestatis calore ad refrigerandum; haec epistola vero hieme scripta, vid. vs. 42. Recte igitur Vulp. explicuit de annulo.

53. *Omnia surda -- colendis*) *Omnia* in quarto Voss. *Limina surda tacent* vel *Ianua surda tacet* conj. Heinsius. *rarisque kalendis* in singulis fere codicum apud me Excerptis et edd. vetustis. *rarisque assuta* in Askew. *raras kalendas* Passerat. exponit paucas vel raro venientes, sed animas, seu quotannis semel redeuntes. Volscus explicat, quae vix semel quoque mense Arethusae domesticos lares aperiunt. Markland. conj. *Martis kalendis*, quo die munera accipiebant feminae. emendavit Heinsius Advers. I, 2 notis Prop. pag. 744, qui antea *arvis colendis* tentaverat, optime *radiis adsueta colisque*, ut innuat Arethusa, nec sibi ianitorem, neque ancillam ad fores aperiendas in promtu esse; quamquam sensus mihi alius videatur, nempe, vix una ex ancillis meis lanificio unice intentis domum aperit, me sola a te relicta. Graevius male in tom. IV Syll. Epist. pag. 227, 29 *agris colendis*. Struchtmeyer. Animadv. pag. 160; Wakker. Amoenit. Liter. pag. 103; et Schrader. Emend. pag. 172 emendabant: *lanisque adsueta colendis*. Sed Heinsianum *colisque* praeferendum videtur ob locum Virg. Aen. VII, 805 de Camilla: -- *non illa colo, calathisque Minervae Femineas adsueta manus*, quem locum si ante oculos habuerit Propertius, *calathis adsueta colisque* non male etiam hic legi posse videtur. Burm. Quum ex vulgari lectione commodus sensus elici nequeat, lectio vero *lanisque colendis* proxime ad scripturam codicum accedat, et haec ipsa correctio apta et facilis sit; eam recipiendam putavi. Kuin.

55. *Glaucidos et catulae*) optime sic emendavit Scaliger, pro lectione codd. et edd. vett. *Graucidos*, ut etiam in meorum codd. Excerptis habetur, quod Beroald. dictum existimat a γραῦς. *Graucidos* Mentel. Dresd. Leid. pr. et meus

sec. frustra tentavit Heins. *Raucidula et catulae vox*, licet in sec. Reg. *Raucidos*. nam in Colbert. et pr. Regio *Graucidos*, ut in caeteris. *querenti* in Dorv. sec. Altero versu legitur *toro* in Mentel. Excerpt. Scalig. Neap. Groning. pr. Leid. et Voss. Dorv. sec. Dresd. et meo utroque, cum uno Palatino Gebhardi et prr. edd. *Illa mihi partem* in altero Palat. frustra Passerat. *sibi partem vindicat*; neque probo Gebhardi coniecturam: *Illa tuam partem vindicat una toro.*

59. *Sive in — tigno*) *in furtivo* Regg. meus sec. et prr. edd. Venet. Reg. Lep. Aldd. Iunt. et Colin. *finitimo* in Vatic. sec. et caeteris edd. atque ed. Beroald. Gryph. Rovill. et Canteri. *genuit* vitiose in pr. Voss. Borrich. et Dorv. pro *tigno* conieceram *tecto*, (quod probat Huschkius in ep. ad Santen. K.) in domus culmine, ut ap. Virg. Georg. I, 402: sic hae voces et aliis in locis variantur. Vid. interpp. ad Ovid. Met. XIV, 534; Fast. IV, 233; Markland. ad Stat. Sylv. 47.

60. *Seu voluit -- mero*) Pro *voluit* Scaliger ad Cirin. vs. 344 affert *metuit*, quod in aliis legi, vel *doluit*, notat Passerat. sed utrumque reiicit et *voluit* tuetur. *tingi* autem praefero pro *tangi*, cum quia id rei huic magis proprium est, tum quia sic legitur in vet. cod. Perreii, Colot. tribus Vaticc. et tert. Voss. licet alterum probasse videatur Scriverius ad Martial. pag. 149; Heins. ad Ovid. Fast. IV, 740. Dousa P. editioni Canteri adscripserat *tingi*.

61. *Illa dies -- agnis*) *hornis eadem* in Groning. et Dorv. sec. *ornis* in binis Leidd. et Voss. pro *agnis* vitiose *ignis* in Voss. quart. *succinctaeque* perperam in plerisque codd. et edd. priscis, ut et *cadent* in Mentel. duob. Leidd. et tert. Voss. *cadunt* in altero Dorv. sed optime *ad nova sacra* in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. et sic affert Turneb. Advers. XVIII, 5. Vid. Abramum ad Cic. pro Milon. c. 24, pag. 893 (sed *lucra* longe exquisitius et significantius dictum, adeoque praeferendum. Kuin.). *Succinctaeque calent ad tua* Askew. unde legi posset: *Succinctique calent ad tua sacra popae.* Sed ut praecedens distichon melius anteponeretur vs. 57, 58 hoc ordine:

Sive in finitimo etc. *Seu voluit* etc. *Flore sacella* etc. *Et crepat* etc. sic duo hi versus *Illa dies* etc. *Succinctique* etc. haud dubie suo loco moti, et infra collocandi sunt post vs. 70: *Incorrupta* etc. *Hac ego* etc. *Illa dies hornis* etc. ut eleganter respiciat ritum, quo solebant amicis vel maritis e longinquo itinere, et bellica inprimis expeditione domum redeuntibus tenerum agnum, iuvencum in epulas caedere, vel ad sacrificium immolare. Horat. Epist. I, 3 extr. Od. II, 7, 17.

63. *Ne precor -- Bactris*) *Nec precor* in utroque Dorvill. *Te precor* Borrich. *adscensis* recte restitutum est pro *accensis*, ut legitur in aliis codd. et in Palatinis invenit Gebhard. (*ascensus* et *accensus* passim confunduntur, vid. Drakenb. ad Sil. It. III, 671. Kvin.) *gloria Parthis* perperam in Askew.

64. *Raptave duci* etc.) laudo conjecturam Heinsii *Raptave Oronteo* Advers. I, 2, pag. 12, ubi censet, Propertium respexisse expeditionem C. Cassii Longini, qui tempore Crassi in Syria Quaestor, post eius cladem, collectis exercitus reliquiis, Osacem praefectum regium ad fluvium Orontem superavit, testibus Dione, Plutarcho, Cicerone, aliis. *Orondotae duci* etiam orae ed. Ald. adleverat, sed prius praefero.

65. *Plumbea -- fundae*) *spargantur* et *increpet* in Voss. quart. *verbera fundae* in Regio, quod forte petitum ex Virg. Georg. I, 309; sed *pondera* hic non muto.

67. *Sed*, (*tua -- equos*) Ita haec distinxit Broukhus. in primis ac vetustis aliis edd. excudebatur: *Sed tua sit domitis*, ut in Venetis, Reg. Lep. Volsci, Aldd. Iunt. aliis. *Sed tua fit* vitio typi in ed. Colin. *sit domitis* etiam in meo cod. sec. *Sed tua sic* correxit Beroald. nulla tamen interpunctione addita. *Sic tua*, *sic domitis* Heins. ad oram ed. Ald. *Sed tua subdomitis* Guyetus. *Et tua sic dominis per te*, pro *Parthae*, in meo pr. et Borrich. Deinde *triumphantis* in Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Askew. Voss. Heins. meo utroque et prr. edd. Burm. -- *Pura hasta* primis temporibus donabatur, qui primum in proelio vicis-

set, vid. Serv. ad Virg. Aen. VI, 760; deinde ei, qui hostem vulnerarat, aut strenue prae reliquis egerat, vid. Festus et Polyb. Lips. Milit. V, Dial. 17. KUIN.

72. *Subscribam — viro*) Mallem: *salvo salva puella viro*, ut in illius salute suam quoque salutem positam innuat; ut ap. Ovid. Pont. II, 3, 98; Heroidd. XX, 112. Forte tamen cum Heinsio praestiterit *Armaque cum tuleris*: ut innuat Lycotam ipsum e bello reducem, arma, quibus usus erat, in aede Martis prope portam Capenam suspensurum, titulo ab Arethusa subscripto.

ELEGIA IV

Fabula Tarpeiae inscribitur in Regg. Borrich. meo sec. et priscis edd. *de morte Tarpeiae* in meo priore.

1. *Tarpeium — Fabor*) *Tarpeium turpe sepulcrum* Voss. quart. *Tarpeia rupe* conj. D. Heins. ad Sil. I, 541. N. Heins. in marg. ed. Ald. conj. *Tarpeja vepre sepulcrum*; sed vulgaris lectio non tentanda. Dein *lumina* perperam in Heins. et meo priore.

3. *Lucus erat — antro*) *ederoso conditus* in plerisque codd. et edd. priscis, sed *consitus* in Colot. et pr. ac quart. Vatic. ut legebant Fruter. Canter. Beutl. ad Horat. Od. III, 10, 6; et Heins. in notis Prop. pag. 745; Advers. II, 12, pag. 297, qui praeterea *herboso* legebat, ex vestigiis unius cod. Voss. in quo *edorso*, vel etiam *umbroso* conj. ad marg. ed. Ald. *conditus* tamen tuetur Vulp. male autem Guyetus *umbrosa ancra*, vid. I, 1, 11.

4. *Multaque — aquis*) *Multa ubi* in Colotiano et sic ed. Dousarum Raphelcng. et Paris. a. 1604, fol. *obstrepit ales equis* legebat Heins. vel, *Motaque nativis obstrepit arbor aquis*.

5. *Silvani*) *Sillani* corrupte in Neapol. Mox pro *iubebat* legitur *videbat* in Borrich. Askew. Heins. Voss. pr. Dorvill. sec. et meo priore.

7. *Hunc — acerno*) *Nunc Tatius* Mentel. et Voss.

pr. *Hunc fontem Tacius* Voss. tert. *Hic Tatius fontem* Guyet. quod placet. *praecinxit* Groning. et Dorvill. sec. *acervo* Borrich. *acuto* Heins. et meus pr. sed *montem* legere malebat Heiusius, et forte per *montem* rupem Tarpeiam, cuius mentio eleg. initio intelligi praestiterit, ut totum montem Tarpeium castris praecinxisse dicatur Tatius. Pro *fidaque* in aliis *fictaque*; sic enim ed. Mureti Ald. *Fixaque* ex coniectura Canter. et Passerat. *Et sua suggesta* affert Salmas. ad Tertull. de Pall. pag. 364. *congesta* in Askew.

9. *Quid tum Roma* etc.) *Quid cum Roma fuit* in pr. Voss. et meo sec. Ayrmannus legebat et interpungebat: -- *suggesta castra coronat humo*, *Qua tum Roma fuit.* deleta interrogationis nota in fine distichi. Altero versu *quereret* in Borrich. Heins. et meo pr. *facta Iovis* in Dorvill. pr. et meo sec.

12. *Stabant -- Foro*) male in Neap. Regio, Mentel. pr. Dorvill. et meo sec. *foco*, sed *foro* in caeteris codd. et edd. priscis. Burm. Waardenburg. Obss. in Prop. continuata interrogatione, *stabant* in *starent* mutandum censet. *starent* conj. quoque Guyetus. Kuin.

13. *Murus -- Curia septa*) Locus haud dubie corruptus; seq. enim vs. *ex illo fonte* referri vix possunt ad vs. 7 *Hunc T. fontem*, ibi en. *montem* legere praestiterit. *erat* in Mentel. pro *montes* in Borrich. Heins. et meo pr. *fontes*, sed in Colot. et pr. Vatic. *Murus erat fons hic*, quod favere posset Passeratio legenti: *Purus erat fons hic*. D. Heins. ad Sil. I, 541 emendabat: *Murus erant montes, ubi nunc est Curia, septem*, ut de Roma septem montibus insidente capiatur. N. Heins. Advers. I, 2 conj. *Purus erat fons hic, ubi nunc est Curia, Vestae*, quia aliter obscurum, cui deae aquam e fonte libaverit Tarpeia; vel potius: *Purus erat fons hic, ubi nunc est Curia, saepe Bellicus* etc. et hanc coniecturam omnibus reliquis praeponebat. Certe *illo fonte* exigere videtur, ut fontis mentio praecedat: quamvis sic ter, tribus in versibus, eadem

vox recurrat, quare Passeratii emendationem *Purus erat fons hic* reiecit Broukh.

15. *Hinc -- libavit) Hic Tarpeia deae* Groning. et Dorv. sec. *Hunc* legebat Ayrman. Guyetus male, *Hic Tarpeia dei fontem*, et ad fontem Silvani referebat. Heinsius conj. *Hinc Tarpeia deae rorem libavit*, offensus sine dubio nimio vocis *fontis* recursu.

17. *Et satis una* etc.) hoc distichon Broukhus. ante ultimum post vers. *Haec virgo* etc. collocavit, in omnibus vero codd. et excusis antea edd. legebatur post vs. 16 (Vid. notas). *Haud satis* in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. *An satis una mali* vel *Haud satis* Heins. Advers. I, 1, pag. 13, ut innuat mortem sceleri Tarpeiae non suffecisse ob proditionem, et extinctos aeternos Vestae ignes.

19. *Vidit -- campis*) *proludere velis* Fruterius. *perludere* in cod. Dresd. et edd. antiquis. *praeludere* in vet. cod. Perreii et pro varia lect. in Excerpt. Scalig. *proludere* in cod. Puccii, Colot. Neap. Vatic. quint. Mentel. Voss. Heins. Borrich. et Groning. idque praefert Heins. ad Ovid. Art. A. III, 515. *producere* in Dorv. sec. et Askew.

20. *Pictaque -- iubas) vias* vitiose in Regio et prr. edd. *Victaque* in Heins. et meo pr. ipse Heinsius conj. *picta aera levare*, ut galeam aeream intelligat, et ad iubas referatur, vel, *Ictaque per flavas ora levare iubas*, ut iubae flavae intelligantur de caesarie Tatii, quam ventus in ora eius equitantis reverberabat. Vulgatam non sollicito.

22. *Interque -- excidit urna*) *Inter* et *oblitas* in cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. et Askew. male.

23. *Saepe -- Lunae*) *cantata est* Dorv. sec. *lumina. Lunae* ex Pontani cod. notaverat Perreius, ut in Excerpt. Scalig. Vatic. pr. et sec. Groning. Ashew. Leid. sec. Voss. tert. et altero Dorv. *crimina* in Mentel. et pr. Leid. *omnia* in Heins. meo sec. et prr. edd. sed *omina* in caeteris vetustioribus. Deinde *tinguendas finxit* ex eod. Pontani cod. adscripserat Perreius, ut legitur etiam in pr. et sec. Vatic. quod praeferendum vulgatae *dixit*, et placebat Heinsio Ad-

vers. I, 2, pag. 13, et ex cod. Puccii (legend. Pontani) in notis Prop. pag. 746.

27. *Dumque —fumo)* ita in codd. et edd. priscis; sed in aliis libris legi *primis flammis* testatur Passerat. et de prima noctis face explicat. Heins. conj. *Dumque subit primo capitolia nubila Eoo*, vel, *Capitolia lubrica dumo*, Advers. I, 2, pag. 13, et notis Prop. pag. 746, ubi etiam tentabat: *primo Capitolia in invia dumo*, sed postea vulgatae acquievisse, et *primo fumo* de matutina caligine intellexisse videtur. Markland. conj. *primo somno* i. e. prima nocte. Mox *brachia septa* in Voss. pr. Dorv. sec. a manu pr. sed alterum optime vindicatur ab Heins. ad Ovid. Met. I, 219.

30. *vicino -- Iovi)* *conpatienda* in Excerpt. Scalig. Leid. sec. Voss. tert. a man. sec. Dorv. pr. et meo sec. *Iovis* Askew.

31. *Ignes castrorum -- Et formosa)* vitiose *tacitae* in Groning. et Voss. pr. forte pro *Taciae* i. e. *Tatiae*. In Neap. Colbert. Groning. Palat. Gebhardi, et Askew. *Et famosa* solemni confusione.

33. *O utinam --penates)* *ad nostros* male in Colbert. et minus bene *adversos* Gebhardus.

34. *Dum -- ora Tati)* N. Heins. ad Ovid. Fast. I, 260 tam h. l. quam supra vs. 24 *Titi* rescribendum iudicabat, illic et Broukh. *Titi* edidit, hic vero *Tati*, sed quia utroque loco in omnibus codd. constanter *Taci* vel *Tacii* i. e. *Tati* vel *Tatii* legitur, ideo etiam *Tati* edidi. *conspicor esse* Mentel. et pr. Leid. *suspicor esse* in Palat. Gebhardi. *esse* etiam pro *ora* in altero Leid. utroque Dorv. meo sec. et primis aliisque priscis edd. (*conspicer* cod. Dresd. edd. vett. Vulp. et Burm. K.) *arma* in Borrich. Groning. Excerpt. Scalig. pro varia lect. et in Voss. pr. ac tert. meoque priore. *ora* recte emendavit Gronov. laudante Heins. ad Ovid. l. c. et in textum recipiente Broukhusio. BURM. Caeterum similis locus Ovid. Heroid. VII, 167 seq. *Si pudet uxoris; non nupta, sed hospita dicar. Dum tua sit Dido, quodlibet esse feret.* conf. infra vs. 55. K.

35. *Romani -- addita Roma)* *Septeni montes* conj. Heins. *abdita* in Groning. Dresd. utroque Dorvill. ut in ed. Beroald. sed alterum adhaeret Virgilio Aen. III, 336. *montibus edita Roma* Heinsius i. e. imposita, et altior septem iugis.

37. *Ille -- reponet amores)* ita edidi, nam ex sola Dousae P. coniectura *reportet* edidit Broukh. in omnibus codd. et prr. caeterisque edd. *reponet*, nisi quod in Askew. *reducet honores*, etiam patruus meus ad Suet. Tib. c. 18, et ad Virg. Aen. IX, 502 *reponet* tuetur. Puccius correxerat *reponat*.

38. *Cui -- ipse iubas)* *Tacius dextras collocat ipse comas* in Excerpt. Scalig. sed *comas* glossator adscripsisse videtur. *colligat* vel *compserit* Heinsius, *dextra* legitur in aliis, et sic affert Guellius ad Virg. Georg. III, 86, et hoc praeferebat Markland. Quid si pro *dextras* reponamus *pexas iubas?* sed *dextras iubas* probavit Turneb. Advers. III, 1 eo sensu, ut iubae equi a Tatio ita positae fuerint, ut in dextrum armum pronae caderent, idque firmat eod. Virg. l. c.

39. *Quid -- capillos?)* *patris* male in ed. Gryphii 1551: dein *saevisse* eodem disticho cumulari invenustum; *scaevos* in Heins. et meo priore. *foedos* legebat Heinsius, possis etiam *tetros* aut cum Ovid. Art. A. I, 331 *rabidos*.

40, 41. *Prodita quid -- torta via?)* mendose in prr. edd. *frater in cornua monstri*, ut in Veneta 1475, Reg. Lep. et Volsci, sed in Vicent. 1481, Beroald. et reliquis *fraterni cornua monstri*, sc. Minotauri. Dein *recto stamine* in pr. et sec. Vatic. *recto stamine certa via* in vet. cod. Perreii et Regio. *lento stamine* Dorv. sec. *tecto* vel *recto stamine* Fruterius epist. ad Canter. inter epp. a Gabbema collectas pag. 637. *lecto* minime sollicitandum, vid. Ovid. Heroidd. X, 103.

45. *Pallados -- ignes)* *Pallidos* et *tinctos* corrupte in pr. Voss. Lipsius Var. Lect. III, 8, dum iuvenis esset, emendavit *Pallidus*, quem errorem postea in Syntagmate de Vesta c. 9 ipse correxit.

47. *Cras ut -- Tu cave spinosi*) et *rumor ait* Voss. pr. *lustrabitur urbe* in Askew. *Tu cave* recte emendatum a viris doctis, pro, *cape*, quod in omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. priscis. Vid. Heins. ad Ovid. Art. A. II, 531. *rorida* in Mentel. Colbert. Neap. Borrich. Groning. Voss. pr. Heins. Harleiano, Dorv. pr. aliisque, et sic Fruterius. *rosida* in codd. Regg. et prr. edd. *roscida* in Aldd. Iunt. Mureti, Colin. Rovill. Canteri, Dousarum Raphelengiana, Gryphii a. 1561 et 1573; nam in prima Gryphii 1551 excusum *rosida*.

51. *O utinam -- Musae*) *certamina* male in Dorv. sec. et Palat. Gebhardi. *cantamina Lunae* Voss. tert. Passerat. per *Musam* intelligit carmen, seu cantamen, rogat autem, *quae est Musa magica*, *an Vrania?* Neap. *magne* forte pro *magae*. Quid si scripserit Propertius? *O utinam sagae nossem cantamina Marsae?* Horat. Epod. XVII, 29; Ovid. Art. A. II, 102, ubi pro *mersa* Heins. *Marsa* restituit. Altero versu *Hac quoque*, i. e. hac via, legebat Markland.

53, 54. *Te toga picta -- papilla lupae*) *docet* vitiose in pr. Voss. *Nutriit humanae* in aliis libris ap. Gebhardum, sed improbat, mihi vero haec lectio minime displicet. *Nutriit* enim hic requiri videtur, et forte *humanam* ideo vocaverit *lupam*, quia ubera gemellis fratribus e furtivo coitu Iliae editis et proiectis praebuit, et in eo humana fuit. Vid. Liv. I, 4. Pro *dura papilla* Heins. conj. *cruda*; *dira* est in illius cod. et meo priore, sed *dura* non mutandum, vid. II, 6, 20. Guyeti ergo conjectura *Nutriit immanis* carere possumus.

55. *Si hospes -- sub aula*) *Si coniux*, *patriamve tua Regina sub aula* in sec. Vatic. et vet. cod. Perreii, qui ex Pontani libro etiam adscripserat: *Sic hospes patiare una regnem ipsa sub aula*, et sic fere in pr. Vatic. nisi quod in eo *patiare tua*. In Groning. *Sic hospes pariam tua ne regina sub aula*. In Mentel. *Sic hospes peream tua ne*. Cod. Fruterii *Si sim hospes*. *Sic hospes pariamne* cod. Dresd. et Excerpt. Scalig. qui veram hanc lectionem affir-

mat. *patriamne* Voss. pr. *pariam nec te* Borrich. et Voss. quart. *periam tua ne* Leid. pr. quod et superscr. in Voss. tert. *tua pariamne* Leid. sec. *pariam ne te* in Heins. *patiar tua mi* Dorv. sec. In primo *pariam quam te.* in cod. Regio et meo altero *patiare.* in Colot. *Si possum spatiare*, quod favere posset Heinsii coniecturae, quam ed. Ald. adscripserat: *Dic hospes: spatiorne tuam regina sub aulam.* In edd. Venetis, Volsci et Beroald. *Sic hospes patiare tua r. sub aula*, ut in Aldd. Iunt. Colin. Gryph. aliis. In Canteri Plantiniana: *Si sim, hospes, patiare tua reg. sub aula.* Gebhard. ex Commelini cod. *Sic hospes pariam duce te reg. sub aula.* Passerat. conj. *Dic, hospes, pariamne tua r. s. aula.* Ayrmannus: *Sive hospes pariamve tua*, et ita Markland. *pariamve* etiam Dorvillius conj. eruditus Britannus in Miscell. Obss. Vol. II, tom. I, pag. 115 interpretatur verba: *Num ego, si sic sim hospes, si me in tuas manus tradam, prodita patria, tua uxor ero:* ubi in nota subiecta patruus meus Passerat. et Heins. correctionem: *Dic, hospes, pariamne* probat, ut *hospes* ad Tatium referatur, vel cum Scalig. legit: *Dic, hospes pariamve tua.* Mihi legendum videtur: *Sis sospes, pariamque tua reg. sub aula.*

57. *Sin minus -- Sabinae*) Ita ex Gryphiana Bronkhus. male enim in codd. et edd. priscis *Si minus* legebatur, ut in omnibus fere meis codd. et prr. edd. vitiose *Si manus aut* in Groning. Sed praeter Gryph. *Sin minus* etiam excusum in Aldi sec. 1515, Canteri Plantin. 1569, et Dousarum Rapheleng. 1592 (*Si* et *sin* in codd. passim confunduntur, vid. Cortius ad Sallust. Cat. LII, 16. K.) *aut raptae* in Borrich. Heins. et Neapol. a man. pr. tribus Voss. et meo pr. *ac captae non sint* in sec. *captae* in Regiis, Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci.

59. *Commissas -- solvere*) *commistas* Dorv. pr. *possim* in Heins. et meo priore.

60. *Vos -- mea*) *palla* deest in Heins. et meo pr. *Parca mea* vel *thalamo meo* conj. Heins. notis Prop. pag.

747. *palma* i. e. manu mea, legendum censebat Schrader. Emend.

61. *Adde Hymenaee modos*) *Ede* conj. Heins. ad oram ed. Ald. sed in notis Propertianis Guyetum sic emendantem reiicit. Mox *Cedite* ad oram libri sui Dousa P. *Credita* male in Voss. tert.

64. *Ipsaque -- cadunt*) *Spissaque* conj. Heins. *sidera lapsa* in Groning. duob. Leidd. Voss. tribus, utroque Dorv. Dresd. et meis, quibus consentiunt reliqui codd. et omnes fere edd. priscae; hanc lectionem vindicavit quoque Patruus meus ad Ovid. Trist. II, 85. *lassa* in cod. Borrich. *laxa* in Askew.

66. *Fac venias oculis*) *oculis venias* in Dorv. pr. et meo sec.

68. *et incerto -- accubuisse novis*) *promisit* Mentel. et Leid. pr. *permittit* Voss. quart. *lumina* vel *pectora somno* Markland. ad Stat. Sylv. in praef. pag. 10. Broukhus. ex edit. Scaligeri edidit: *Nescia ne furiis* duplici negatione, pro *se furiis*: depravata codd. lectio est *nefariis*, ut in Regg. Colbert. Groning. Askew. Dresd. duobus Leidd. tribus Voss. et utroque Dorv. vel *nephariis*, ut in Borrich. et meo pr. id tamen viris doctis imposuit. *Nescia se flammis* conj. Baptista Pius in Annot. Post. c. 25, pag. 423. Fac. Crit. Gruteri tom. I explicat: Tarpeiam nunc *novis flammis*, Tatii amore, ardentem, agitari, sed nesciam, se accubare duabus flammis, ignis Vestalis, et incesti amoris: et haec lectio firmatur a Colotiano, quam ex Pontani cod. etiam adscripsit Perreius; et sic editum etiam fuit a Passerat. in notis tamen praefert *se furiis*, et sic Livineius (ita quoque legitur in ed. Broukhus. Vulp. et Burm.). Heins. ad marg. ed. Ald. conj. *se furiis succubuisse*. In quint. Vatic. *vesanis* legitur.

69, 70. *Nam Vesta -- ossa faces*) *veste* cod. Dresd. *Culpa mali* in Mentel. et Leid. pr. *Curam alit* Heins. ad oram ed. Ald. *pluris* in Excerpt. Scalig. pro *faces* in Dorvill. sec. *focos*. Heins. *diras faces* conj. quem *plures faces* offendisse videntur. Forte substitui posset: *Culpa mali*,

impuras condit in ossa faces, np. Vestali virgine indignas et incestas. Sed nihil affirmo. BVRM.

72. *abscisso -- sinu)* Broukhus. contra omnium codd. fidem emendavit *abscissos aperta sinus*, ut Graecismus sit, pro, *abscisso sinu*, ut Virg. Aen. XI, 648. *At medias inter caedes exultat Amazon, Vnum exserta latus pugnae*, quasi vero, inquit Bartius ad h. l. poëtis non liceat variatione uti, nec Virgilius ipse aliquoties neglexerit hunc Graecismum. KVIN.

73, 74. *dixere Palilia -- esse dies*) *Parilia* quidem est in vet. cod. Perreii, et Neapól. quod grammaticorum vett. auctoritate in contextu praetulit Broukhus. *Palilia* tamen edidit Broukhus. supra el. I, 19, idque hic omnes nostri codd. tuentur, et edd. priscae, quod ab aliis praefertur, quia pastorum deae Pali haec sacra fiebant. *matres* in cod. Heins. Deinde *Hinc primus coepit moenibus ire dies* legebat Heins. in marg. ed. Ald. vel *isse* ad Ovid. Fast. IV, 717, quod malim.

75. *lusus in urbe -- fercula deliciis*) *luxus* in Heins. quod et in Dorv. sec. superscriptum. *urbem* Leid. sec. *divitiis* in omnibus fere codd. et vetustis; sed *deliciis*, quod in suis invenit Beroald. recte emendavit Heins. et edidit Broukhus. probarunt quoque Francius et Markland. *fictilibus* conj. Heins.

78. *immundos — pedes*) *immundas dapes* male in omnibus fere codd. etiam Dresd. *pedes* tamen in Colot. et Vatic. pr. confirmat hanc lectionem Ovid. Fast. IV, 781. Pro *raros acervos* ex Tibull. II, 5, 89. *flammas transilietque sacras* forte hic substitui posset *sacros*, quia hi ludi erant deae sacri.

79, 80. *Romulus -- silere tuba*) cod. Dresd. *decernit*. Dorv. pr. *intermista*, et in sec. *castra movere*.

83. *Mons erat adscensu dubius*) deest hoc distichon in Dorv. *acscensu* in meo sec. forte *aceessu* voluit librarius, sed *adscensu* optime se habet.

85. *Omnia -- suis*) Markland. cod. suo adscripserat: *Omnia praebebat somnus*, qua egregia coniectura hunc forte

sensum dare voluit: somnus faciebat, ut omnia occupatu facilia essent, somnus omnia velut in manus hostium dabat. In multis codd. *poenis tuis*, male.

87. *patriamque iacentem*) *tacentem* in Askew. Deinde *quem velit ipse diem* edidi, Tatius nempe, ut correxerat etiam Heins. et Markland. non *ipsa*, Tarpeia, ut edidit Broukhus.

90. *Nube -- cubile mei) thori seande* in Askew. Heinsius conj. *lecti*.

91. *Dixit -- armis*) *ingressus* in Borrich. Heins. et meo pr. *ingressis* Voss. pr. *ingestos* Mentel. et prior Leid. *superhorruit* Dorvill. sec. sed *ingestis armis* sincerissima lectio est, ut *ingerere hastas* Virg. Aen. XII, 330. *Nec virgo* male in Borrich.

93, 94. *A duce Tarpeio -- sortis habes*) Locus corruptus. *A duce Tarpeia* in Excerpt. Scalig. et Voss. quarto. Sed licet *Tarpeio* vel *Tarpeia* cum Passeratio legatur, neutri certe, *dux* convenit, sive de Sp. Tarpeio, arcis praefecto, sive de Tarpeia filia, quae ductu suo Tatium in arcem admiserit, intelligamus. Non displicet ergo Bassani (cuius duas epp. ad Vulpium scriptas commentario suo inseruit Vulpius) emendatio: *A nece Tarpeiae mons est cognomen adeptus*, non enim a Tarpeio eius patre, sed a Tarpeia illic sepulta, nomen habuisse montem, Festi verbis docet. Vltimo versu Broukhus. male vocem *vigil* refert ad canes, Capitolii custodes, quos Tarpeiam ferro necasse, dixerat vs. 84, et quod addit, Propertium duas historias de canibus a Tarpeia occisis, et tempore M. Maulii Capitolini punitis confudisse, plane alienum est. Fuerunt et qui ad Iovem referri posse existimarent ob vs. 85; neque satisfacit Heins. qui conj. *Quae vigil*, nempe *Tarpeia* ex praec. vs. Francius conj. *O vigil*, *hic iustae*, vel *haec iustae*. Conieceram *virgo*, quod et Guyeto in mentem venit. Sed quid hic significabit *iniustae* (*invisae* Leid. pr.) *sortis praemia habere?* Legendum ergo opinor: *O virgo*, *iniusti praemia Martis habes*. Dirigitur sermo ad Tarpeiam ipsam, quae, licet in rei nefariae memoriam mons Tarpeius ab ea ibidem

sepulta cognomen adeptus sit, tamen dicatur *iniusti Martis* praemia a Tatio retulisse, quum proditionis scelere non iustis pugnetur armis, et proditio quidem ab hoste ametur utilitatis gratia, sed proditor ipse odio et detestationi sit.

ELEGIA V

Ad laenam inscribitur in plerisque codd. et edd. antiquis. *Epistola ad Lenam* in vet. cod. Perreii et Regio. *De moribus et disciplina Acanthidis lenae* in Heins. et meo pr.

2. *Et tua -- sitim)* non immerito illud *quod non vis*, inconcinnius, et ad elegantiam Propertii non accedere iudicabat Heins. hinc Broukh. emendabat: *Et tua, quam meruit.* Minori molimine refingi posset: *Et tua, quod nolis.* A vulgatae vestigiis nimium recedit Heinsii Advers. I, 2, pag. 14: *Et vetula invisam sentiat.*

3. *Nec -- ultor) cedant* Fruterius, i. e. insurgant in tuos cineres. Heins. Advers. I, 2: *Nec se dent cineri*, ne te admittant, vel, ne se propitios praestent. Sed vulgaris lectio non sollicitanda. Passerat. recte emendavit *at Cerberus*, optima oppositione, quod recepi, quia a vet. cod. Perreii, Colot. et duob. Vatic. firmatur, et adstipulatur cod. Askew. in quo *sed Cerberus.* Passeratium vero legisse *ore*, ut Gebhardus scribit, in illius notis non inveni, et *ultor* verissima lectio est. Dein *tergemino sono* maluisse Wassium, notavit Marklandus. *terreat ora* male etiam in Excerptis Scalig. Leid. sec. et Voss. tert.

5, 6. *Docta vel -- semper avis) Nocte* vitiose in Dorv. pr. et meo sec. in quo etiam *molire*. *Veneri mollire vaganti* in Excerpt. Scalig. *semper anus* in vet. cod. Perreii, Colot. binis Vatice. Regio, Borrich. Heins. tribus Voss. Dresd. Dorv. sec. et meo priore: sic etiam edidit Beroald. sed in Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci, Aldd. caeterisque *semper avis*; i. e. sinistri augurii, infesti ominis, quod recepit Broukhus.

7. *Penelopen -- mariti*) *Penelopen quod* in pr. Voss. forte pro *quae*, ut volebat Guyet. *maritum* Mentel. Leid. pr. *marito* vel *maritae rumore* Passeratius. *Penelopen maritam* vel *pudicam* Heinsius. Deinde pro *Antinoo* in Voss. quart. et meo pr. *Alcinoo*. Dorv. sec. *Antimacho* et in marg. *Autolico*. Sed *Antinous* hic intelligitur Penelopes procus.

9. *Illa velit -- ferrum*) *velud* in Mentel. et pr. Leid. in quibus etiam male *inducere ferrum*, ut in cod. Regio, Palatinis Gebhardi et prr. edd. Mox *et volucris indis* corrupte in Heins. et meo pr.

11. *Quippe et -- herbas*) *ut Collinas* in vet. cod. Perreii et pr. Vatic. *ad Collirias* in Voss. et Askew. *Coltrinas* Borrich. *noverit* in Regio, Dorv. sec. et Borrich. *noverit hebrus* in Heins. et meo pr. Mox *stantia* in Neapol. Borrich. Groning. Mentel. Excerpt. Scalig. Heins. et aliis codd. cum prr. edd. quod recepit Broukhus. et exponit: arboris frutices, ac segetes crescentes, et supra terram stantes, quae subitis imbribus ad interitum dantur; et sic fere Passerat. qui explicat, extantia, excelsa perfunderentur fluviis retro adscendentibus, sed idoneis optimi aevi exemplis adstrui vellem, *stantia* hac notione simpliciter sic dici, et sic prae staret *diruerentur*. Sane *stantia* legitur in prr. edd. Venetis, Reg. Lep. Volsci, Beroald. et pr. Ald. eamque secuta Iuntina et Colinaei; sed in sec. Aldi edit. *Stagnaque currenti*, ut in Gryphii 1551, 1573, Rovill. 1559, Antuerp. Christ. Plantin. 1560 et 1569 aliis. *Stantia* in ed. Donsarum Rapheleng. et Scaligeri. Heins. Advers. I, 2, pag. 18 emendabat: *Quippe ut Collinas ad fossam admoverit h. Stagna et c. deficiantur a.* i. e. etiam stagna deficientur aqua, si Collinas, seu malas herbas ex sepulcretis prope portam Collinam lectas, ad fossam vel scrobem magicam admoverit, sacris Stygialibus operata, vel, *Collinas ad fossam civerit umbras*, et altero vs. *Saxa in currentes dissolventur aquas.* Prae caeteris coniecturis forte praestiterit: *Quippe ubi Coll. ad fossam admoverit h. Stagna a currenti d. a.*

13. *Audax -- Lunae*) *linguae* pro *Lunae* in marg. cod.

Askew. Amplector emendationem Valcken. in ep. crit. ad Matth. Röver. pag. 55: *Ausa excantatae leges imponere Lunae*, praesertim ob Horat. Epod. V, 45 de Canidia: *Quae sidera excantata voce Thessala Lunamque coelo deripit.*

15. *Possit -- maritos*) *posse et* Leid. sec. tres Voss. duo Dorvill. et meus uterque cum vetustis edd. *posset et* Dresd. *Possit ut* vet. cod. Perreii, et duo Vatic. *Posset et ra tentos* in Mentel. et pr. Leid. an voluit librarius: *Posset et iratos?* vel *attentos?* In Askewiano *Posset et intectos arcu*; sed *intentos* bene se habet. Pro *caecare* male in Regio *certare*.

16. *Cornicum -- genas*) *emeritas* e sola coniectura edidit Broukhus. sed recte *immeritas* praetulit Patruus meus ad Nemesian. vs. 195.

17. *Consuluitque -- et in me*) *Consuluit striges* male in Mentel. Leid. pr. et Dorv. sec. Dein *Hippomenes* in Neapol. Leid. pr. et Voss. Dorvill. et meo sec. *Hippomones* Dorv. pr. *Hippomenes foeta semita legit aqua* in Borrich.

19. *Exornabat opus verbis etc.*) Locus obscuritate perplexus. *Exorabat* in Regiis, Neapol. Mentel. Dresd. Groning. Heins. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, edd. Ven. 1475, Reg. Lep. Volsci et Beroald. Gryph. 1561 et 1573 et Canteri. *Exornabit* Vatic. sec. *Exorabit* cod. Perreii, Excerpt. Scalig. Vatic. quint. Askew. et Vicent. 1481; sed *Exornabat* in utraque Aldi, Iunt. Colin. Gryph. 1551, caeterisque edd. quae vera lectio est, licet *Exorabat* nanci non esse putaverit Broukhusius, neque etiam Passerat. ut dicat lenam puellae persuadere conatam, ut *operis*, seu concubitus copiam alicui faceret. Sed *verbis* suum lenandi opus callida anus *exornasse* dicitur, ut de simili vetula Ovid. Am. I, 8, 20; add. Terent. Eun. II, 1. 8. -- Mox *seu blanda* est in edd. priscis usque ad Beroaldinam. *perurét* in Mentel. Dresd. Excerpt. Scalig. Heins. Borrich. Askew. duob. Leidd. Voss. pr. et quarto, Dorvill. pr. et meo. *praeiret* in cod. Perreii et Duob. Vatic. *perurerat* Neapol. *periret* Voss. tert. et sec. Dorvill. *pararet*

conj. Livineius. *ceu blanda pererrat* tentabat Wakkerus in Amoen. Lit. c. 12, pag. 104. *pererret* emendabat Struchtmeyer. Animadvv. Critt. lib. II, c. 12, pag. 165, cui *perurat* ideo corruptum videtur, quia obscurum est, quo referatur. Requiritur certe vox, quae cum τῷ *perurat* iungatur, manifestam enim comparationem exigit locus, quid perurat lena. Equidem igitur legerem: *ceu* (vel *ut*) *corda perurat* -- *corda* scil. puellae amoris face incendat; ut *pectora urere* ap. Ovid. Met. IX, 624 (vid. vs. seq.).

20. *Saxosamque -- culpa viam*) Neque hic versus a corruptela immunis est. *ferat* iu omnibus codd. meorum Excerptt. (etiam in Dresd.) et prr. ante Beroaldum edd. *Saxosa facit* Dorv. sec. dein *sedula turba* iu Colot. Vatic. quinto, et Voss. quarto. Liviucius intelligebat sacram viam, lapidibus stratam, quam sibi terendam fiugebat exposcendae deûm pacis. Hunc innuit Broukhus. interpretationem istam abiiciens, qui rectius cum Scaligero existimat proverbii speciem esse, de re ardua ac difficili, in qua versabatur lena, ut animum puellae ad amores incenderet. *sedula lympha* est in Borrich. quod placebat Wakkero in Amoeuit. Literar. l. c. *sedula copa* vel *subdola copa* placebat Heinsio in Advers. I, 2, pag. 18, et in notis pag. 748; quam emendationem palmariam vocat Struchtmeyerus in Animadvv. Critt. *sedula* autem firmatur Ovidii et Tibulli locis, quae in Adversariis affert Heinsius. Burm. Mihi legendum videtur: *blanda pererret -- terat sedula lympha viam*; quum haec lectio commodissimum sensum pariat, minimumque recedat a scriptura codicum. Vid. praeterea notas ad h. l. Kuin.

21. *Si te -- ripa*) *Dorozantum* vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. *Si te Coa derorantem iuvat* Mentel. in aliis *deroratque* vel *decorantemque*. In Regg. *Si te Eoa iuvat derorantem aurea r.* ut editum in Veneta 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. et Beroald. *dororantum iu. a. r.* cod. Dresd. *Si te aeoa doroxanthum i.* in Groning. *Si te Eoa dorisantum i.* cod. Scalig. *sed te Eoa* Voss. quart. deficiente voce seq. et relicto hiatu. *Si te Coa derorantem* pr. Leid. *dorogantum* in Voss. tert. *derorantum* Voss. pr.

et pr. Dorvill. *decoratum* in meo pr. *decorantum* in altero. Dousa P. editioni Rovill. adscripserat; Auratum legere: *Si te Eoa iuvat Nabatharumque aurea ripa*, idque ex vet. cod. in quo *Dabathanumque* occurrebat, ut ludos intelligat. In Volsci ed. *Si te Eoa iuvat debarumque*, ut in notis legendum dicit, quia *Debae* populi Arabiae post Nabathaeos, per quos flumen labitur, quod auri strigilem defert, ut sensus sit: si te delectant aurea ornamenta, vel aurum, quale in Debarum ripis legitur. *Debatarumque* in pr. Aldi, Iunt. et Colinaei. *Dorozantumque* in altera Ald. Gryph. Canteri, aliis (*Doroxantumque* in Rovill.) quod in nonnullis codd. haberi testatur etiam Beroald. scribens *Dorozantes* esse Indiae populos, ubi aurum vehunt flumina, ad Curtium provocans. Sed nihil tale ap. Curtium nec ap. Arrianum invenitur. Turnebus legit: *Si te E. Doroxanium* (quod et in Broukhus. Vulp. et Burm. edit. legitur) vel *Dorozanium*, ut sit nomen proprium amicae, ut *Acanthis* lenae est. *Doroxantum* vero improbat, quia haec nominis forma mulieri non convenit. Turnebi emendationem probat Gebhardus. Scaliger legebat *Dorizanium*, existimamus, nomen puellae comice sic fingi, ut *Philocomasium* et sim. illius certe terminationis nomina feminarum, originis Graecae, plerumque sunt blanditiarum causa conficta, et saepe amantium vel coniugum propria, ut *Erotium*, *Philenium*, *Philotium* sim. Vid. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 118. Forte in scriptura cod. Voss. tert. *dorogantum* latet ipsius Gangis auriferi Indiae fluvii nomen, ut legendum sit: *Si te Eoa avidam Gangis iu. a. r.* vel: *Si te Eoa avidam doni iuvat a. r.* ut Ganges subintelligatur, et ex *Doroxanium*, vel *dorogantum* transpositae mutentur syllabae, sed prius praefero.

23. *Eurypylique -- Minervae*) *Euripidique* in Excerpt. Modii. *placent texura* in Askew. *Choae* Neapol. meus uterque. Sed mira locutio *textura Min. Coae Eurypyli*, levi mutatione Heinsiana Advers. I, 2, pag. 19 corrigenda: *Eurypylisque*.

24. *Sectaque -- toris*) *Textaque* in vet. cod. Perreii,

Colot. duob. Vatic. et Regio, ut correx. Markland. Heinsius conj. *Netaque in Attalicis*, aut, *Lectaque ab Att. putria vela toris.*

25. *Seu quae* etc.) *quam* in duob. Leidd. Voss. tert. et quart. Askew. et priscis edd. sed *quae* in vet. cod. Perreii, Colot. duob. Vatic. Dresd. et Dorv. altero a manu sec. ut legendum monuit Livinei. *quem* Voss. pr. *qui* in Heins. et meo pr. Deinde *Muricaque* in Excerpt. Scalig. *myrrheaque* cod. Dresd. *aureaque* Borrich. Hofmann. Var. Lect. III, 29 (et Salmas. in Solin. tom. I, pag. 267) *suis* affert pro *focis*, sed focis constans omnium librorum lectio est.

28. *Frange -- pudicitiae*) *franget* in Leid. sec. Voss. quart. Heins. et meo pr. *frange et* vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. Excerpt. Scalig. Groning. *frangent* Neapol. Borrich. Voss. pr. et tert. Dresd. meusque sec. et ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci. *frangeat* Dorv. pr. h. e. *frange at. frange ac* ed. Vicent. 1481. *frange age* conj. Heins. *Cedant* vel *caedant* in Beroald. Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. Canteri, aliis. Gebhard. male conj. *Caede et damnosa dura pudicitiae*, ut *dura pud.* dicat, quomodo *levitatis dura* I, 15, 1.

29. *Et -- causis*) Heins. conj. *simulare metum*, nempe ne maritus superveniat, quo sensu et vulgarem lectionem, *simulare virum* adventurum, capere possumus. Nec necessaria altera Heinsii emendatio: *exstimulare virum* Advers. I, 2, vel *Et simulare iram* in notis Prop. pag. 748, quum sequatur *utilis ira*. Idem in Ald. ed. ora conj. *pretium dabit.* Vitiose in cod. Heins. *pretium fecit.* in meo pr. *urere. Vtere clausis* et mox *decurret* male in priscis edd. Pro minore versu *Maior dilata* etc. in pr. Dorvill. locum occupavit vs. 56 *Istius tibi* etc. *delata* in Mentel. et pr. Leid. *recurrat* Dorvill. sec.

31. *Si -- ira*) ex cod. Modiano seu Groning. interpungendum: *Si tibi forte c. vexaverit; utilis ira*, ut Heinsio etiam placebat Advers. I, 2, pag. 19. *utilis ora* corrupte in Voss. tert.

33. *emto*) *antro* corrupte in Voss. pr.

34. *Fac simules -- dies)* *Fac puros simules* Dorv. pr. *Fac puros .... sideris esse deos* in meo sec. relicto hiatu. *syderis* etiam cod. Dresd. *similes* in Neapol. Borrich. meo pr. et vetustis edd. *sideris* in omnibus codd. et singulis meis atque edd. priscis ante Beroald. qui primus *Isidis* legendum esse recte monuit. Male enim Volscus notavit, translationem a sereno Sole esse. *isse dies* ex codd. Passerat. Guyetus.

35. *Ingerat Apriles* etc.) *tibi tendat* in uno Vatic. *tondat ominele* in Dorv. pr. et meo sec. *condat* in marg. ed. Ald. adscripserat Perreius i. e. ponat diem tuum natalem Idibus Maiis. Heins. in eiusd. libri ora conj. *Ingerat Apriles Iöle, contendat Amycle*, vel, *et addat Amycle*. In notis vero Prop. pag. 249 *praetendat Amycle*, vel *Ingerat Apriles Idus tibi, iuret Amycle* aut *mandet Amycle*, ex quibus coniecturis praeferrem *contendat Amycle*, quia id a quarto Vatic. firmatur. *fingat A.* Wakkerus in Amoenitt. liter. pag. 105. Eldikius suis ad me literis legebat: *Ingerat Apr. Iöle: te obtundat Amycle.* In omnibus fere codd. *malis Idibus* corrupte: sed in Voss. pr. et quart. recte *Maiis*.

37. *Supplex -- Quidlibet*) *Supplex ille adeat* male Heins. conj. subintelligitur enim *si sedet*. In Voss. tert. vitiose *tu sede*. *Quilibet* in cod. Dresd. et meo utroque. *Quid libet* in priscis edd. *Quod libet* Voss. pr. et tert. Mox *paves* in Voss. pr. *ipse* in tertio.

39. *Semper habe morsus* etc.) *circa tua colla* edidit Broukh. ut in vetustioribus edd. sed *circum* euphoniae causa praetuli ex Voss. tertio. Ita et cod. Dresd. *Litibus alterius* in vet. cod. Perreii, et tribus Vatic. *Lusibus* vel *Rictibus* conj. Guyetus. Heinsius: *Dentibus alterius* ex Tibull. I, 7, 14.

41. *Nec te -- sequacis)* ita in Colot. Neapol. Vatic. pr. Groning. Heins. Voss. et reliquis. *Non te* in plerisque priscis edd. *delectant* in Askew. *ausa negare* perperam in Mentel.

43, 44. *Sed potius -- moecha Getas)* *speciosa* in cod. Perreii, duob. Vatic. Excerpt. Scaligeri, sec. Leid. pr. et

tert. Voss. et altero Dorv. quod quum in suis codd. quoque reperisset Gebhardus, male conj. *Thais spatiosa*, i. e. quae multo temporis spatio et promissis differat amantes, quo sensu recta Latinitate *spatiosum* dici, probandum erat. *p̄dosa* in Dorv. pr. i. e. *praedosa*, ut clare in Vatic. pr. quod in aliis codd. etiam a se inventum placuit Beroaldo, sed recte Broukh. vulgatum tuetur, nam vocabuli *praedosa* ex Augustei aevi scriptore exempla desidero. Markland. emendavit *Sis potius*. Dein pro *mundi* male in Regio *blandi*, et peius *nudi* in uno Vatic. *Meandri* vitiose in Voss. tert.

45. *In mores — iactat*) *morem* tert. Voss. *tu verte* in Voss. quarto. *brachia iactat* ex coniectura Heinsii edidit Broukh. sed *brachia* a nullo cod. aut ed. vetusta confirmatur. *Cantica* defendunt etiam et probant Markland. Cuningham. Horat. Bentlei. c. 14, pag. 254; Boltius Silva Crit. pag. 80, et Vulpius. Burm. et Struchtmeyer pag. 157. K.

47. *Ianitor ad dantes* etc.) *pulsat* in sec. Leid. et Voss. tert. Legendum videtur: *Ianitor ad dantem* etc. nempe amatorem, si grande ferat pretium; nisi *dantes* studio dixerit, ut divites et munificos numero plures admitti innuat, *inanem* vero vix unum et alterum. Pro *obductam* lego e cod. Voss. quarto *abductam*, non vero cum Heins. *adductam*, quod idem significaret ac *adpositam seram* vel *admotam*, sed *abductam seram* intelligo: seram veniente die remotam; ut innuat, ianitorem, quem nullo munere amator, non interdiu, sed nocte aditum quaerens, suum reddere conatur, somnum tota nocte simulaturum usque ad tempus matutinum, donec sera abducatur, et elapso introitus tempore abire cogatur amator inanis i. e. ἀνάργυρος, sed dantibus ianuam tota nocte patentem et reseratam. Markland. *in obducta sera* intelligebat pro *obducta sera*, ut I, 1, 20. *in magicis focis* pro *magicis focis*; vel *in obd. sera* exponebat *ad* aut *iuxta seram obductam*, ut I, 3, 6. *in herboso Apidano* i. e. iuxta.

49. *Nec tibi — amori*) *Non tibi* vet. cod. Fruter. *miles modo factus* cod. Perreii, sec. Vatic. Borrich. et Gro-

ning. *non factus* in Heins. Mentel. Voss. Dresd. Palatinis et Commeliniano Gebhardi, et edd. priscis.

51, 52. *Aut quorum titulus* etc.) pro *Cretati* in omnibus fere codd. etiam Dresd. et edd. antiquis legitur *Caelati* vel *Celati*. perperam *Elati* legendum videbatur Heinsio ad Val. Fl. II, 270, et Advers. I, 2, pag. 20, qui praeterea in notis Propert. pag. 749 coniecit *Calati* vel *Clamati*, aut denique *Venales cum saluere*, In Voss. pr. *silucre*. In Neapol. Leid. sec. Voss. tert. et quart. Dorv. sec. et Dresd. *saluere*, quod praetuli pro *saliere*, ut edidit Broukhus. et passim in aliis locis vett. probarunt viri docti, vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 540 seq. Scaliger *caelatos* creta signatos interpretatur. Rhodius ad Scribon. Larg. pag. 310 servos *caelatos* exponit: cauterio inustos, seu ἐγκαύστων· quod tamen huic loco non convenire recte censet Broukhus. non enim de servis e fuga retractis, ideoque stigmaticis hic agitur, sed quibuscumque venalitiis, quorum *pedes gypsati* erant in signum emtionis, et in catasta exponebantur. Passeratium et Casellium secutus Broukhus. edidit *Cretati*, ut in ed. Graev. etiam correxerat Markland. quod firmare potest locus Iuvenal. ubi *albos* talium servorum *pedes* vocat Sat. I, 111.

54. *quid, nisi verba, feres*) *feram* in Voss. tert. Post hunc versum in cod. Perreii, Excerptis Modii, Vossiano, Heins. altero Regio, Askew. Dresd. meo utroque et priscis edd. inseritur primum distichon lib. I el. 2: *Quid iuvat ornato* etc. sed *Coa veste novare sinus* legitur in cod. Perreii. *tenere* in Regio et edd. priscis. Id autem inde provenit, quia hic *Coae vestis* mentio.

55. *Qui versus — munera vestis*) *Quid versus* Dorv. pr. *dederat* Voss. tert. *ne munera* Voss. pr. *Coae vesti* conj. Broukhus. exponit: qui versibus suis non addiderit aurum ad emendam vestem Coam, sed recte vulgatam ferri etiam posse addit.

56. *Istius — lyra*) ita reposui ex Borrich. Voss. pr. et quarto, meo priore, et omnibus edd. vetustis, licet *sine aere* ex Groning. ediderit Broukhus. ut ex Posthiano, qui

idem codex, affert Livineius, et ex priore Palatino et Commeliuiano Gebhardus, idque dedit in sua edit. Canterus. *acre* etiam in vet. cod. Perreii, Colot. Vatic. pr. sec. et Neapol. Askew. *sine era*. Sed *arte* (ut etiam in cod. Dresd. legitur) recepi, quia paulo ante vs. 50 praecessit : *Nauta nec* etc. *arte* veram lectionem esse affirmat quoque Wakker. Amoenit. Liter. pag. 105. *aure* Mentel. *aurae* Leid. pr. Mox *Ipsius* in omnibus fere codd. et edd. priscis. Caet. in cod. Dorv. pr. hic versus locum suum mutaverat cum secundo huius eleg. versu, *Et tua*, *quod non vis*, ubi hunc non minore librarii incuria habet insertum.

57. *Dum vernat sanguis* etc.) *veniat sanguis* corrupte in Voss. pr. *dum rugis integra frons est*, vel, *dum rugis integra es*, *annis Vtere* coniecit Heins. in notis Propert. pag. 749; Robertus Titius Locor. Controv. II, 8 ex libro Marcelli Cervini, eiusque coniectura affert: *integer*, *annis Vtere* ut *sanguis integer rugis* dicatur, quod Latinitatem admittere, recte negat Villiomarus Animadvv. in Titium pag. 33. *annis* in cod. Pontani et sec. Vatic.

58. *Vtere* -- *ore dies*) hanc lectionem confirmant omnes codd. quo tendunt et scripturae corruptae. *qui cras labet* Mentel. *quid cr. labet* Dresd. *quid eras labet* in Heins. *ne quid eras* Vatic. sec. sed in caeteris *ne* vel *nec quid cras libet*, ut in Neapol. vet. cod. Fruterii, Borrich. Groning. Askew. Leid. pr. tribus Voss. Dorvill. utroque et meo pr. in quo tamen *labet*, ut in priore Leid. Volsci vero interpolationem, qua rectius ei legendum videtur *ne quis eat liber amore dies*, reiecit Broukhus. quamquam a genio Propertii abhorrere non ausim dicere. Burm. Santenius in Obss. ad loca vett. poët. latin. (vid. Beck. Commentarii Soc. Lips. Philol. Vol. I, P. II, pag. 152) monet, lectionem *ne quis eat liber amore d.* Volsco auctori vulgo adscriptam, esse coniecturam Domitii in *Elucubratione in quaedam Propertii loca*, subiuncta Commentario in *Ovidii Sapphonem* et *Statii Sylvas* Romae 1475 certatim probatam Italis, ab iisque suis exemplaribus adscriptam, ut Rhegiensi, Puccius; a Volsco autem inde sive a. 1487 repetiisse edi-

tores. Probat Santenius lectionem codicum a Bronkhusio receptam, quum eam contextus ipse flagitet, *Vidi ego* etc. Comparat cum b. l. Tibull. I, 8, 47; Ovid. Art. III, 65 sqq. Kvin.

59. *Vidi ego odorati* etc.) *adorati* ex Modianis Excerptis notavit Heinsius. Pro *cocta* tentabat *cuncta* Wakker. Amoenit. Literar. pag. 106. *stricta* Eldikius; sed *cocta* defendere possunt ea, quae notavit Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. c. 59.

61. *His animum -- amicae* . . .) *His animus* Neapol. Mentel. pr. Leid. Voss. pr. et quart. Dorv. pr. *His animos* in nonnullis codd. ut legit Passerat. infra ad el. 7, 11. *animam* in aliis. *animis* in meo utroque et prr. edd. *His animum* Borrich. *animum vestrae* Groning. Lacunam seq. vers. omnes fere codd. etiam Dresd. et edd. antiquae absque ullo hiatus indicio sic supplent: *Per tenues ossa sunt numerata cutes.* somnium monachi otiosi esse Broukhus. adscripserat, neque hic versus γνήσιος Scaligero videbatur. Sed forte tamen hic pannus insititius non est, et suspicionem praebere possit, unum et alterum excidisse versum, in quibus subitam, sed optatam lenae mortem descripserit. Ponamus, illorum, qui desiderantur, versuum hunc ultimum fuisse *Ossaque per* etc. id proverbii speciem habebit, quo macilenti, famelici et aetate exhausti dicuntur *vix ossibus haerere*, *non nisi ossa et cutem esse*, vel cutem ossa inspicienda perlucere. Sensum quidem assequi, sed non ipsos Propertii versus ex tenebris excitare, quis posset, si hoc vel simili modo interpolare liceret: *His animum* etc. *Ipsa repentino corruit icta malo: Concidit exsuccas macie consumta medullas Ossaque per tenues* etc. Sed haec tantum exercitii poëtici causa a me scripta sunt.

67. *Atque animam -- paternas*) *animam exsputare* ex coniectura Gebhardi edidit Broukhus. sed omnes libri scripti et editi *exspirare* tuentur, et confirmat locus Virg. Aen. XI, 883. nec *sputa* et *exsputare* concinne ponuntur. cod. Leid. sec. *expiare*. In meo sec. *tegetes patrimas*. male in tribus Vatic. Beroaldi et Passerat. codd. *patentes*.

68. *Horruit -- foco)* *pocula curva* Borrich. Groning. Heins. Leid. pr. et edd. priscae. *pocula curta* Vatic. sec. *pocula curva* Voss. quart. et meus pr. et sic in Regg. et Colbert. *pergula*, *pocula* vel *parvula* hic variantur. *pergula curva* in Askew. et Dresd. *pertica curta* Colot. et quint. Vatic. *pergula curta* in trib. Vatic. et Perreii cod. *percula curva* Mentel. duob. Leidd. Voss. tert. et meo sec. in cuius marg. pro varia lectione *parvula*. Scaliger *pergula* praefert, et intelligit de paupertino habitaculo, arundinibus tecto. Vera lectio est *tegula curta*, ut recte cum Salmas. ad Tertull. de Pall. pag. 296, et Heinsio ad Ovid. Fast. II, 645 recepit Broukhus.

69. *Exsequiae fuerunt* etc.) *fuerant* in plerisque codd. et edd. vetustis. *Exequias ierunt* Heins. Advers. I, 2. *sinu* pro *situ* male in Voss. pr. *pallida* in omnibus codd. et edd. *pallia* Neapol. Heinsio tamen *squallida* placebat, quae voces frequenter commutantur. Broukhus. *pallida* propugnat, sed patruus meus ad Lucan. V, 628 *squallida* praefert, quia *immundo situ* additur, et *pallida* poterat esse mitra sine sordibus, nec *situs* semper squalorem indicat. Burm. Sed ipsum vocabulum *immundo* additum accuratius definit, quo sensu *pallidus* capiendum sit, nempe *pallida mitra immundo situ* est mitra, cuius color, antea vivus et splendens, mutatus est ita, ut ipsa luridum induerit et squalidum: et *pallor* ponitur etiam pro squalore, vid. Burm. Anthol. Lat. tom. II, pag. 562. Saepius autem *pallor* et *squalor*, *pallidus* et *squalidus* a librariis sunt permutata. Vid. Ovid. Met. I, 374; Claud. Cons. Olyb. 212; Sil. It. XII, 373; Lucan. V, 628. Kuin.

71. *Et canis -- dolores*) *At canis* in Exc. Modii et Dorv. sec. *exporrecta* in Neapol. Borrich. Askew. Heins. Leid. sec. Voss. pr. et quart. sec. Dorv. Dresd. et meo priore. *expectata* in Leid. pr. Voss. tert. et pr. Dorv. pro *experrecta*, ut bene in vetustis edd.

72. *Quum -- forent*) *coltra forent* Mentel. et pr. Leid. *culta* in altero. *cultra* in Borrich. uno Regio, Voss. tert. et quart. cum meo priore. *clara* in Reg. altero. *cultura*

Voss. pr. sed *caltra* in Perreii, Neapol. Vatic. sec. Colbert. Dresd. Dorv. utroque et meo sec. unde vera lectio patet *clatra*, ut in Colot. et Vatic. pr. legitur, et sic iam Beroald. vel *claustra*, sed alteram lectionem praefert, cui propter Grammatici Capri, *clatros* tantum agnoscentis, auctoritatem non auscultavit Broukhus. sed vid. Scheffer. ad Petron. c. 56, pag. 279; et Heins. ad Sil. It. I, 569; et ad Claudian. Cons. Stilic. II, 272. Volscus autem totum hoc distichon adulterinum pronunciat, nulla tamen ratione addita.

73. *Sit tumulus -- collo*) *cincto* vel *cinto* Voss. pr. et Groning. unde *trito* Heinsius. Sed improprie dictum videtur, ut ampliora vetus collo trito totus lenae tumulus sit. Legendum videtur: *Sit tumulo* pro in tumulo apposita sit amphora, sed *curto collo*, ne bibacitati suae indulgere posset, sed sitiret lenae temulentae umbra.

74. *Vrgeat — tua*) *hunc supra* in plerisque codd. et edd. priscis, tumulum nempe. Heins. conj. *Vrgeat hunc umbrae vis*, *caprifice*, *tuae*.

75. *Quisquis amas* etc.) *Quisquis amat* male in Heins. et meo pr. *caedito* et mox *adiice* in plerisque codd. et edd. antiquis, quod mutarunt, quia id requirere vocem *quisquis* putabant, cui tamen plurale saepissime adiungitur, recte ergo iam Livinei. monuit, *caedite* te *addite*, non *caedito* et *adiice* legendum esse, vel *addito*, ut in vetustis edd. *huic bustum* Heinsius.

ELEGIA VI

De sacrificio inscribitur in vet. cod. Perreii, Regiis, Colbert. Borrich. et meo priore. Praecedenti connectitur in Dorv. pr. et meo sec. (etiam cod. Dresd. post vs. 10 incipit nova elegia, praemissa epigraphe, *de navali bello Caesaris)* in quibus post vs. 10 nova incipit eleg. praescripto titulo *ad Iovem*; in meo primo: *de Attica (scrib. Actiaca) victoria et templo Apollinis*: decem priores vs.

v. etiam in aliis codd. et edd. priscis separatim editi cum epigraphe, *de sacrificio*: reliqua aliam quoque elegiam *de Caesare* inscriptam constituunt. Sed iam in ed. Volsci omnia uno tenore iuncta exhibentur, ut in Aldd. Iunt. caeterisque, in quibus titulus est *de pugna Actiaca navali.*

1. *Sacra facit vates* etc.) *facis vates* Voss. pr. et quart. in quibus etiam *sunt orta.* Deinde *Et cadet* in Dorv. pr. et meo altero. *En cadit* legebat Markland. *tuos* Voss. quart. *pedes* pro *focos* pro varia lect. in Excerpt. Scalig.

3. *Serta Philetaeis* étc.) in omnibus codd. et edd. ante Volscum inepte legebatur *Philippeis*, ut est in cod. Colbert. uno Regio, Neapol. Mentel. duob. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. Borrich. Heinsiano, et meis. Optime ergo et verissime Volscus emendavit *Philetaeis*, ut legitur in sec. Vatic. in quo *Philethaeis*, et quinto, in quo *philiteis.* Codicibus tamen vetustis deceptus, scribebat: *Atque Cyrenaeas*, ut legitur etiam in vet. cod. Perreii, et duobus Vatic. Praeterea in iisdem codd. modo memoratis: *Cera P. certet*, quod in omnibus ante Scaligerum edd. legitur, qui recte substituit *Serta.* Male Editor Elect. Etonens. Maior. *E'dra Philetaeis certet* ex veteri libro Passeratii legit, recte castigatus a Schradero Emend. pag. 98. *Cirenaeas* male in Leid. sec. et meo. *Cirreneas* in Borrich. *Atque Cyrenaeas* in vet. cod. Perreii, et duobus Vatic. ut primam in hac voce corripit Catull. Carm. VII. *urna minister* in ed. Reg. Lep. Aldd. Iunt. Colin. sed iam in Veneta 1475 *ministret* excusum. *ministrat* in Heins. et meo pr.

5. *Costum molle date* etc.) *munus* pro *thuris* in sec. Dorvill. *turvis* vitiose in Askew. et meo pr. *lineus* Pocchus.

8 *Tibia — cadis*) *Mygdoniis modis* in vet. cod. Perreii, Colot. et tribus Vatic. et Markland. in marg. ed. Graev. legendum coniecerat *Mygdoniis modis.* (sed *modis* glossema. K.) *cadis* vero in caeteris codd. et edd. priscis. Scaliger male *cantat* pro *libet.*

9. *alio sint aëre* etc.) Pro *pura* in Borrich. *Aura*, et *movit* pro *mollit* in Mentel.

11. *Musa -- aedem)* *referemus* in multis codd. et prr. edd. Sed legendum *reseramus* i. e. aperimus, idque requirere videntur sqq. *Caesaris in nomen ducuntur.*

13. *Caesaris -- carmina)* *dicuntur* in quint. Vatic. sed *ducuntur* in reliquis codd. et edd. vetustis.

15, 16. *Est Phoebi -- condit aquae)* *Athamanta* in Voss. pr. *Athamantia* Dresd. *Athamani* in cod. Reg. Askew. et priscis edd. *Qua famis* vel *fanus* in Voss. pr. *famis* in quart. et *Samos* in marg. tertii. Heins. sine idonea ratione legebat: *Est Phoebi efficiens Ath. -- marmora condit aquae.*

17. *Actia Iuleae -- operosa via)* Markland. ad Stat. Sylv. pag. 307, et in Explic. vet. locor. post Eurip. Suppl. pag. 257 mendum in *pelagus* latere recte censuit, pro quo scriptum fuerit *Leugas* h. e. *Leucas*, vid. Virg. Aen. VIII, 675; III, 274. Ayrmannus male pro *pelagus* legebat *plangens.* *Actium Iuleae* Guyetus et Passerat. sed *Actia monumenta* iungenda sunt i. e. monumenta victoriae navalis Augusti Caesaris.

19. *Huc -- favebat avis)* *Nunc mundi* male in prr. edd. *conere* pr. Voss. *coiere moles* in Heins. et Borrich. *ne remis* Dorv. pr. *favebit* in sec. *favebet aquae* Vatic. quint. *equis* in tribus Voss. sed *avis* recte in caeteris et antiquis edd.

21, 22. *Altera classis* etc.) *teucro Quirino* in Neapol. pr. Vatic. Reg. sec. Colbert. Groning. Harleiano, duob. Leidd. Voss. tert. et quarto, Dresd. vetustioribus edd. et cod. meo pr. ac sec. in cuius tamen marg. *tenero* pro varia lectione. *tenero dampnata* Askew. Primus Beroald. *tenero* emendavit, laudante Broukh. editor Elector. Eton. Maior. locum sic explicat: *Classes usae sunt auspiciis nequaquam paribus: altera enim in gratiam Quirini, cuius pila femineis manibus deturpaverat, Teucris oriundi, et eisdem orto divis, Augusto faventis, eius, inquam, in gratiam tristi a superis ave damnata est.* Sed de ipso Antonio intelligere praestat, qui dicitur *Quirinus* pro Romano. In cod. Mentel. legitur: *tavero damnata Perino*, in qua

scriptura quin verum lateat, nondum tamen a me inventum, nullus dubito. Altero versu *turpiter acta* praeferendum videtur, quod licet reiecerit Broukh. tamen a Colotiano, tribus Vatic. Voss. pr. Borrich. Groning. Dorv. pr. Askew. Dresd. firmatur, et in ed. Ald. marg. conj. Heinsius. Non igitur opus est cum Marklando legere *turpiter apta manu* pro manui.

23. *Hinc)* male *Hic* in Excerptis Modii.

25. *Tandem acies geminos* etc.) *aciem* praeter codd. Broukhusii habent etiam Mentel. Groning. Colbert. Neap. duo Leidd. tres Voss. Dresd. et meus uterque, sed *acies* in reliquis. an forte *acies geminas ?* Antonii et Octaviani, ut dicat, utramque aciem ordinatam fuisse in formam Lunae corniculatae (Recte, sed non ideo necesse est, ut legatur *geminas*. K.). *Nereus*, corrupte *Lineus* in Mentel. Borrich. duob. Leidd. et Voss. in quorum primo *msus* in marg. et adscriptum, *l. Nereus. nervis* in Voss. pr. et Dorv. *nervis limarat* in Neap. et meo sec. Altero versu *Armorum et radiis* in multis codd. quibus consentiunt pr. Leid. et Voss. uterque Dorv. meus secundus, Dresd. et prr. edd. *Armorumque* Leid. sec. et alter Voss. sed copulam omittunt Borrich. Groning. Heins. Voss. quart. et meus pr. Deinde *Armorum radiis icta* praeferendum pro *picta*, ut clare in meo sec. legitur, et ita conj. Dausqueius ad Sil. It. XIV, 210; Heins. notis Prop. pag. 750 et Marklandus.

27, 28. *Quum Phoebus linquens* etc.) Pro *linquens* in Voss. quart. *vincens*, male. *stantem linquens* Leid. sec. et Voss. tert. *seu* pro *se* in Dorv. pr. *se iudice* solita confusione in Mentel. Borrich. Modii Excerptis, Heins. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meo pr. *Dolon* corrupte in Venet. 1475. Mox *mobilis una* in aliis et Groning. a manu sec. *illa* vet. cod. Perreii et sec. Vatic. *unda* in Neapol. Vatic. pr. Regiis, Colbert. duob. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. Dresd. meis et priscis edd. ut in marg. ed. Rovill. pro *unde* correxerat Dousa P. *nobilis unda* prave in Askew. Lipsius Lectt. Ant. II, 20 legebat: *Non t. ir. mob. unda Notos*, ut dicat, Apollinem ventos iratos

duxisse in Antonium; sed verissima recepta lectio *Nam t. i. m. ante N.* et sic Francius legebat. Delos enim, antea ventorum furorem passa, mobilis in mari natabat, sed ab Apolline terrae revincta, et stabilis facta est.

29. *Adstitit Augusti puppem*) *puppim* in Mentel. Neap. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis. mox male *simulata* pro varia lect. in marg. cod. mei sec. *Luxerit obliquam ter sinuante* in Askew.

31. *Non ille attulerat etc.*) Voss. tert. *crines in terga solutos.*

34. *Egessitque -- rogis*) *Egissetque* vitiose in Neap. Voss. pr. et quart. Askew. Dorv. sec. meo utroque, et edd. Venetis, Regiensi ac Volsci. Sed recte *egessit* exponunt, caedibus evacuavit, multis funeribus exhausit.

35. *Aut qualis flexos solvit* etc.) *fessos* corrupte in Dorv. pr. *Titana* Askew. *Serpentum* male in ed. Graev. Iungenda enim, *Pythona serpentem per orbes flexos*, seu flexis gyris volntantem. *quum timuere* in Vatic. quint. Ayrmannus interpungebat: *Pythona per orbes*, *Serpentem inbelles quum timuere l.* absque necessitate. *inbelles quem cecinere* placebat Guyeto. *cui renuere* Heinsio. *tremuere* forsan non male reponeretur. Editor Elector. Etonens. Maior. conj. *quem timuere deae*, Musae nempe, quia *lyrae* vs. 32 praecessit.

39. *Vince mari: iam terra*) *mare* Voss. quart. *nam terra* Mentel. et pr. Leid. Dein *mihi militat arcus* in Groning. et Voss. pr. male. *tibi militat*, in tuae spem gratiae. Seq. versu malim: *En favet* etc. Vossiani enim cod. pr. librarius quum scriberet: *hoc onus esse meis*, procul dubio voluit: *h. o. ecce meis*; sed prius praefero, quia *hoc onus omne* magis Propertianum.

42. *Imposuit -- vota tuae*) *prorae suae* in pr. et quart. Voss. quod non facile reiiciendum, ut innuat, navem Augusti praetoriam velut reipublicae ipsius navem esse. *publica vota* referunt ad vota, quae in proris navium affixa erant statuae illius dei, cuius tutelae navis erat credita. Vid. Dorleans ad Tacit. pag. 298; Colvium ad Apulei. pag. 153;

Rutgersium Var. Lect. V, 5, pag. 463; Scutflebium ad Catull. Phasel. pag. 55. Sed forte laudanda est Livincii coniectura: *Imp. prorae publica Fata tuae*, ut intelligatur publica Romae populique Romani fata, seu Fortuna, quibus, tanquam navis Augusti deis tutelaribus, infra vs. 49 Centauri, proris classis Antonii et Cleopatrae appicti, opponuntur. Vnicuique autem genti ac populo, quin et Heroibus, sua *Fata* erant attributa, maiora et minora, de quibus egit Patruus meus ad Ovid. Heroidd. I, 28; Lucan. V, 189; VII, 113.

43. *Quam nisi -- Romulus auctor*) *Quae* in altero Reg. Colbert. et ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci, ut ad *publica vota* referatur, et ita ex Brix. affert editor Etonens. *mihi defendens* in Excerptis Modianis. *Romulus auctor* in Reg. sec. quod in uno cod. nescio an hunc ipsum Regium ex Broukh. indicet, haberi notat editor Elect. Etonens. et sic legebat Ayrmannus, et ante eum Bentlei. ad Horat. Od. III, 3, 65. Sed *murorum augur* an eadem ratione, et casu secundo recte dictum sit, qua infra vs. 53. *temporis auctor* Apollo, vellem docuissent Passerat. et Broukh. qui lectionem *Romulus augur* tuentur; longe enim ista differunt, neque paria essent, etiamsi illic *temporis augur* legeretur. Neque eos adiuvat locus Cic. de Divin. I, 2, in quo Romulus *optimus augur* occurrit, sed is ipse locus alteram lectionem propugnat, quia illic *urbis parens Romulus* dicitur, ut bene observat Bentl. et similiter *murorum parentem*, *murorum satorem* Silio dici, atque exemplo Virg. cui *Troiae Cynthius auctor* Apollo, hic *murorum auctorem* appellari Romulum ostendit. Bvrm. Virg. Georg. III, 36; Sil. It. XI, 262; II, 654; Itaque *Romulus auctor* in ordinem revocavi. *Augur* propter *Palatinas aves*, augurium Romuli in monte Palatino, a grammatico margini adscriptum fuisse, et ita in codd. irrepsisse videtur. Kvin.

45. *En nimium -- Latinos*) *Et numen* vitiose in pr. Dorvill. et meo sec. in cuius marg. *lumen* pro varia lect. *En nimium* in Vatic. sec. *remos* Leid. sec. et Voss. tert. Dein vetus lectio fuit *prope turpe*, ut etiam est in Mentel.

Regg. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis codd. cum cdd. antiquis. Heins. conj. *audent quoque.* Dousa in marg. ed. Rovill. distinguebat: *audent prope, turpe, Latinis.* Sed Scalig. e suo cod. edidit *proh turpe*, ut in pr. Vatic. et a Lipsio correctum fuit Lectt. Ant. II, 20. Scribendum ex Perreii et Puccii cod. ac Vatic. sec. *pro turpe!* et interpungendum: *Et*, vel *En*, *nimium remis audent*, (*pro turpe!*) de quibus interiectis exclamationibus vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 204. Legendum praeterea *Latinos fluctus*, ut Markland. emendavit et distinxit: *En! nimium remis audent! proh turpe, Latinos, Principe te, fluctus r. v. pati!* ut oppositio sit inter *Latinos fluctus* et *regia vela*, seu inter Romanos et Regios. Pro *Principe te* corrupte *Incipit* in Dorv. pr. *Vindice te* in Askew. quod petitum e vs. 27.

47. *Nec te, quod classis* etc.) Pro vulg. *remiget* Leid. et Voss. tert. a manu sec. *remigat*, ut correxit Schraderus Emend. pag. 173, quia sequitur *Quodque vehunt.* In sec. Leid. *et iuvito.* in Mentel. quint. Vatic. Borrich. Groning. Heins. pr. Leid. tert. et quart. Voss. Dorv. sec. et meo priore *et multo.* In Regio, Colbert. ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci *invicto*, sed praefero *invito* ex Vicentina 1481, Beroald. et reliquis.

49, 50. *Quodque vehunt -- metus*). *Quaque vehunt* in Colotiano et pr. Vatic. *quotque* Dresd. *Quique* in Colbert. Sed *quodque* pro quamvis bene exposuit Vulpius, de qua voc. significatione, sequente semper Indicativo, unde *remigat* paulo ante scribendum notavi, plura dedi ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 484. *Centauros saxa* recte ex Guyeti coniectura edidit Broukhus. quum in codd. et priscis edd. legatur *Centaurica saxa*, ut intelligatur figura Centauri, ingentia saxa proiicere minantis, in prora navis Antonii et Cleopatrae depicta, quaeque ab ea forsan nomen habuerit, ut ap. Virg. Aen. V, 122; X, 195. Minus placet Heinsii coniectura *Centaurica monstra*, quia Centauris saxa magis conveniunt, vid. Ovid. Met. XII, 283. *Centaurea saxa* Askew. *Ceraunica* corrupte in pr. Dorv. *Centauria*

in Neap. a pr. m. forsan pro *Centauri*, quia *minantis* in plerisque aliis codd. ut in Colb. Mentel. Borrich. Heins. Dresd. pr. Leid. et Voss. Dorvill. altero, meo priore, Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. et Volsci. *minante* vitiose in Aldd. Iunt. et Colin. *minantes* ed. Beroald. Rovill. Gryph. Canter. aliis. *numantis* in meo sec. in marg. *minantes* pro varia lect. *Centaurica signa* conj. Markland. *Signa cava* in Borrich. male. Vid. Heins. ad Ovid. Met. XIV, 534. *experiare* in Voss. pr. meo sec. et ed. Venet. 1475, Reg. Lep. Volsci, Aldd. Iunt. Colin. et Gryph. sed *experiere* in Excerpt. Modii, Neap. Vatic. quint. Borrich. ed. Vicent. 1481, Beroald Rovill. et sic Guyetus; quod recte admisit Broukh.

52. *excutit arma pudor) discutit* in Askew. male.

55. *Dixerat -- in arcus) pharetrae pondus consumit et arcus* Groning. et Dorv. sec. Coniecèram aliquando *in ictus*. Elegantissima autem locutio *pharetram consumit in arcus* vel *ictus*, cuius particulae vim bene exposuit Gronov. Diatr. Stat. pag. 336. *pondus pharetrae* pro pharetra ponderosa, sagittis plena.

56. *Proxima -- fuit) furit* ex emendatione Heinsii, vid. eum ad Ovid. Fast. II, 751, et Val. Fl. I, 144, recte edidit Broukhus. et ita Guyetus, quum in edd. vulgatis antea legeretur *fuit*, quod certe languidius, licet hoc in omnibus codd. habeatur. BVRM. Non nego, *furit* exquisitius esse; neque tamen scriptores vett. huius generis elegantias quovis loco sectati sunt, et quum vulgaris lectio commodum sensum pariat, nihil sine codicum auctoritate mutandum. Nec quaerendum, ut ad h. l. notavit Vulpius, quid scriptor scribere potuerit, vel debuerit, sed quid vere scripserit. KVIN.

57. *Vincit Roma fide Phoebi, dat f. poenas)* edd. principes, easque secutae, ita interpungunt: *Vincit Roma, fide Phoebi d. f. p.* in aliis: *Vincit Roma, fide Phoebi, d. f. p.* sed prius longe praeferendum, *fide* enim *Phoebi vincere* dicitur Roma ob vs. 39, nisi *fide* pro augurio Phoebi Augusto opem afferentis interpretari quis malit.

59. *At -- astro)* *Et pater* in Borrich. Aldd. Iunt. Colin. et Gryph. *Aut pater* in Harleiano Musaei Britan. *At pater* in Mentel. Heins. Groning. Dresd. et reliquis fere omnibus codd. atque edd. prr. usque ad Beroaldi. *Italio* vitiose in Neap. *miratur* in Mentel. Groning. Leid. pr. tribus Voss. Askew. Dorv. utroque, et meis, cum priscis edd.

60. *Sum deus -- fides)* *est nostri* in Colot. Vatic. pr. et quint. utroque Dorvill. *et nostri* in binis Leidd. Voss. tribus, meo priore, et prr. caeterisque edd. priscis. *et vestri* in meo sec. *est vestri* Dorv. pr. Markland. adscripserat: *Et* vel *En*, *nostri sanguinis iste*, *fides* i. e. deus sum: et iste ex sanguine nostro probat hoc; sed addiderat, nihil temere mutandum.

61. *Prosequitur -- signa deae)* *persequitur* male in Dorv. sec. *prosequi* enim verbum honoris. Valde blanditur lectio, quam ex suo cod. affert Dempsterus lib. III Etrur. Reg. c. 67 extr. *Prosequitur concha Triton*, quod confirmat scriptorum locis, in quibus Tritones tanquam tubicines suis conchis accinentes Heroibus inducuntur; alia de Tritone, concha canente, loca vid. ap. Cerdam ad Virg. Aen. X, 209. Receptae lectioni favere posset locus Senec. Troadd. 202, ubi de nuptiis Polyxenae: *Tritonum ab alto cecinit hymenaeum chorus*. Deinde *circum libera* pro *circa*, euphoniae causa, legebat Francius et Markland.

65. *Illa petit -- moritura die)* *viso* pro *iusso* in Heins. et Askew. *viso non peritura* in Borrich. et meo pr. *nocitura* Voss. quart.

63. *quantus mulier)* *tantus* in Colbert. *quantum* Voss. tert.

67. *Actius hinc -- quod eius)* *Phoebi* in Voss. quart. et tertio pro varia lect. Heins. Borrich. et meo pr. *quid eius* in ed. Venet. 1475, et Regiensi. *quot eius* ed. Volsci. Dein *vincit* in Colbert. Voss. quart. et Dresd.

69. *Bella -- arma chorus)* *Bella satis tecum* in Veneta 1475, Regiensi et Volsci ed. *iam* deest Dorvill. *exerit* in Heins. et meo pr. *thoros* Dorv. pr. et in mei sec. marg.

pro varia lect. *ad placidos eximit arma thoros* in Palatino legi, notat Gebhard. ad lib. II, pag. 229.

71. *Candida -- luco) subeam* vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. ut coniecerant Heins. et Broukhus. pro *luco* in pr. Vatic. *Baccho.* Aytmannus: *lecto.* Idem Heins. legebat: *Condita* (vel *Candida*) *n. m. subeam conv. ludo*; etiam Livineio placebat *ludo*, probante Patruo meo ad Val. Fl. I, 251, ut *noctem ducere ludo* ap. Virg. Georg. III, 379; Claudian. Epithal. Pall. 97; Val. Fl. I, 294. Ita passim *convivia* et *ludus* iunguntur, Sil. It. XV, 273; Iuvenal. XI, 177; Stat. Theb. V, 195.

72. *Blanditiaeque -- rosae*) Scaliger emendabat, *Blanditaeque fluant*, quae emendatio nititur loco Plin. XXV, 2. *Radicem silvestris rosae, quam Cynorrhodon vocant, blanditam sibi adspectu in frutecto.* Hanc emendationem Scalig. recepit Broukhus. Scaligeri etiam vestigia presso pede male secutus est Gebhard. Crepund. III, c. 11, et Passerat. ad h. l. *Blanditiaeque* in plerisque codd. et edd. priscis, quibuscum conspirant Regius, Colbert. Groning. duo Leidd. tres Voss. Dresd. et uterque Dorv. *Blandiciaeque* in Askew. et meo pr. *Blandidutaeque* duo Vatic. et vet. cod. Perreii, qui etiam adscripserat, Pontanum legisse *Blandusiaeque fluent.* Nomen rosis celebrioribus proprium requiri videtur, et blanditur admodum Fruterii coniectura: *Blandinaeque fluant*; eamdem margini ed. Rovill. adleverat Dousa P. De hoc oppido *Blanda* vid. Cluver. Ital. Ant. IV, 14, pag. 1263: et hanc emendationem admittam libenter, si *Blandinarum rosarum* celebritas aliquo vet. scriptoris loco probata occurrat, *fluent* in Mentel. et pr. Leid. BURM. Hinc Mitscherlich. Obss. in Prop. legendum suspicatus est: *Paestanaeque fluant*, de quibus poëta supra el. 4, 59. K.

73. *Vinaque fundantur* etc.) *plenis Falernis* in Borrich. et Heins. *praelis elixa* Askew. *Perque lavet* in Neap. Borrich. Askew. Voss. pr. Dorv. sec. Dresd. et meo. *Terque velet* in Voss. quart. Dein *spica calissa* Mentel. et Askew. *Calisa* in Borrich. Heins. at meo pr. *Cylissa* in sec. ut in vetustiss. edd. vel

Cylisca. Crocum, cuius Cilicia ferax, intellexit Scaliger, et ante eum Volscus, licet dubitanter, nam *Syrisca* etiam coniecit, de nardo Syriaco explicans. Nardinum unguentum, ex spica nardi confectum, exposuit Beroaldus. Crocinum unguentum, quo comas perfundebant, intelligebat Pesserat. Mercurialis Lectt. Var. VI, 7 non de mero croco, sed de crocino unguento, quod in Cilicia laudatissimum, exponit, licet addat, non inconcinne etiam de nardo intelligi posse, ut sub *spicae Cilissae* nomine nardum Syriacum innuerit poëta. Burm. Pro *comas* in cod. Dresd. *manus*. Kuin.

75. *Ingenium -- poëtis*) *positis irritet* male in Neap. Regio, Colbert. Borrich. Groning. Excerpt. Scalig. pr. Leid. Voss. pr. et quart. Dresd. Dorv. sec. meo pr. ed. Veneta 1475, Rhegiensi ac Volsci, Aldi pr. Innt. Colin. et sic affert Nestor in Vocabular. pag. 71; sed *potis* recte legitur in cod. Vatic. sec. ed. Vicent. 1481, Ald. sec. Mureti, Rovill. Gryph. Canteri, et aliis, et adscripsit Puccius ad Rhegiensem. *potos* pro temulentis, vinosis etiam dixit I, 16, 5. *irritat* recte Scaliger. Livinei. et Passerat. dissentientibus licet scriptis et editis, in quibus *irritet*.

77. *Ille -- Sygambros*) *Illa* Dorv. pr. *sevire* Voss. quart. Groning. Askew. Dorv. sec. *Licambros* in Borrich. et meo pr. *Sycambros* in pr. Leid. et priscis edd. *Sygambros* scribendum praeferunt viri docti. Vid. interpp. ad Ovid. Am. I, 14, 49, et Valesiana pag. 91. Deinde *Cephean Merom* Neap. *Cephean hic Myron* in Excerpt. Modii. *mirum* meus pr. *mirim* Borrich. *Cepheam hinc* Dresd. *Cepheam hinc merorin* ed. Venet. 1475, et Rhegiensis. *fuscaque signa* male in Voss. quarto, Heins. et meo pr.

79. *Hic -- Parthum*) *Hinc referat fero* in prr. edd. *Hoc referat* pr. Leid. *Hec referat ferro* in meo sec. *confossum* Askew. *cedere Parthum* Dorv. sec. Heins. in notis ad Prop. pag. 750 tentabat: *confessum foedera*, aut *sero confectum foedere*, vel *Hic referat Seras confessum et foedera Parthum*, vel denique *Hic referat sero confessa in foedera Partho Reddere signa Remi*, e quibus, *sero confectum foedere* prae caeteris placet. vel, *Seras*, *confessum*

et foedera Parthum. Livineius quoque *confectum* volebat. *Reddit signa* Groning. ut legebat Ayrmannus. *ipsa sua* Voss. quart. Burm. *Confessum* explicat Passerat. victum, fatentem se peccasse et veniam petentem, supplicem, *sero foedere* seris conditionibus pacis. Contorte. Vera haud dubie lectio est *confectum.* Kuin.

81. *Sive aliquid -- Differat*) *Sive aliquis* in Neap. Mentel. Groning. Heins. Borrich. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis, et priscis edd. usque ad Beroaldi, in qua *aliquid*, ut in reliquis. *Sive aliqua* vet. cod. Perreii et duo Vatic. *paret* in Voss. quart. et meo pr. *parcit* in Heins. *Deferat* Dorv. pr. *Differet* correxerat Francius, quod probo. Seq. vs. *sapit* cod. Dresd.

85. *Sic noctem patera* etc.) *Sic vocem* male in Voss. pr. et Dorv. *Irradiat medios* vitiose affert Dorleans ad Tacit. pag. 381. *in mea iura* corrupte in Heins. et meo pr.

ELEGIA VII

De Cynthia vel *ad Cynthiam* inscribitur in codd. in Borrich. *quod anima sit immortalis.* In meo pr. *Qualiter umbra Cynthiae iam defunctae apparuit sibi in somnis.* In cod. Dresd. *Cynthiam vita functam sibi apparuisse scribit.*

1, 2. *Sunt aliquid -- rogos*) Gebhardi Palatin. prior *Sunt aliqui manes.* Pro *omnia* Ciofanus ad Ovid. Trist. IV, 10, 86 affert, *nomina.* Pro *lurida*, quod in omnibus codd. etiam Dresd. legitur, Vatic. quint. habet *lucida* et sic in Venet. 1475, Rhegiensi, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. 1551, Antuerp. Christ. Plantini 1560, et Lugdunensi Grasseri 1607, et ita legisse Auratum notavit Dousa P. coniecit ita quoque Perreius in marg. ed. Ald. etiam Gutherius de Iure Man. II, 16, pag. 275 *lucida* probabat. Vera tamen lectio *lurida*, propria rerum feralium vox. *Evinctos* Neap. Mentel. Borrich. Heins. Harleian. Leid. sec. Voss. tres, uterque Dorv. et mei: sed ex primis edd. id tantum reperi

in Vicent. 1481; reliquis *evictos* constanter tuentibus. Passerat. in aliis libris *exstructos* vel *evinctos* legi notavit, unde *extinctos* vel *exstructos* coniecit, ut in ora ed. Gryphianae etiam conj. Heinsius.

4. *Murmur -- viae)* ita in omnibus fere codd. et edd. priscis, nisi quod *Marmor* in Excerpt. Scalig. et Dorv. altero a. m. sec. ut Lipsius, Fruterius, et Guyetus, qui per *marmor* intelligebat viam marmore stratam. Sed recte Heins. in not. Prop. pag. 751 observat, vias non marmore, sed silicibus stratas fuisse, cui placebat lectio vet. cod. a Passerat. notata: *Margine in extremae nuper humata viae* (at *margine* glossema sapit. K.) i. e. in ripa Anienis, ubi via extrema desinit. Neque inelegans videtur haec lectio, quam praetuli olim in notis ad Lotich. pag. 348. *Murmur ab* in Askew.

5. *Quum -- amaris)* Ita hic versus exhibetur in Neapol. Colbert. Mentel. Dresd. aliisque notae melioris, sed *Quum mihi ab exs. somn. p. a.* in Regg. Borrich. Groning. Leid. sec. duob. Voss. Dorvill. sec. et aliis, in quibus etiam *amoris* pro *amaris*, ut recte emendavit Livineius, quod a quint. Vatic. firmatur. *exquiliis* vitiose in Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci, et mox *lethi* pro *lecti* in Dorv. sec.

7. *Eosdem -- capillos)* *Hosdem* in Neap. Vat. sec. Regg. Colbertino, Mentel. Excerpt. Scalig. Askew. Borrich. Groning. pr. Leid. Voss. pr. et quart. utroque Dorv. Dresd. meo sec. et prr. edd. usque ad Aldinas, caeterasque, in quibus recte *Eosdem*, et sic affert Nestor in Vocabul. pag. 153 b per synaeresin in duas syllabas contrahitur.

9. *Et solitam -- ignis)* *solitus* vet. cod. Fruter. *solitum* in omnibus codd. et edd. vetustis. *solitam* bene correxit Heins. not. Prop. pag. 761, et Advers. I, 2. *beryllos* Neapol. *ademerat* male in Regio, Voss. pr. meo sec. et ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci: vulgatam adiuvat vitiosa lectio cod. Askew. *adderat* et ed. Colinaei *aderat*, typi errore. Auratus male *obederat* legebat. Ovid. Am. I, 15, 41: *cum me supremus adederit ignis.*

10. *Summaque -- liquor)* Schrader Emend. pag. 174.

tinxerat ora liquor, vel *tinxerat ora color*. In omnibus tamen codd. et edd. priscis *triverat*, et hoc forte melius cohaeret cum *vestis adusta* et *beryllon adederat ignis*, ut aliquid passa etiam fuerint summa eius ora ab aqua Lethaea, quam libaverat, non saepe imbiberat, sic enim amatoris sui oblivia penitus potasset, et inepte fingeretur cum eo hac elegia expostulare pro indole et asperitate ingenii.

11. *Spirantisque animos* etc.) *Spirantes* in nonnullis codd. et edd. priscis, i. e. iracundos et multa minantes animos. Sed *spirantisque an.* quod multo plures codd. habent, praeferendum, i. e. quales viventis fuerant animi et ferocia. *Spirantesque oculos* in Askew. Fruterius conj. *Suspiransque animas vix vocem emisit*, vel *Suspiransque animo*, aut *Suspiransque imo*, pectore scilicet, vel denique *Spirantemque minas ita vocem emisit*. Heins. *suspiransque animas*. Sed nihil mutandum. *Suspiriumque* vet. cod. Perreii. Idem Heins. legebat: *Suspiransque animo vix vocem emisit, et illi Pollice bis fragiles increpuere manus.* Vid. Advers. I, 3; not. Prop. pag. 751.

13. *Perfide -- puellae*) *nequicquam* in Dorv. pr. et meo. *speranda* Mentel. Heins. Borrich. et meus pr. *sperandae* in altero.

15. *Iamne -- Suburae*) *exciderant* plerique codd. cum Leidd. Voss. Dresd. utroque Dorv. et meis, ac edd. antiquis. *vigilacis tecta* in Leid. pr. Voss. duob. pr. Dorv. et meo. *vigilatis tecta subire* in codd. Regg. Veneta 1475, Reg. Lep. et Volsci. *vigilantis tecta subire* Vicent. 1481: *subire* etiam in Voss. pr. et Dorv. et meo sec. *vigilantis furta suburrae* in Neap. Colbert. Borrich. Groning. *vigilacis* recte in vet. cod. Perreii, Neap. Scalig. Excerpt. Leid. Voss. pr. et Dresd. *vigilacis scorta Suburae* Heinsius. Sed bene *furta* de clandestinis amoribus intelligit Broukh. *Suburrae* male in Voss. pr. et Dorv. pr. et edd. priscis. *Subura* enim semper scribendum. Neque cum Heinsio placet, *nocturnis trita fenestra sonis* pro *dolis*, quod satis refellitur ex vs. seq. *demisso quoties* etc.

17. *Per quam -- pependi*) *dimisso* male in sec. Leid. *toties* cod. Dresd.

19. *Saepe Venus trivio* etc.) *commixta est* in duob. Leidd. Voss. tert. et quarto, utroque Dorv. et meis. *commissa est* Voss. pr. *commista* Vatic. quint. *cum mixta* Colotian. *quum mista* pr. Vatic. *commissa* vera lectio, quam bene ex Posthiano s. Groningano amplexus est Modius in Novantiquis pag. 75, et Heins. ad Ovid. Rem. Am. 407. *tempore mixto* Voss. tert. et Dorv. sec. *est tempore* Askew. Altero versu *trepidas* vitiose in Mentel. Regio, pr. Leid. duob. Voss. utroque Dorv. et meo sec. sed *tepidas* recte Heins. ad Ovid. Am. I, 12, 13. Pro *pallia* in quint. Vatic. Regio, Colbert. Mentel. pr. Leid. Dorv. et meo sec. *pectora*. *trepidas pectora* etiam in Venetis duabus et Reg. Lep. *tepidas pectora* ed. Volsci, sed *tepidas pallia* in Beroald. Aldd. caeterisque.

21. *Foederis -- verba*) Heins. Advers. I, 3, pag. 22, emendabat: *Foederis heu taciti sic* (vel *dic*) *cur fallacia verba*. Male.

23. *non -- euntes*) *inflammavit* in Dorv. sec. et Palatino Gebhardi. *inlaniavit* corrupte in Voss. tert. h. e. *inclamavit*, ut in Excerpt. Scalig. Heins. Groning. Askew. Dorv. pr. Dresd. meo utroque, et ed. Vicent. 1481; quam lectionem ex aliis libris etiam affert et defendit Gebhardus. sed *inclamavit* improbatur ab Heins. ad Ovid. Met. VII, 155. *inclinavit* est in quint. Vatic. Mentel. Regg. ed. Venet. 1475, Reg. Lep. Volsci, Beroald. Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. idque probabat Perreius in marg. ed. Ald. et Ianus Dousa. *euntis* legitur in Neap. a m. pr. Excerptis Scalig. Regg. Askew. binis Leidd. tribus Voss. pr. Dorvill. meis ed. Venet. 1475, Vicent. 1481, Reg. Lep. Volsci, Beroald. Gryph. Rovill. *eunteis* in Aldd. Iunt. Colin. Grasseri, aliisque, h. e. *euntes*, ut clare in Dorv. sec. et Dresd. *hiantes* legebat Barthius et Heinsius ad Ovid. Art. A. II, 115; Met. VII, 155; Advers. I, 3, pag. 22. Sed hanc coniecturam in notis memorare praestat, quam contra omnium codd. et edd. veterum auctoritatem cum Broukhusio in contextum

iuvebere. Antiquam ergo lectionem exhibui. Burm. De *conclamatione*, inquit Broukhus. scimus quod satis sit; nunc vero de *inclamatione oculorum* docendi eramus. Et scriptoris veteris loco formula *inclamare oculos* erat probanda. Sed haec ipsa lectio *inclamavit* haud dubie librariorum incuriae suam originem debet. K.

25. *Nec crepuit fissa* etc.) Distichon hoc in codd. nonnullis legitur post vs. 20 *Fecerunt tepidas* etc. ut in ed. Scalig. Broukhus. et Burm. hoc ordine: *Fecerunt tepidas* etc. *Nec crepuit* etc. *Laesit et objectum* etc. *Foederis heu taciti* etc. *Non audituri* etc. *At mihi* etc. sed in omnibus fere codd. et edd. antiquis eo loco legitur, quo nos illud reposuimus. Illa autem ipsa hominum doctorum dissensio, quorum alii disticha transponenda, alii codicum ordinem servandum esse contendunt, duplicem huius loci impediti et obscuri interpretationem peperit. Explicant nimirum haec verba vel de ianitore, ostiario, vel de Cynthiae cadavere negligentius tractato. Kuin. -- *Nec doluit* in vet. cod. Perreii, pr. et sec Vatic. *fissa* ex codd. Regg. edidit Broukh. quod a Colotiana et Vatic. quinto firmatur. *fixa* enim legebatur in Scalig. Excerpt. Mentel. Heins. Borrich. Groning. Askew. Harleiano, duob. Leidd. tribus Vossii, Dorv. sec. Dresd. et meo priore, cum Veneta 1475, Reg. Lep. Volsci, Aldi utraque, Iunt. Colin. Gryph. 1551 et 1561, Grasseri, Scaligeri, aliisque edd. sed in Vicent. 1481, Beroald. Rovill. Mureti Aldina 1558, Antuerp. Plantini 1560, Canteri 1569, Gryph. 1573, et Dousarum Rapheleng. 1592 *fissa* excusum est; quod probabat Scaliger et Heins. in notis pag. 751. Huius lectionis sensum de ostiarii virga exposuit Dousa P. laudatus a Broukh. ut illa arundine, prope ostium pendente, Propertium prae ira non percussisse caput ianitoris dicat Cynthia. De tali arundine vid. Lipsium ad Senec. de Const. Sap. c. 14; Gronov. ad Plauti Aulul. III, 3, 6; et interpp. ad Petron. c. 98 et 134. Dorvillio autem, versum hunc post verba: *Unum impetrassem* etc. collocandum censenti, *fissa arundo* significare videbatur idem quod *hians calamus* III, 17, 34; ideoque Torrentii expositionem, de

sepulcri custode, et in funere suo, ne quidem calamo aut arundine, pro tuba ac tibia cantatum fuisse, ut capiebat etiam Livineius pag. 163, amplectebatur, et *propter* hic poni pro iuxta notaverat, et seq. versu indicari iniuriam, qua funus Cynthiae erat affectum, quia non aderat custos. Broukhusius, qui de funere Cynthiam nondum loqui putabat, in notis MSS. animadverterat, eam iudicare, tam caute et circumspecte se amorem cum Propertio exercuisse, ut nunquam deprehensa fuerit domo abfuisse, et ideo ianitorem nunquam eam ob causam arundine, quae ad cellam adstabat, caesum fuisse, aut tegulam e suis tectis in caput eius coniectam fuisse. Sic fere Scaliger explicabat, et diu ante Volseus. Pro *custos* Ayrmannus legebat *postis*. Sic Senec. ep. 80 *non crepuit subinde ostium*. Petron. c. 99 *adhuc loquebatur, quum crepuit ostium impulsum*. In Voss. tert. et Askew. *te propter*, ut legebat Marklandus, hoc sensu: tua gratia portitor siluit, nec fissa arundine crepuit, quando te vidit ad meam fenestram. *Laesit ut* Heins. *abiectum caput* Guyetus; ut ex vet. libro profert Passerat. et sic edidit Vulpius. Burm. Equidem iis interpretibus accedo, qui de Cynthiae cadavere hoc loco sermonem esse censent. Scilicet *Arundo fissa* est, vel fistula, ut ap. Sil. It. XIV, 472; *hians calamus* III, 17, 34 (Stat. Sylv. V, 3, 88: *Nec fissa gavisam Pallada buxo*) vel, crotalum sc. virgula ex arundine scissa, utrumque enim per *fissam arundinem* intelligi potest. Vid. Heyne ad Copam vs. 4, et Scheffer. de Milit. Nav. lib. 3, c. 1, pag. 179. Custodes cadaveris adhibebantur, ne cadaveri fieret iniuria, et subinde fistula cecinisse, vel crotalum concussisse videntur, ut alacritatem et vigilantiam suam declararent. Itaque sensus verborum esset: non est adhibitus mei cadaveris custos, (custos *propter me* i. e. iuxta me) negligentius funus meum curatum est. Sed virga erat quoque ianitoris insigne, vid. Macrob. Saturn. I, 9. posset ergo per *custodem* intelligi ianitor, ostiarius, atque sensus hunc in modum constitui: ianitor, virgam gestans, mea causa, *propter me*, non aperuit ianuam, ut

cadaver meum in vestibulo positum, qui vellent, spectare possent. Sed nulla cadaveris mei cura habita est. Kuin.

27. *Denique -- funere vidit?) curvum* in omnibus codd. et edd. vetustis, *currum* vitiose in ed. Volsci ac Vicent. 1481. Heins. coniecit *furvum*, quod recepit Broukhusius. Pro *incaluisse* legitur *immaduisse* in vet. cod. Perreii, et pr. ac sec. Vatic. Vid. Heins. Advers. I, 3, pag. 33; et ad Ovid. Met. III, 273. Burm. Heinsii coniectura *furvum*, codicum auctoritate prorsus destituta, a Broukhus. non debebat in textum recipi, et a Burmanno servari, quum vulgaris, omnium codd. lectio *curvum*, commodissimum sensum praebeat, pingit enim poëtae tristitiam, vel, quod Vulpio placet, Propertium in amicae funus sc. cadaver procumbentem indicat. Kuin.

29, 30. *Si piguit -- ire meum) ultro* in Askew. *at illuc* in omnibus meis codd. etiam Dresd. et edd. fere plerisque antiquioribus, probante Dousa P. ultra portas nempe. Sed *illud* excusum est in Mureti Aldina 1558, Rovill. Canteri Plantiniana 1569, Gryph. 1573, Scaligeri et Dousarum Raphelcng. ut in marg. ed. Ald. correx. Heins. quod recepit Broukhus. subintellecto nempe, at illud saltem iussisses etc. *illud* probat etiam Livinei. in notis ad h. l. et ad Plin. Panegyr. c. 73, docetque id exprimere Graecorum τὸ δ' ἐκεῖνο. Deinde *lectum illusisses* corrupte in Mentel. *Iussisse* Voss. sec. *lectum illusis* Voss. pr. *Iussisset* vitiose in Gryph. 1551. Non penitus spernenda est lectio codd. in quibus: *Iussisses lethum*, vel *letum lentius ire meum*, ut in vet. cod. Perreii, sec. Vatic. Dorv. pr. meo sec. ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsei.

31. *Cur ventos -- petisti?) ventum* in Leid. pr. et Heins. *dedisti* conj. Fruterius et Heins. qui posterior praeterea ad marg. ed. Ald. adscripserat: *Curve unguenta rogis non spissa, ingrate, petisti* vel *dedisti*, aut etiam *non missa, ingrate, litasti*, et sic fere in Adversar. l. c. pag. 23; idem in notis Prop. pag. 751 etiam tentaverat: *Cur breve thus non ipse rogis* i. e. exiguum thuris. Sed frustra. Altero versu *Cur nardon flammae non oluere* legebat Lipsius Var.

Lect. II, 12. Burm. Statius Sylv. II, 1, 157 de Glauciae rogo: *Quid ego exequias et prodiga flammis Dona loquar, moestoque ardentia funera luxu? Quod tibi purpureo tristis torus aggere crevit: Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi, Quodque Arabes Phariique, Palaestinique liquores Arsuram lavere comam.* add. Id. II, 6, 86 sqq. Kuin.

33. *Hoc etiam -- hyacinthos*) *grave erit* male Voss. pr. *Nec grave* . . . relicto vacuo spatio in Dorv. sec. a m. pr. *Nec grave et erat* Askew. Heinsius legebat: *Aut hoc si grave erat.* Sed vulgatum praefero, si interrogationis nota apponatur, ut increpationis aculeum augeat. Dein pro *fracto cado* Markland. conj. *stactes busta piare cado*, qua voce utitur Plaut. Curc. I, 2, 6. Male. Burm.

35. *Lygdamus uratur* etc.) hoc et sequens distichon sine idonea causa Scaliger loco movit, et collocavit post vs. 46: *Per nomen quoniam* etc. *Lygdamus* etc. K. *candescant* Borrich. et Leid. pr. *candescant lamina* Dresd. *candescant lumina verna* in Excerpt. Scaligeri pro varia lect. *campescat* corrupte in Dorvill.

36. *Sensi ego -- vina bibi*) *vena* in Mentel. *vena bibit* Leid pr. Heins. conj. *pulla venena bibi* et *vernae insidiis* coniungebat. Posset forte *pallida* ad ipsam Cynthiam referri, quae sentiens insidias, quum vina biberet, palluit; sic *pallere venenis* Ovid. Met. VII, 209 infra eleg. 8, 54.

37. *At Nomas arcanas* etc.) *Aonius arcana colat* in Vatic. quint. et utroque Dorv. *Vt Nomas* cod. Scalig. *At Nomas* Groning. Heins. et meus pr. ut legebat Passerat. *An Nomas* Guyetus. *archanas tollat vesana* Askew. *arcana colat versura* in Regio. *colat* etiam in Dorv. pr. *prodat* in vet. cod. Perreii, Colot. et tribus Vatic. *sabinas* in cod. Dresd. apposita litera *l* super *b*. *salinas* in Neapol. Mentel. Borrich. Heins. duobus Leidd. Voss. tert. Dorv. sec. et meo utroque. *salutes* Voss. quart. Mox *Dicet* in Regg. Colbert. duobus Leidd. tribus Voss. Groning. Askew. duobus Dorv. et meo sec. *Ditet* in pr. *Ducet* Excerpt. Scalig. *Licet* corrupte in Borrich. et *Dicque* in Neapol. *texta* Voss. quart. *Ducet*,

ut edidit Broukh. a Scaligero est, qui exponit: igne filatim liquefaciet, sed codicum auctoritatem sequi malui, et Scaligeri lectionem reiecit Gebhardus. Beroaldus intelligebat Nomada veneficam, quae salivis utebatur ad expiationem, quas in sinu ter exspuebant, legitque *Dic et*, separatis voculis, ut alloquatur Propertium, dic, ut testa ignea urat manus noxias, vel Cynthiam ab eo petere supplicium de servo Lygdamo sumi et ancilla Nomade, a quibus venenata pocula sibi erant data, quod se inter bibendum sensisse ait, adeoque Lygdamus cauterio tanquam veneficus uratur, et Nomas manifestet venena, illa quae in arcanis habuit: quod indicare cogatur per testam ignitam, qua manus sceleratae, quae venena sibi porrexerint, urantur: ideo etiam legit *prodat* (typi vitio *probat* editum est), et *salivas* vinum venenatum exponit, quia auctore Plin. XXIII, 1 sua cuique (vino saliva est. Passerat. propinatum amoris poculum explicat. Priorem Beroaldi explicationem, et subintellecto *si*, hunc sensum praeferrem: Si Nomas salivas suas arcanas tollat seu amoveat, ignea testa *dicet*, indicabit, manus *damnatas*, scelestas.

41. *Et graviora -- quasillis*) *refundit* in Borrich. Heins. Leid. sec. Voss. pr. et tert. meo sec. Dorv. pr. *Et graviora pendit* Askew. *graviora fundit* in meo pr. ed. Venet. 1475, Reg. Lep. et Volsci, sed *rependit* in Vicent. 1481, Beroald. Aldd. caeterisque, quae sanissima lectio est. *At graviora* legit Markland. ad Stat. Sylv. pag. 243.

43. *quod Petale -- coronas*) Ita in Regg. Colbert. Neapol. Mentel. Borrich. Groning. Dorvill. caeterisque codd. et priscis edd. sed *corollas* in Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. Grasseri, aliis. *ad monumenta corollas* hiatu relicto desunt in Voss. quarto. *Nostraque Petale* omisso *quod* in Mentel. Leid. pr. Askew. et meo priore, prima in *Petale* male producta. *Pethale* in priscis edd. *Parale* vitiose in ed. Graevii nomen iactante.

45. *Caeditur -- capillis)* *Caecior* corrupte in Leid. pr. *Ceditur* male in nonnull. codd. et edd. vetustis, in quibus etiam *Lalace*, ut in cod. Dresd. et *mortis* vitiose in Voss.

quart. Deinde pro *rogare* in Mentel. Groning. Leid. pr. Voss. tert. *negare*. male.

47. *Te patiente meae* etc.) *Audax e nostro* vet. cod. Perreii, Colot. et duo Vatic. *Ardent ex* vel *Ardent e nostro* in Regg. Colbert. Borrich. Leid. sec. Voss. pr. et tert. Dorv. utroque et meo pr. *Ardente e n.* Dresd. *Ardent et* Mentel. et Leid. pr. *Ardenti nostro* Askew. *Ardeat e n.* ex suo cod. Scalig. Livineius cum Mureto et Guyeto praefert *Ardenti e nostro*, atque Passeratius prae illa quae in aliis habetur *Parthenie e nostro:* sed in nullo cod. vel ed. antiq. hanc lectionem reperi, si solam Grasseri edit. excipias, et illius nutricis suae meminit Cynthia infr. 74. Vulpius refert ad novam Propertii amicam, ex ardenti Cynthiae rogo omnem ornatum suum tanquam spolia et dotem habituram. Sic fere Beroald. Sed haec ad Nomada referenda puto, de qua praeced. disticho (nempe si retinetur ordo, quo Scalig. vs. collocavit, vid. ad vs. 35) et recte Heins. in notis ad Prop. pag. 752 videtur suspicari, in lectione *Ardent* vel *Ardenti* latere nomen ancillae, ideoque in marg. ed. Ald. conj. *Arne*, vel *Acme*, *de nostro*. Markland. vero legebat *Altera et e nostro* etc. Burm. Sed his Heinsii conjecturis facile supersedere possumus, si servamus versuum ordinem a codd. constitutum. K.

50. *Longa -- tuis*) *mei* perperam in Excerpt. Modii, sec. Leid. tertio et quart. Voss. et Dorv. sec.

51. *Iuro ego -- carmen*) *revocabile* vel *revolubile carmen* in codd. et edd. priscis, cum Palatinis et Commelin. Gebhardi et Beroaldi cod. Neapol. Mentel. Heins. duob. Leidd. duob. Voss. Dorv. Regg. Colbert. Askew. Dresd. qui habet *revolubile carmen*, et meis. *revolubile fatum* in quart. Voss. Sed *fatorum nulli revolubile stamen* optime tuetur Broukhus, praesertim loco Tibulli I, 8, 1. *Hunc cecinere diem Parcae, fatalia nentes stamina*; Stat. Theb. VII, 772. *immites scis nulla revolvere Parcas Stamina*. Burm. Scilicet *revolubile stamen* legebatur in vet. cod. Passerat. et sic quoque in Heinsii cod. Vid. eius Advers. pag. 200. Sed exinde, quod aliis in locis *stamina* tribuuntur Parcis, non sequitur,

etiam h. l. legendum esse *revolubile stamen*, praesertim quum Parcae quoque *canere* dicantur, vid. notas. Grammaticus vero, cui in mentem venerat, vulgo tribus illis sororibus stamina tribui, super carmen scripsit *stamen*, et vel ipse vel alius *revocabile* mutabat in *revolubile*, quum sciret, verbum *revolvere* proprie de stamine et filis Parcarum adhiberi, vid. Ruperti ad Sil. Ital. I, 115, et sic postea haec lectio in codd. irrepsit. Quare lectionem vulgarem exquisitam et doctam, totque codd. auctoritate munitam, neutiquam reiiciendam, sed in contextu servandam duxi. Kvin.

52. *Tergeminusque -- sonet*) *Tergeminusque canis* in omnibus codd. et edd. priscis legitur. Male ergo Broukhus. ex sola Heinsii coniectura *Tergeminumque canem* in textu ipso dedit, quod et non immerito improbavit Markland. *sonat* in Heins. et meo pr.

53. *si fallo, vipera* etc.) *si falso* male in Heins. et meo pr. *Scilicet in tumulis* corrupte in Voss. quart. *Si libet* Askew. Deinde vellem ab ipsius Prop. manu esset Heinsii coniectura, vel a codd. firmaretur: *Strix super ossa cubet.* Non enim poterat Cynthia, si falleret, avem magis infaustam, viperae iunctam, ossibus suis incubam imprecari, quae hominum intestina nocte comedere, et sepulcretis insidere credebatur, vid. III, 6, 29.

55, 56. *Nam gemina -- aqua*) *partita* in Colot. *quaesita* in Borrich. Heins. Groning. Leid. et meo pr. *geminas sedes* conj. Heinsius, et ante eum Passerat. qui de duplici apud inferos piorum ac impiorum via et habitatione intelligit Vid. Sallust. Catil. c. 52; Tibull. I, 3, 67. Sed sermo est de diversa sede in cymba Charontis, ut ex sqq. manifestum. *Sortita* praefero, sed si codices addicerent, mallem: *tristem amnem* pro *turpem*, quum *tristia* propriore epitheto dicantur, seu inamoena et horrida, quaecumque ad sedes infernas spectant. Virg. Aen. VI, 438; IV, 243. *navigat* in Regio, Colbert. Mentel. Borrich. Groning. Heins. pr. Leid. Dresd. et meo, ed. Vicent. 1481, et Beroald. sed *remigat* recte in Venet. 1475, Reg. Lep. Volsci, utraque Aldi, Iunt.

Colin. Rovill. Gryph. Grasseri, aliis. *amnis aqua* male in Heins. et meo pr.

57. *Vna Clytemnestrae* etc.) *Clymnestre* Neap. *altera Crassae* in plerisque codd. et edd. vetustis, quibus accedunt duo Leidd. tres Voss. uterque Dorv. et mei, quod ex seq. disticho petitum recte notat Broukhus. *unaque classe* in marg. tert. Voss. *et fera Cressae* in quinto Vatic. *atraque* in vet. cod. Perreii, Colot. tribus Vaticc. et ed. Beroald. *albaque* in aliis legi, scribit Passerat. *unaque* ex Livineii coniectura recepit Broukhus.

59. *Ecce coronato* etc.) *Festa coronato* conj. Eldikius. *parta phaselo* in Neap. Excerpt. Scalig. Commel. Gebhardi, Borrich. Harleiano, Leid. sec. tribus Voss. utroque Dorv. meis, ed. Regiensi, Venet. 1475, Volsci, Aldd. Iunt. al. *pacta* in pr. Palatino. *parta fasello* Askew. *vesta* Vatic. sec. sed *vecta* praeter codd. a Broukhus. indicatos, in vet. cod. Perreii, Colot. pr. Vatic. Dresd. Fruter. Mentel. ed. Vicent. 1481, Beroald. Antu. Plantin. 1560, Canter. et Dousar. Rapheleng. *victa* ed. Muret. et Rovill. mox *elisas* corrupte in cod. Scalig. Mentel. Leid. pr. et Dorv. sec. a manu pr. *Elysas* Neap. *elixas* Askew. *effusas* affert Voss. ad Catull. pag. 154. Vid. ad Lotich. pag. 651: *turba beata* male in Commelin. Gebhardi.

61. *Qua -- Cybebes*) ex corruptissimis codd. vett. lectionibus haec ita sanarunt viri docti. *nemorosa fides* vitiose in Voss. tert. *quaque errat turba Cybelles* in vet. cod. Perreii, Vatic. pr. et quint. Regg. et Voss. quart. a man. sec. ut in ed. Vicent. 1481, Beroald. Rovill. Gryph. 1573, et Canteri. *qua quaerar ut unda* in Neap. Groning. Dresd. Leid. sec. Voss. pr. et sec. Dorv. pr. meoque altero. *qua querar ne unda* Askew. *quae quaerat in unda Cybeles* Colbert. In Venet. 1475, Regiensi et Volsci *qua querat in unda Cybelles Muratisque sonant. qua quaeritur unda Cybelles* Mentel. Leid. pr. ed. Ald. utraque, Iunt. Colin. Gryph. 1551 et 1561, Antuerp. Plant. 1560, et Grasseri. *qua querar in ida Cybeles* in Heins. et meo pr. *qua quaeram in unda* Borrich. sed *quaerit qua buxa* in Colot. *qua*

buxus et unda Pontani cod. unde forsan non male legi posset: *qua buxus et aera Cybebes*. Recepta lectio *aera rotunda* auctores habet Scaligerum et Turnebum XXIII, 7, eamque ex Vatic. et Vrsini cod. probavit Lips. Lect. Antiq. II, 20, ut hac forma Cybeles cymbala passim in monumentis antiquis conspiciuntur, et sic in ed. Scalig. et Dousarum Raphelengiana. *aere recurva* conj. Passeratius, quod improbat Gebhard. *quaque aera incurva* Heins. Advers. I, 3, pag. 23.

63. *Andromedeque -- maritae*) *Andromadesque et Hypermnestrae* male in meo sec. et vs. 67. de scriptura *Hypermnestre* vid. Voss. de Anal. II, 2, pag. 662. Hic vero concinnius scribetur *Andromedeque et Hypermnestra*, ne utrumque nomen eiusdem sit terminationis, et ultima in *Hypermnestra* producatur, ut saepe. *sine fraude marita* conj. Heins. sed non opus.

64. *Narrant -- suas*) *historiae noceant* in Mentel. et pr. Leid. *corpora nota* ex suo cod. Scaliger. pro *nota* vitiose in Dorv. pr. *nocte*. *Pectora nota* a Regg. Colbert. Dresd. et reliquis meis codd. et edd. priscis firmantur. Markland. conj. *Narrant historias, pectora nota, suas*, pro vulgari *historiae -- suae*, et *pectora* intelligebat ut ap. Virg. Aen. II, 349. *iuvenes fortissima frustra pectora*. add. Ovid. Fast. V, 71; Trist. IV, 10, 91. *tempora* tentavit Ayrmannus. *foedera nota* Heins. Vulpius per *corpora* intelligebat summam gestorum, quomodo *historiae*, *doctrinae corpus* pro summa, vel legendum: *Narrant historiae corpora nota suae*. Male. Mihi praeplacet emendatio Livineii et Schotti, *Narrant historiae pignora nota suae*, ut Perseus sequente disticho propter Andromeden vinculis solutam, et Hypermnestre propter pietatem Lynceo praestitam, velut fidi amoris *pignora* dicantur, vid. infra el. 11, 12. *historiae* vocis in eiusmodi rebus frequens Propertio usus est, I, 15, 24; III, 20, 28. Burm. Perquam frequenter a librariis vocabula *corpora* et *pectora* permutata sunt, vid. Ovid. Heroid. XIII, 148; Virgil. Aen. I, 101; III, 56; Catull. LXIV, 221; Ovid. Met. II, 362; III, 178; XIII, 664; Art. II,

474; ubi vid. Burm. Fast. V, 71; Stat. Theb. II, 484: et hoc loco fortasse etiam librarii oculi aberrarunt in vs. 62; ubi *plectra* legitur. Vnice vera lectio habenda est: *Narrant historias corpora nota suas*. Vid. not. Kvin.

65. *Haec sua maternis*) sic optime Scaliger. et Lips. Lect. Ant. II, 20 restituerunt, pro vitiosa plurimorum codd. et edd. antiqq. scriptura, *Haec summa aeternis*, in quam conspirant etiam Regii, Colbert. duo Leidd. Dresd. tres Voss. Askew. duo Dorv. et mei, praeter solum Groninganum, qui veram servavit lectionem, a Broukhus. vindicatam. Vid. III, 22, 29.

67. *Narrant — sorores*: *In scelus* etc.) sic legitur et interpungitur in codd. et edd. vetustis, sed Heins. Advers. I, 3, pag. 24 volebat: *Narrat Hyp. m. a. isse sorores In scelus*: *hic animum n. v. s.* ut *in scelus isse* dictum sit, quomodo ap. Ovid. Fast. VI, 526: *et furiis in scelus isse piget*. Sed locus sanus. Pro *non valuisse* perperam in Heins. et meo pr. *non violasse*.

69. *Sic — amores*) Vulgarem lectionem: *Sic mortis lacrymis vitae sanamus amores* Passerat. exponit: sic medemur vulneribus amoris, quae in vita accepimus, et pro medicina illius mali sunt lacrymae, notatque in aliis libris legi *solamur*, quam lectionem Broukhus. in textum recepit, verbo quidem poetis hac in re proprio. Vid. Titium ad Nemesian. Ecl. IV, 19, et nos ad Lotich. pag. 223. *Satiamus* ex Palatino profert Gebhard. quod etiam in duob. Vatic. legitur, ut *saciamus* in vet. cod Perreii. Praevalet tamen apud me plurium codd. numerus, in quibus *sanamus amores*, ut legitur in Regg. Colbert. Mentel. Askew. Borrich. Groning. Dresd. duob. Leidd. tribus Voss. Dorv. meis et edd. priscis. Hanc igitur scripturam auctori reddendam censui. Sed hac curatione non absolvitur loci aegri medicina, lectionem *mortis lacrymas* et *vitae amores* provenisse arbitror a sciolo glossatore, acumen in oppositione *mortis* et *vitae* quaerente. Neque rem expedit Passerat. qui *mortis*, mortuorum Manium exponit. Hinc Heins. coniec, *Sic ortis lacrymis*. Nec *vitae amores* placuit Mar-

klando, qui tentabat: *vitae sanamus amara*. Pro *Sic* melius in Heins. et pr. meo *Hic*. Pro *vitae* in Groning. *in te*. Mihi legendum videtur: *Sic* (vel *Hic*) *moestis lacrymis veteres sanamus amores*; ut *veteres amores* Tibull. II, 4, 47; Ovid. Met. V, 576 al. et *moestis lacrymis*, ut *moestis fletibus* I, 5, 15. talia plura epitheta substantivis suis affinia amant poëtae vett. de quibus vid. Patruum meum ad Ovid. Met. II, 66, et me ad Lotich. I, 8, 27. Altero vs. *Caelo* male in vetustis edd. *Cedo ego* Askew. *Calleo perfidiae* in Dorv. sec. et *carmina* in pr. Mox *Haec tibi nunc mandata damus* Heinsius.

72. *Si te non — tenet*) *Colchidos* in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. ut legebat Demster. ad Rosin. Antiq. II, 10, et ad Claudian. I in Ruf. 153, ut ad Medeam referatur; quod iam ante eum Volscum et Beroald. occupasse notavit Broukhus. sed reiecit. *Claridos herba* Askew. *Chloridos* in Borrich. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. *Sed te non totum Colchidos* in ed. Volsci. *Cloridos* in meo sec. et priscis edd. vel *Chloridos*, ut in Aldd. Iunt. Colin. et sequentibus. *Doridos* in cod. Scalig. Heins. et meo pr. quod praetulit Broukhus. *Et te non totum* Heins.

74. *Parthenie — fuit*) *potuit* in Neapol. Vatic. quint. Mentel. Borrich. Heins. Leid. sec. tribus Voss. utroque Dorv. meo pr. et edd. priscis, in quibus etiam *sibi avara*. In cod. Dresd. *Parthenie potuit*. In meo sec. et ed. Volsci *Parthoniae potuit*. Etiam Askew. *potuit*, in quo male *in teneris. amara* vet. cod. Perreii, cum duob. Vatic. *potuit nec sibi avara* in uno Reg. *patuit nec tibi avara* in altero.

76. *Deliciaeque — usu est*) *Latrix* vitiose in Leid. sec. Voss. pr. et tert. Dorv. pr. et meo utroque. *Lathis* in uno Regio, in altero *lachrymis*, quod etiam est in Mentel. Leid. pr. ed. Ven. 1475 et Regiensi. *Latrys* ed. Volsci. *Latris* in Beroaldina, sed *Latris* recte in Aldd. Iunt. Colin. Muret. Rovill. Gryph. caeterisque. Deinde *Nec speculum* Leid. pr. *porriget* Mentel. *illa meae* in uno Regio.

77. *Et quoscunque — Vre mihi*) *meo nomine* pro

meo nomini dictum notat Voss. de Analog. II, 10, et sic Scioppius in Instit. Gramm. pag. 135. Heins. conj. *Vre tibi.* Sed forte melius erit, si interpungimus: *nomine versus, Vre, tibi laudes* etc.

79. *Pelle hederam tumulo* etc.) *Velle hederam tumulo* Heins. et ante eum Passeratius conj. *fluvio* corrupte in Borrich. Heins. et meo pr. *multa* Voss. quart. sed *pelle* non sollicitandum. Passeratius *mihi quae pugnante corymbo* explicat: racemis et uvis hederae mihi inimicis et infestis. *Pugnans* igitur *corymbus* est infestus; et coniicit *ora* legendum h. e. implexis hedera crinibus, vel denique *corymbo* et *comis contortis* duplicem esse ablativum. Contorte. Conieceram aliquando: *pallente corymbo*, sed nunc magis arridet *pungente corymbo*, ne hedera corymbis, seu ramorum acuminibus pungentibus mollia ossa laedat. *Mollis* vel *molli* perperam in variis codd. *cum totis comis* male in Mentel. et Leid. pr.

81. *Pomosis — arvis*) ita restitutum a Broukhusio, probante Bentl. ad Horat. Od. I, 7, 14, quum in omnibus scriptis et editis antea legeretur: *Ramosis Anio qua pomifer incubat arvis*, neque defenditur haec lectio ex hui. libri el. 4, 5: *Silvani ramosa domus*, nam aeque absurdum hic est *arva* dici *ramosa*, quam fluvium *pomiferum*. Altero vers. *fallit ebur* male in Mentel. et Leid. pr. *Qua niveum Herc. num. pallet ebur* ad marg. ed. Ald. conj. Heins. sed *nunquam pallet ebur* minime tentandum. *Herculeo nomine* male in Mentel. pr. Voss. aliisque.

83. *Hoc carmen* etc.) *Hic carmen* in Mentel. Borrich. Heins. duob. Leidd. tribus Voss. Dresd. Dorv. sec. Askew. et prr. edd. *I*, *carmen* correxit Heins. *Non carmen* Dorv. pr. *dignum media* in Voss. tert. *sed breve* in omnibus codd. et edd. *Sed bene* in ed. Graev. Deinde *currus vector* in Borrich. Heins. Voss. pr. et quart. meoque priore, unde forte leg. *curru vector* vel *vectus*. In Dorv. pr. *victor*, male. *lector* in sec. a m. pr.

85. *Hic Tiburtina* etc.) *Tiburtina iacet hic* vel *hac* in Regg. Voss. quart. Dorv. sec. a man. pr. et meo priore.

hac Dresd. *Tiburna iacet hac* Mentel. Voss. pr. *Tiberina i. hac* Leid. pr. *Si Tiburina iacet hac* Colbert. *Hac Tyburtina* Borrich. *Tiburtina iacet hic adrā* in Askew. *Sed Tiburtina i. hic* Neapol. et meus sec. *Tyburina iacet hac* ed. Ven. 1475, Regiensis et Volsci. *Tiburtina iacet hic* Vicent. 1481 et Beroald. *Hac Tiburnia iacet* Aldi sec. sed *Hac Tiburtina* in pr. Ald. Iunt. et Colin. in caeteris *Hic Tiburtina*. Altero versu *laus et Amane* Neàpol. et Voss. pr. *laus Aniane* in meo sec. sed *Anienus* fluvii aeque nomen ac *Anio*, quia *Anienus* illius deus est. Vid. Cluver. Ital. Ant. II, 10, pag. 712, et Markland. ad Statii Sylv. pag. 50.

87. *Nec tu — portis*) *vehementia* male in Voss. pr. Deinde vs. 89 *vage ferimur* in meo sec.

93. *Nunc te possideant* etc.) *Nec te possideant alias* male in Dorvill. pr. et meo sec. *Ne te* in Neap. Mox *moestis ossibus* male in Dorvill. sec. et Askew. *ossa feram* conj. Heinsius.

95. *querula sub lite peregit*) huic lectioni, quam probabat etiam Heinsius, consentiunt Regius, Colbert. Dresd. pluresque codd. et prr. edd. sed *sub voce* legitur in Leid. sec. et Dorv. pr. Vicent. 1481, Beroald. Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. caeterisque. *sub luce* in Askew.

ELEGIA VIII

Hanc elegiam primae edd. in duas distribuunt partes, quarum primae inscribitur titulus: *De Cynthia et Dracone;* altera inchoatur a vs. 29 *Phyllis Aventinae* etc. praefixa epigraphe *De magno Cynthiae amore erga se.* Ita enim habetur in Venet. 1475, Vicent. 1481, Regiensi et Beroald. et in Regg. Colbert. Borrich. aliisque codd. (In cod. Dresd. prima inscribitur *De sacro annuo draconis in laudem Cynthiae*, altera *De concubitu suo cum theia et Phillide*). Eadem primae partis inscriptio est in sqq. edd. sed secunda hunc praefert titulum: *Deprehensum Proper-*

tium cum Phyllide et Theia amicis a Cynthia vapulasseque ab ea omnes vehementer; sic enim in Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryphii, aliisque. In binis autem codd. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis praefigitur, *de concubitu suo cum Philide et Teia, et qualiter sit deprehensus.* Sed illa superioribus connectenda esse recte monuerunt Canter. Nov. Lect. V, 3; et Lips. Var. Lect. II, 18: iamque in ed. Volsci una tantum eleg. fuit exhibita, et in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic.

1. *Disce - aquosas*) cum Heinsio legendum videtur: *Disce quid Esq. h. n. agitarit aquosas*, i. e. turbaverit, motus conciverit. Sic *curis*, *spectris*, ac *furiis agitari* pro inquietari. Vid. ad Albinov. Epic. Drusi vs. 325; Broukh. ad Tibull. I, 7, 51. Burm. Nihil mutandum. Vid. notas; etiam voc. *fuga*, (τροπὴ, φυγὴ) de quovis motu ac discessu praecipiti usurpatur. Vid. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. 1038. Kuin.

2. *Cum -- agris*) Haec est Scaligeri lectio, formata ex cod. suo, in quo scribebatur: *Quum vicina meis arva cucurrit agris*, nisi quod *aura* pro *arva* emendet, ut sensus sit: aura strepitus verberavit aures viciniae, ut III, 10, 26; in nullo tamen cod. *aura* comparet. *meis turba* in Regg. Colbert. Voss. quart. ed. Ven. 1475, Regiensi, Volsci, Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryphii, aliis, quod retinet Passerat. et exponit de vicinorum frequentia se effundente ad anguis Lanuvini spectaculum. *novis* in Vatic. quint. Mentel. Groning. Dresd. et aliis codd. ut in Vicent. 1481, et Beroald. et huic lectioni favent codd. in quibus vitiose *nobis* scribitur, ut in Voss. pr. Borrich. Heins. et aliis.

3. *Lanuvium -- Draconis*) *Lavinium* hic quoque in codd. frequenti apud poëtas confusione, sed metro adversante, vid. Heins. ad Ovid. Fast. VI, 60; et interpp. ad Sueton. Aug. 72 (Dukerus et Drakenb. ad Liv. VIII, 14, 2). *Laminium* vitiose in meo sec. et ed. Ven. 1475, et Regiensi. *Lannuinum* in ed. Volsci et corruptius *Iannhuinum* in cod. Askew. *Lanuvii* vet. cod. Perreii, *Lanuvio* corr. Heins. Sed

proba lectio *Lanuvium*, quia tutela etiam dicitur de eo, qui in alterius patrocinio est.

4. *Hic ubi -- morae) Hic tibi tartareae* Vatic. quint. *tartareae* etiam in marg. cod. Regii, Dorv. pr. ed. Vicent. 1481, et sic legit Beroald. ut sensus sit: draconem recubare in eo antro, per quod descensus est ad inferos, ubi nulla cessat hora, qua non illac descendant in Tartara umbrae defunctorum, sed quod reiecit Broukhus. *Taenariae* legebat Heins. in notis Propert. pag. 753. *tardatae* conj. Auratus. Sed *tam rarae* in vet. cod. Perreii, Colot. pr. et sec. Vatic. Dresd. Mentel. Groning. Heins. Voss. Leidd. Veneta 1475, Regiensi, Volsci, Rovill. Canteri, aliis, et hanc lectionem praeferunt Broukhus. et Vulp. *parit ora* Voss. pr. *perit ora* Heinsii cod. *nox perit* Askew. *ora* etiam in Dorv. sec. et meo pr.

5. *Qua sacer* etc.) *Qua satus* in Gebhardi Palat. pr. *obripitur* in sec. Leid. Voss. tert. et altero Dorv. *abrapitur* in Voss. pr. *aripitur* Dorv. pr. *arripitur* in meo pr. corrupte in Askew. *Qua socer obrepitur caeco defensus*. Heins. conj. *Qua patet abruptus coeco descensus hiatu*, quod mihi valde blanditur, vid. Virg. Aen. VI, 128. Deinde *Qua penetral* ex emendatione Scaligeri edidit Broukhus. nam in omnibus codd. et edd. vetustis: *Qua penetrat virgo*, *tale*. Heinsio placebat: *Hac penetrat virgo.*

7. *Ieiuni -- torquet humo) Lavini serpentis* in Heins. et meo pr. *quo pabula* Askew. Mox *ex una* in Neap. Voss. pr. et quart. utroque Dorv. et meis codd. cum Ven. 1475, Regiensi et Volsci. *eximia* Leid. pr. quod venit ex voce iunctim scripta *exima*, ut in Askew. pro *ex ima*, ut est in Vicent. 1481, Beroald. Aldd. Iunt. Colin. Rovill. caeterisque edd.

10. *Quum tenera -- manus) temere* in Regg. Colbert. Heins. duob. Leidd. Voss. pr. et tert. Dorvill. pr. et meo sec. *tremere* in Voss. quart. Heins. Askew. Dorv. sec. et meo pr. an *trepide* voluerint librarii? coll. vs. 9 et 11; id certe melius quam *tremera*, casca voce, Gebhardo probata: sed *tenera* ex suo libro recte Scaliger ad h. l. Deinde *anguineo*

male in Vatic. quint. Leid. sec. Voss. tert. et quart. a man. sec. sed *anguino* bene in aliis codd. et meo utroque, quod ex Groning. etiam affert et probat Broukhus. et sic semper scribendum, nam metro alterum adversatur. Vid. patruus meus ad Ovid. Trist. IV, 7, 12; ad Quinctil. XI, 3, pag. 1035. Male igitur *anguineo ore* in ed. Beroald. Vicent. 1481, et Dousarum Raphelengiana; sed *anguino* in Venet. 1475, Volsci, Aldd. Iunt. Mureti, Colin. aliis.

11. *Ille sibi admotas* etc.) *in virgine* Askew. *colligit escas* in quint. Vatic. et pr. Dorv. et meo sec. ut in prima legi notat Vulpius, quod tamen in nullis aliis vetustioribus reperi. Burm. *Corripere* dicitur de omnibus, quae vi atque impetu aliquid invadunt et rapiunt. Vid. Lucret. I, 293; Virg. Aen. I, 45; Phaedr. fab. I, 1; Drakenb. ad Sil. VI, 198. Kuin.

14. *Clamantque — erit*) *Clamant agricolae* in Groning. *clamatque agricolae* in Ven. 1475, et Vicent. 1481. Broukh. hunc versum duriusculum habens corr. *Clamante agricola*, sed numerus fere Propertianus est, eiusdemque formae, qua supra eleg. 4, 22.

15. *Huc mea detonsis* etc.) *detorsis* Voss. pr. *dentosis* pr. Dorv. et Borrich. *setosis mannis* conj. Heins. hoc est iubatis. *advecta* rectius in sec. Vatic. Mentel. Groning. Dresd. ut emendaverat Dousa P. *devecta* in cod. Scalig. *mannis* recte a Beroald. restitutum est, quum in codd. et edd. priscis legeretur: *detonsis avecta est Cynthia ab annis*, ut in Neap. Vatic. pr. et sec. Mentel. Borrich. Heins. Askew. Harleiano Musaei Britan. duob. Leidd. tribus Voss. meo utroque, Ven. 1475, Vicent. 1481, Regiensi et Volsci. *ad annos* in Groning. In Colbert. et Regio *advecta est Cynthia ab annis*, sed in marg. alia manus adscripsit *mannis*: et ita etiam emendatum est in edd. Beroaldinam secutis, nempe Aldd. Iunt. Colin. Gryph. reliquis, nisi quod in ed. Mureti, Rovill. et Antuerp. Plantini *ab annis* excusum fuerit. *mannis* quoque ex ingenio conj. Fruter. et Livineius.

17. *te teste*) Askew. *et teste.*

20. *Si sine — meae*) *Nec sine me* in Leid. pr. *De-*

sine me Voss. pr. *Sed sine me* Mentel. *Nec sine me, famae nec sine labe meae* Guyet. recte improbante Heinsio. *famae tuae* Vatic. quint. unde forte legendum, *famae non sine labe suae*, tota enim exprobratio via Appia tanquam teste advocata in Cynthiam cadit. Praeced. vs. *Turpis Aricina* ex vet. cod. affert Gebhard.

21. *Spectaculum ipsa* etc.) *Spectaculum* in plerisque codd. *Spectandum* cod. Scalig. Mox *impuros iocos* in Excerpt. Modii, Leid. sec. et Dorv. altero, ed. Venet. 1475, Regiensi ac Volsci, ut ad marg. libri sui conj. Markland. et exponebat: inter obscoenos iocos. *cocos* in Askew. sed *per impuros locos* quod currum egisse dicatur Cynthia, auget eius petulantiam.

23. *Serica nam taceo*) *Sic auriga trahit volsi carpenta nepotis* in cod. Pontani, ut *auriga* sit Cynthia. *Si rogat amphracta vel si carpenta nepotis* in Colot. et pr. Vatic. in aliis Vaticc. *Sirnia num cepit*, *Siriga nam tacto*, vel *Siriga non tacto*, ut in Borrich. Heins. et meo pr. In Reg. et Colbert. *Siriga nam capto Volsci carpenta nepoti*, et in marg. *Serica non taceo volsci carpenta nepotis*, et in altero Reg. *Serica nam taceo*. In Askew. *Sirringa nam tracto vosci carp. nepotis*. In Harleiano *Stringam tracto volsci carp. nepotis*. *Siriga nam capto volsci* Mentel. ed. Ven. 1475 et Regiensis. *Siriga nam rapto* cod. Scalig. *Serica nam capto Volsci* Groning. *Siriga -- nepoti* Neapol. *Siriga nam tacto* duo Leidd. Voss. pr. et quart. et meus sec. *Siringam tracto* Voss. tert. *Siriganam tacto* Dresd. *Siriganam tracto volsci carp. nepote* uterque Dorv. et ed. Vicent. 1481. *volsci* in sec. Leid. Voss. tert. Dresd. et Dorv. sec. *Si regat amphractu vulsi carp. nepotis* ed. Volsci. Beroaldus: *Serica nam taceo volsi carp. nepotis*, hanc lectionem secutus Aldus, Iunt. Colinaeus, Gryph. Canter. alii. Turnebus Advers. VIII, 2, et Scaliger emendabant: *Striga, nam capto*, ut Cynthiae ipsius verba sint; *strigare* autem dicuntur equi, quum interquiescunt. Sed recte Broukhus. monuit, sic turbari orationis seriem, quia per totam eleg. solus loquitur poëta, et praeterea hac correctione peccari in leges

metri, quia *strigare* primam corripit, de quo verbo vid. ad Anthol. Lat. tom. I, pag. 311; et Schrader. Praefat. ad Emend. pag. 36. Scaligerum quoque in prima sua edit. secutus Vulpius, notat, *Striga*, *nam capto* Cynthiae verba ad rhedarium esse, cui strigare seu cohibere equos iubet, ut postea maiori incitatione currant et assequantur nepotis seu decoctoris luxuriosi carpenta. Recte vero in altera edit. sententiam mutavit, et Beroaldi emendationi acquievit. Salmasii vero coniecturam *Syrica nam taceo*, seu minio syrico inducta carpenta, ideo etiam reiecit Broukh. quia Syricum inter colores ignobiles reponit Plinius. Heinsius in notis Propert. pag. 753 legebat: *Histrica iam taceo*, i. e. histrionica.

25. *Qui dabit -- saginae) Qui dabat* Voss. pr. et quart. *facta* Dorv. pr. et ed. Vicent. 1481. *farta* in Vatic. quint. Aldd. Iunt. Colin. Gryph. 1551, Autuerp. Plantini, Grasseri et Dousar. Rapheleng. *farcta* in ed. Volsci, qui interpretatur: vendet farctas et opimas aves ex saginario. Beroaldus: nepos ille, quum ceperit esse barbatus, efficietur fartor, et vendet farcimina ganeonibus et helluonibus. Sed si *farta* legatur, forte de popina intelligi posset, et *immunda sagina* referri ad meretrices, quae in popina alebantur, vel ad exoletas, quas ex popina alebat ille nepos. Altera vero explicatio Beroaldi verior, qua *dare venalia fata im. sag.* explicat, mortem dare venalem gladiatoriae arenae. *inmuni arenae* legit Heins. in not. Prop. pag. 754. Recte *venalia fata* in Neapol. Mentel. altero Regio, Colbert. Askew. Harlei. Borrich. Heins. Dresd. Groning. Leidd. Voss. altero Dorv. et meis, cum ed. Ven. 1475, Regiensi, Mureti, Rovill. Gryph. 1573, et Canteri. Mox *vincit* Askew. et *crassas genas* in ed. Ven. 1475, Vicent. 1481, et Regiensi.

27. *Quum fieret* etc.) Male in multis codd. et edd. antiquis nova hic inchoatur elegia, ut monuit etiam Livincius. Dein *multato* in Mentel. binis Leidd. Voss. tert. Dorv. pr. *Mulctato* in cod. Scalig. Heins. Voss. quart. Dorv. sec. meo utroque, pr. Aldi, Iunt. Colin. et Grasseri. *voluit* in Neap. duob. Vatic. Borrich. Askew. sec. Leid. tribus Voss. utroque

Dorv. et meo priore. *mutato voluit* Groning. Dresd. Ven. 1475, Vicent. 1481, Regiensi et Volsci. *multa rato voluit* Voss. pr. *mutato toro* recte legi patet e vs. 87.

29. *Phillis Aventinae*) *Philis Av. q. e. amica D.* in Borrich. Heius. et meo pr. Dein *quum dabit* pro *bibit* male in Dorv. sec.

31. *Altera Tarpeios est* etc.) *inter est* Neap. *Inter Tarpeios est altera Theia locus* in Dorv. et meo pr. Heins. legebat: *Tarpeios est inter Teïa lucos Condita*, habitans nempe in cellula vel taberna, quae erat in mediis lucis inter Capitolium et Campum; vel *cognita*, nota, famosa est. *petis* male in Dorvill. pr. *erat* in sec.

33. *His ego -- vocatis*) *linire* in ed. Venet. 1475, Brixiensi et Volsci. *venire vocatis* in cod. Neap. quae lectio forte irrepsit ex nota glossatoris, qui *vocatis* explicuerat *venire iussis*. Male in Dorvill. pr. et meo sec. *furta notare*.

35. *Vnus erat tribus* etc.) *Vnus erat ternis secreta* Francius; sed quomodo *herba?* quam lectionem interpretibus olim probatam miror. Vulpius intelligebat torum ex herba constructum, cui explicationi non conveniunt *valvae*, quas vs. 51 memorat. An per illas horti ianuae intelligendae? An legendum *secreto horto* vel *arvo?* nam indicatur hic locus a domo Propertii remotior. Sed praestat cum Heinsio Advers. I, 3, pag. 24; et in notis Prop. pag. 754 *umbra*, ut pro umbraculo vel tentorio capiatur. Eadem confusio ap. Ovid. Art. A. III, 694; Met. X, 533 (Sil. It. XV, 705); Virg. Ecl. III, 55, ubi vid. patrui mei notas. *umbras* vero pro tabernaculis poni, patet ex Festo, ubi dicit: *Vmbrae vocantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis*, et *umbras* dici mercatorum σκηνὰς, seu tabernacula, in quibus merces exponebantur, docet Casaub. ad Theophr. Charact. pag. 335; et ad Athen. V, 6. Burm. pro *in secreta* cod. Dresd. *in secta*. Kuin.

37. *vitrique aestiva* etc.) sic optime emendatum a Scalig. pro vitiosa scriptorum et editorum lectione *utrique aestiva*, quod in omnibus meis vett. codd. Excerptis, etiam cod. Dresd. extat. *uterque extiva* corruptius in meo

sec. Dein *Est Methymnei* in Colbert. *Graeca saliva* in Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Groning. Heins. Askew. Harleian. duob. Leidd. tribus Voss. Dorv. sec. et meo priore, cum ed. Ven. 1475, Regiensi, et Volsci *grata saliva* in Colb. pr. Dorv. et meo sec. ed. Vicent. 1481, Beroald. Aldd. Iunt. Colin. Muret. Rovill. Gryph. Canteri, aliis, quod e loco Plin. (XXIII, 1: *Sua cuique vino saliva innocentissima, sua cuique aetas gratissima*) licet retineri posse notet Passerat. cum Palmerio tamen *Graia* probat, et sic Guyet. Heins. et ad marg. ed. Rovill. Dousa P. *graeca salina* cod. Dresd. *Methumei* in Askew. *Methinnei* Borrich. *Methinei* in meo pr. *grata saliva cadi* perperam affert I. Bapt. Pius ad Lucret. IV, 642.

39. *Nilotes -- Phyllis*) Haec est Scaligeri restitutio, vel *Niletes*, seu Aegyptius; quum in codd. et edd. vetustis legatur *Nile tuus tibicen*. Recte Scaligeri *Nilotes* receptum est. In Vaticc. legitur *Hile* vel *Ille*. Sed male Scaliger emendabat *crotalistria Philis*, ut Memphitis vel Syenetica crotalistria intelligatur, e Philis, insula ad Syenen oriunda, adeoque patriae nomen utrique detur, et *crotalistria Philis* eodem modo dicatur, quo *hospes Zacyntho* et sim. (Plaut. Asin. II, 4, 92 *Periphanes Rhodo*. Mil. Glor. II, 22 *meretricem matre Athenis Atticis*. etc. *Philae* insula inter Aegyptum et Aethiopiam, vid. Senec. Nat. Quaest. IV, 2; Lucan. X, 310. Kuin.) quod probavit Broukhus. Sed obstat prima syllaba, quae brevis est, ut recte notasse Dorvillium monuit Patruus meus ad Lucan. X, 313. Vulgata tamen *Phyllis* mihi suspecta. Non enim verisimile, poëtam huic crotalistriae idem dedisse nomen, quod puellae, quacum voluptabatur. Latet igitur forte aliud feminae nomen, an *Phidis* pro *Philis*, quod in nonnull. codd. an *Phryne*? Pro *crotalistria* in vet. cod. Perreii, Colot. et duob. Vat. *choropsaltria*. cod. Dresd. *eboralistria*. Neap. Mentel. Regg. Colbert. Groning. Borrich. Heins. et edd. antiqq. *choralistria*. Askew. *chorolastra*. *coralistria* in utroque Dorvill. et meis. *chorolistria* pr. Leid. *coloristria* Voss. tert. sed verissime *crotalistria* emendavit Turneb. Adv. VIII, 18.

41. *Nanus et ipse suos* etc.) *Magnus* in codd. Regg. Colbert. Mentel. Borrich. Askew. Dresd. duobus Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. et meis, in Venet. 1475, Vicent. 1481, Regiensi et Volsci. *Neimus* in Neap. hoc est *Mimus*, ut editum in pr. Aldi, Iunt. Colin. Grasseri; sed *Nanus* primus restituit et edidit Beroald. unde in Aldi sec. Muret. Rovill. Gryph. Plantinianas, Canteri, et reliquas translatum; et sic legi in Voss. quart. testatur Oudendorp. ad Suet. Tib. c. 61, pag. 447. Dein *concretus*, ut edidit Broukhus. est in Regg. Colbert. Askew. Dresd. et reliquis meis codd. cum priscis edd. *curvatus* ex suo cod. praetulit Scaliger. *contractus* in aliis, quod Guyeto placebat. *Concretus* probatur a Barthio ad Stat. Sylv. I, 6, 59; et Theb. VII, ubi legit: *Nanus et infultos brevior concretus in artus*, sed *suos artus* obvia notione dicit pro sibi proprios. Vid. etiam Voss. ad Pomp. Melam III, 8, pag. 295, qui *curvatus* cum Scaligero probasse videtur, et *truncas manus* exponit. *concretus in antro* Voss. pr. *Luctabat* cod. Dresd.

44. *Recidit -- pedes)* perperam in multis codd. et edd. *Decidit*, et peius *Reddit et* in Voss. quart. id nempe mutarunt, qui de syllabae modulo solliciti erant, quae producitur in similibus verbis compositis, neque opus erat *rettulit*, *reppulit*, *repperit* cum aliis syllabae metuentibus scribere. Vid. Heins. ad Ovid. Heroidd. XIV, 46; Patrunm ad Am. I, 7, 62; Drakenb. ad Sil. I, 309; Oudend. ad Lucan. III, 113; IV, 747.

45. *Me quoque canes --*) *secundo* Neapol. Voss. pr. et quart. *clamosi* male in Askew. et Dresd. *damnosi canes* Ovid. Art. A. II, 206; Trist. II, 474. *damnosam caniculam* infelicem talorum iactum vocat Pers. III, 49.

48. *Lanuvii -- eram*) Heinsius in ep. ad Graev. Syllog. tom. IV, pag. 326 conj. *Laneus ad potas hei*, ut *laneus* pro infirmo et invalido dicatur, negetque poëta, se duabus puellis, vino madidis, parem suffecisse. Male; desidero exemplum, quo *laneus* hoc sensu apud scriptorem melioris aevi sic dici probetur. Neque placet alia eius coniectura

ed. Ald. adscripta: *Ludibrium ad potas* vel *Iam nihili ad potas*. Servetur ergo recepta lectio, id tantum addam, pro lectione *solus*, in qua acumen oppositionis, licet medius inter duas discumberet, minus etiam placet, forte legendum esse *totus eram*. *Lavini* vitiose cod. Dresd.

49. *Quum subito* etc. *) Cum subiti aerato* conj. Heins. male. Pro *primos lares* ex Ovid. Am. I, 6, 48 legi posset *ad primas fores*. In Borrich. Heins. et meo priore *canes*, forte *ad fidos canes* i. e. vigiles. Conieceram praeterea pro vulgari, *et levia*: *Nec levia*, ut legitur in Colot. et pr. Vatic. nam certe non levia fuisse irruentis et furibundae Cynthiae murmura, verisimile fit.

51. *Nec mora*, *quum* etc.) *tum totas* in pr. Dorv. et meo sec. ut ex prima edit. Vulpius. *quin totas* in Askew. *motas* vel *emotas valvas* malebat Heins. sed *totas* ab ipso Prop. ad augendam Cynthiae vehementiam videtur scriptum fuisse. *Non operosa comis* in omnibus codd. et edd. vetustis. *Comas* Graecismo Propertiano correxit et edidit Broukh. Burm. At non necesse videtur, ut hic Graecismus ubivis locorum poëtis obtrudatur. Kuin.

53. *Pocula mi* etc.) *recidere* in Dorv. pr. et meo sec. *palluerunt* ex Livineii et Dousae filii sententia edidit Broukh. quum antea in codd. *Palluerantque* legeretur, *spisso mero* Heinsius.

56. *Spectaclum) Spectandum* in Borrich. et meo utroque, ut supra vs. 21.

57. *Phyllidos — ignes*) *ungues* in Colbert. Groning. Gebhardi Palatinis et Dresd. ut et Broukh. edidit, et sic in ed. Vicent. 1481, Beroald. sec. Ald. Mureti, Rovill. Gryph. Canter. Antuerp. Christ. Plantini et Dousarum Rapheleng. nec male, at h. l. praesertim ob vs. 64, ubi ipsius Propertii ora unguibus sauciare dicitur, *ignes* praetuli cum Scalig. iubente etiam maiori codd. et edd. antiqq. numero, sic enim in pr. et quint. Vatic. Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Heins. pr. Leid. Voss. et meo. *ignes* etiam in Groning. marg. sed eadem manu, ut in marg. cod. Reg. et Colbert. pro varia lectione, neque aliter in Veneta 1475,

Regiensi, Volsci, pr. Ald. Iunt. Colin. Grasseri. Idque iubet vs. seq. *clamat aquas*, quod *ignibus* melius respondet; quare *ignes* e cod. Vatic. etiam probat Lips. Lectt. Antiq. II, 20, dissentiente licet Heinsio in Advers. I, 3, pag. 24, et notis Propert. pag. 754; sed pro altera lectione etiam pugnat, *Fulminat illa oculis*, et, *Spectaclum capta non minus urbe fuit*, tanquam capta et incensa urbe a Gallis. Male igitur Heins. *fui*, ut ad ipsum Propertium referatur.

58. *Territa -- clamat aquas) vocabat* in Mentel. Borrich. Heins. Leid. pr. et pro varia lect. in sec. tribus Voss. et meo pr. *petebat* in quint. Vatic. Dorv. pr. et meo sec. quae glossemata sunt. *clamabat* in Reg. Dresd. et ed. Beroald. Sed *Teïa* trisyllabum est etiam supra vs. 31, et recte in prr. aliisque edd. antiqq. *Teïa* vel *Theïa clamat*, et *clamare aquas* afferri iubere, tanquam incendium esset. Struchtmeyer Animadv. Crit. pag. 168 refert haec verba ad ritum, quo turbatis et perterritis aquam iniiciebant refocillandi causa, idque Teïam clamasse, ita ap. Ovid. Heroidd. XIII, 26: *Vix mater gelida moesta refecit aqua*. Pro *aquas* in Dorv. sec. a manu pr. *aves*, in vet. cod. Perreii *anus*, quod probabat Heins. ut vetularum opem iuvocaverit in vicinia.

59 seq. *Lumina sopitos -- nocte sonat)* Novi qui *murmura* hic coniecerat pro *Lumina*, sed *elata* melius ad *Lumina* referuntur. Passerat. dubitat, an *allata* vel *illata* legendum. Sed pro *nocte sonat* cum Fruterio et Passerat. legendum *voce sonat* et sic Heinsius, idque merito praefert Heyne ad Tibull. Obss. I, 3, 29. *tonat* in Vatic. quint. et Leid. sec. Caeterum ordo versuum ita constituendus: *Phyllidos iratos* etc. *Territa vicinas* etc. *Illas direptisque* etc. *Excipit* etc. *Lumina sopitos* etc. *Omnis* etc. *Cynthia gaudet* etc. *Illam* male in Mentel. Excerptis Modii, Borrich. pr. Leid. Voss. pr. et tert. *Illaque* in quart. *Illa* Dorv. pr. ed. Vicent. 1481; sed *Illas* recte in reliquis codd. et edd. vetustis, ut ad utramque Phyllida et Teïam referatur.

61. *Illas direptisque) direptis comis* bene contra Pas-

serat. *disruptis* emendantem, vindicat Gebhardus. *Accipit* in Askew.

63. *Cynthia gaudet in exuviis*) hic suum Propertio numerum magis artificiosum, quam qui olim in codd. et edd. antiqq. erat, *Cynthia in exuviis gaudet*, ex cod. Groning. reddidit Broukhus. Corrupte *exiguis* in Voss. pr. *eximiis* in ed. Ven. 1475, Regiensi et Volsci. *exequiis* Voss. quart. (eadem vocabulorum *exuviis* et *exequiis* confusio ap. Sil. It. X, 568. K.) in quo et pr. *cucurrit*. Mox forte scripserat poëta: *Et mea formosa sauciat*, coll. vs. 53, et III, 8, 6; id certe praeferrem, si a cod. aliquo firmaretur, quam *praeversa* cum Guyeto, vel *praerosa* aut *vesana manu* cum Heinsio.

65. *Imponitque -- cruentat*) *morsusque* male in Dorvill. pr. Deinde Heins. Advers. I, 3, pag. 24, et notis Prop. pag. 755 pro *ferit* conj. *petit*, ut Ovid. Am. III, 328; Tibull. I, 7, 76; sed *ferit* plus est quam *petit*. Vid. Ovid. Met. XII, 479; Am. III, 3, 35 (Claudian. Praef. Cons. Hon. III, 20). *quid meruere* male in Askew.

68. *Lygdamus ad* etc.) corrupte *plutei frustra* in quint. Vatic. ed. Ven. 1475, Regiensi et Volsci. *fusca* in Neap. Vatic. pr. et sec. Dresd. Excerpt. Scalig. duob. Leidd. pr. et tert. Voss. duob. Dorv. et meis, cum Vicent. 1481. *fusca sin. latens* vet. cod. Perreii, Meutel. Heins. sed *fulcra* iam corr. Beroald. *iacens* est in iisdem edd. ante Beroaldi, Aldina utraque, Iunt. Colin. Gryph. Grasser. Dousarum Raphelcng. sed *latens* in Colot. pr. Vatic. Mentel. Groning. Heins. Dresd. caeterisque codd. et Passeratii cum ed. Beroald. Vicent. 1481, Mureti, Rovill. Canter. Antuerp. Christ. Plantini, quod praestat. *cadens* vitiose in Voss. tert. *eruitur* in Neapol. Dresd. et meo sec. h. e. e latibulis protrahitur, quod probabat Guyetus et Heins. hinc non inepta est lectio cod. Neap. Dresd. et mei sec. *protractus* pro *prostratus*, licet hoc τῷ *adorat* melius conveniat. Mox *tunc ego captus eram* in pr. Dorvill.

71. *tum demum ad foedera veni*) *cum demum* Voss.

pr. *venit* in Mentel. Groning. Heins. Dresd. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorv. et meis, Cynthia nempe. *Cui vix* in Colot. Vatic. pr. et sec. Excerpt. Scalig. Heins. tribus Voss. Dorv. pr. et meo utroque.

75. *Tu — umbra*) *in herba* male Voss. pr. Forte legendum: *lentus in umbra*, quod libro suo adscripserat etiam Francius. Vid. Martial. XI, 48; Ovid. Art. A. I, 67. Deinde *sternit* in Excerpt. Scalig. Groning. Heins. Voss. pr. et quarto. Caet. Lips. de Amphith. c. 14 coniungit versum minorem cum sqq. legitque: *Et quum l. sternet a. forum, Colla* etc. ut sensus sit: ne ludos gladiatorios ita spectes, ut obliquo capite oculos coniicias in feminas, quae summa cavea spectant, ipse in parte theatri inferiore constitutus: et sic Dousa P. in Schediasm. Succid. ad Prop. pag. 72, et bene contulit Ovid. Am. II, 7, 3. *ad summi obliqua theatri* Guyet., merito improbante Heinsio.

78. *Aut — morae*) *sudet* in omnibus fere codd. et edd. antiqq. quibus accedunt Askew. Dresd. duo Leidd. Voss. pr. et tert. uterque Dorvill. et mei; quam lectionem, reiecto Lipsio, qui correxerat *tuae sit adoperta morae*, tuetur Passerat. et *aperta* praeferens exponit: ne lectica tua, h. e. lecticarii tui sudare cogantur, si in via a te detineantur morando, quando ea aperta cum puella obvia saepius colloqueris, quae, capite in tuam lecticam inserto, tecum garriat, et sic fere Scheffer. de Re Vehic. II, 5, pag. 94. Broukhus. *sidat* edidit Palmerium secutus, et *operta*, hoc sensu: ne lectica aliqua clausa, in qua amicarum tuarum una vehatur, sidat, aut humi deponatur, ut cum illa delicias garriendo agas, lecticariis interim interiungentibus. *operta* quidem est in Borrich. Heins. et aliis codd. *tua sidat operta mora* legebat Dorleans ad Tacit. pag. 188, i. e. dum moras nectis, lectica ne sidat. Heins. in Advers. I, 2, pag. 14, et notis Prop. pag. 755 emendabat: *Aut l. t. se det operta m.* hoc est, ne quid te moretur lectica aperta per viam praeteriens, in qua puella vehatur. Etiam Markland. in libri sui marg. adscripserat: *se det.* Vid. de hac locutione eum ad Stat. Sylv. pag. 57; nos ad Anthol. Lat. tom. I,

pag. 581, 637. Iam ante Heins. *se det* legendum, sed *operta* probans, coniec. Gruterus quoque Inedit. Suspic. lib. XIII, 6 hoc sensu: nec te moretur operta lectica, dum inquiris, quae in ea, aut dum inspicere concupiscis. Mihi quoque *sidat* a librariis, illud *se det* non intelligentibus, formatum, sed *aperta* praeferendum videtur quod legitur etiam in cod. Askew. Dresd. utroque Dorv. meo sec. et prr. edd. ut iubeat Cynthia, cave ne lectica tua sit aperta, i. e. ne lumina, dum lectica veheris, in alias puellas obvias petulanter coniicias, aut mora facta cum iis colloquaris. De lectica duplice vid. Lips. Elect. I, 19.

79. *Lygdamus in primis) veniat* male in Leid. sec. et Voss. tert. *venerat* Borrich. Leid. pr. Voss. pr. et quart. cum meo pr. *venerit* in pr. Dorvill. meo altero et priscis edd. *trahit* Voss. pr. *Veneat et in pedibus* Groning. *aut pedibus* Fruterius.

81. *Indixit leges* etc.) *legem* in Dorv. pr. et meo sec. sed *leges* praestat, quia sequitur *legibus utar*. Deinde interpungere malim: *respondi ego, legibus utar:* vel cum Heinsio, *respondi, en legibus utar*; et minoris versus initio scribendum opinor, *Risit at imperio* etc. *tacta superba* Dorvill. pr a man. sec. pro *dato*. Heinsius: *rato*. Francius: *novo*. citra necessitatem.

83. *Dein quemcumque* etc.) *quecumque* Leid. sec. et tres Voss. h. e. *quaecumque*, ut in ed. Ven. 1475, Regiensi, Volsci, pr. Ald. Innt. Colin. et Grasseri. Unde *quacumque* Guyet. et Heins. ad oram ed. Ald. ut ap. Cic. pro Cluent. c. 68: *Nemo erat illorum, quin expiandum illum locum arbitraretur, quacumque illa iter fecisset: nemo, quin terram ipsam violari vestigiis consceleratae matris putaret*; sed *quemcumque* in cod. Dresd. ed. Vicent. 1481, Aldi sec., Beroald. Mureti, Rovill. Gryph. Canter. Christoph. Plantini et Dousar. Rapheleng. *hesternae* Dresd. Deinde *Suffiit* vere emendatum est. *Sufficit et* cod. Dresd. et ex Pontani libro adscripsit Perreius: ita et ed. Ven. 1475, Regiensis. *Sufficat et* Neapol. *Suffiat et* Vatic. pr. *Suffuat et* sec. et alter Dorv. in cuius marg. *fumicat*. *Suffocat et* quint. Vatic.

Leid. sec. Dorv. pr. et meus sec. *Sufficiat* Mentel. Borrich. Groning. tres Voss. et meus pr. In cod. Regio *Suffiit* vel *Sufficit* pro varia lect. *Suffuciat* Askew. Iam Volscus monuit pro *Suffocat* emendandum *Suffiit*, vitio typi editum *Sufficit*, nam addit, *hoc est expiat*. Scaliger cod. sui scripturam *suffocat* male defendit, notans *suffocare* h. l. idem esse quod πνίγειν· sed sine ullo veterum exemplo est, ut *suffocare* ea significatione capiatur. Heins. ad Ovid. Fast. II, 23 *Suffit et hinc* affert; sed ad Fast. V, 675 legit: *Suffiit, et pura limina sparsit aqua*. Mox *lumina* male in Mentel. Askew. duob. Leidd. tribus Voss. et meo priore.

85. *Imperat -- lacernas*) *lotas* Heins. ad Petron. c. 30, et in notis Propert. pag. 117, quod probo in lustrationis ritu, praecedente *aqua*, qua vestes etiam purificabant, ut observat Casaub. ad Theophr. pag. 292. Broukh. ad h. l. et ad Tibull. I, 5, 11 legebat *lustrare*, probante Marklando; sequitur enim *mutato lecto*, quod admitti potest; vel hic potius *lotas iterum mundare lacernas* legendum, et mox *mutato lecto* retinendum, pro quo illic *mundato* conj. Heins. *lucernas* vitiose in Neap. Reg. Colbert. Groning. Askew. et aliis codd.

87. *Atque -- lecto*) *Ad quae* male in Voss. quart. *mundato* Heinsius. *per stragula* idem Heinsius.

88. *Et -- toro*) *Et sponda et toto movimus arma toro* emendavit Heins. ad Ovid. Heroidd. VII, 5; Advers. I, 3, pag. 26; notis Prop. pag. 756, vel *noto toro*. I. Dousa P. adscripserat *loto toro*. In vet. cod. Perreii et Neapol. *despondi et tuto*. Sed *Respondi et toto solvimus arma toro* in duob. Leidd. tribus Voss. binis Dorv. et meis, et sic in omnibus edd. vetustis. Sed *respondi* forte librarius petiit ex vs. 81. Puccius emendavit: *Despondi et tuto solvimus arma toro*, hoc sensu: despondi in verba et leges ab ea dictas, atque ita solvimus arma, finimus rixam, reconciliata pace Venerea in *tuto toro*, iam pacato, nec, ut ante, infesto. Pocchus notaverat hanc variantem: *In sponda et toto*, et fortasse ita legendum esse suspicatus erat. Ferrarius ha-

bebat, *Descendi*. Markland. legebat: *Et spondis, toto movimus arma toro*, vel potius retinebat *solvimus*, et *solvere arma* exponebat quoque *finire bellum*, tum *noto toro* adsueto concubitu. Coniecturae Heinsii, quam in textum recepit Vulp. *Et sponda*, favet locus Ovid. Am. III, 14, 26: *Spondaque lasciva mobilitate tremit*. Patruus meus conj. *Respondere novo protinus arma toro*, hoc sensu: *arma*, quae antea non habebat volutatus cum meretriculis, ut Petron. c. 130, nunc responderunt i. e. valuerunt, opusque peregerunt. BURM. Recepi emendationem Marklandi: *Et spondis*, quum haec lectio proxime accedat ad scripturam vett. codd. et facile appareat, quomodo ex hac scriptura lectiones reliquae oriri potuerint. K.

ELEGIA IX

De Hercule inscribitur in Reg. Colb. et priscis edd. *Hercules* in meo pr. *De Hercule et morte Caci* in Borrich. aliisque codd. edd. Aldd. Iunt. Colin. Rovill. Gryph. aliis *De Hercule et Cacho* (pro *Caco*) in meo sec.

1. *Amphitryonides* etc.) *Amphytrionides* Mentel. Heins. meus pr. o *Erythee* in omnibus fere codd. Vatic. quint. Dresd. Mentel. Excerpt. Scalig. Heins. Leid. pr. Voss. pr et quart. Dorv. pr. et meo. *Erythea* Vatic. pr. *Erythree* Leid. sec. et Voss. tert. *Eritee* Groning. *Erythrae* in meo sec. *Erythraee* Vatic. alter. *Erichthee* ed. Ven. 1475, Regiensis et Volsci. *Erythraea* ed. Beroald. o *Erythaea* corrigebat Scaliger. *ora Erythea* Heins. notis ad Prop. pag. 756. *Erithrea* male in Askew. et aliis. *Erythia* legendum esse recte monuit Turneb. Advers. XXIII, 7. Vid. interpp. ad Sil. It. XVI, 195.

3. *Venit ad -- montes*) *in adductos* in Mentel. Heins. Commelin. Gebhardi, Leid. pr. Voss. pr. et quart. meo priore. *Venit et adductos* Groning. inepte. *et adiunctos* Dorv. pr. et meus alter. *in adiunctos* Voss. tert. et Dorvill. sec. *et ad victos* Neap. Dresd. et Colbert. *in avectos* Askew.

ad invictos in omnibus edd. priscis. *Venerat in victos*, vel *Venit ut ad victos*, aut *Venit in evictos* Heins. Advers. II, 6, pag. 253, ut *evicti montes* sint superati. *pecorosa* in Askew. Leid. sec. utroque Dorvill. meo altero aliisque codd. et edd. priscis. *Pcosa* Leid. pr. sed *nemorosa* in quint. Vatic. Borrich. Heins. meo pr. caeteris (*nemorosa* forte ex Ovid. Art. A. I, 105; Fast. IV, 815 in hunc locum translatum. K.). Deinde *fessus ut ipse* Francius. *fessas boves* corr. Markland.

5. *Qua Velabra* etc.) *sua frangebant flumina*, *quoque* Dresd. *Et qua V. suo frang. fl.* Mentel. corrupte. *Et qua libra* Leid. pr. *Quamve libra* meus sec. *stagnabat* Dorvill. et meus alter. *frangebant flumina* Colbert. *flumina quoque* Neap. et pr. Leid. *quoque* etiam in Voss. pr. et quart. utroque Dorv. meo sec.

8. *furto polluit ille Iovem*) *locum* male olim in scriptis et editis libris. Sed *Iovem* agnoscunt vet. cod. Perreii, Colot. Dresd. Vatic. pr. sec. et quint. Mentel. Exc. Scalig. Groning. et caeteri mei codd. et ita Lips. Antiq. Lect. II, 20, probante Heins. notis Prop. pag. 756, qui *Iovem* hic pro iure hospitii poni notat, Gebhardo ad h. l. et Modio in Lect. Novantiq. epist. 18, pag. 58, qui Iovem ξένιον intelligit.

9. *Accola Cacus erat*) *Ingens Cacus erat* in quint. Vatic. vitiose. *Insula* in Neap. Reg. Dresd. Colbert. Mentel. Askew. Voss. pr. et quarto, Dorv. sec. meo utroque, ed. Ven. 1475, Regiensi et Volsci. Sed *accola* legendum recte monuit Schrader. Emendat. pag. 178 (*Cacus* enim tenebat Aventinum montem, non autem Palatinum. Virg. Aen. VIII, 230; Ovid. Fast. I, 551; VI, 81; Columella I, 3, 7. *accola* et *incola* saepius permutantur, vid. Curt. IV, 5, 5. K.); quod unice firmatur ex Livii loco, quem affert, I, 7: *ibi cum eum* (Herculem) *cibo vinoque gravatum sopor oppressisset*, *pastor accola eius loci*, *nomine Cacus* etc. *petitos* pro *partitos* in Askew. *focos* Groning. Voss. pr. et quart. et ita recte Palmerius, Gebhard. et Broukhus. *sonos* in omnibus fere codd. et edd. *quae dabat* in Mentel. an forte

legendum *quod dabat?* ut intelligat tria ora antri, per quae flammas evomebat Cacus. *Sic ne certa* Borrich.

12. *Aversos cauda)* *Adversos* male in Dorv. pr.

14. *Furis at implacidas)* lege cum Guyeto et Heins. *Furis at* pro vulgari *Furis et*. in Borrich. et meo pr. *in placidas*.

16. *Sic ait, ite boves)* *eia ait*, vel, *ite*, *ait*, *ite boves* Heinsius: sed propius forte vestigiis vulgatae *Sic ait*, quae corrupta videtur, insisteret, si legeretur: *et Alcides, hinc, ait, ite boves*, ex Caci spelunca excedite. Prius exaratum *hic*, unde *sic* scripserunt.

17. *Herculis -- clavae)* totum hoc distichon deest in Dorv. sec. *Scis mihi* vitiose in nostro sec. *bis mihi praeda* in Voss. pr.

19. *Arvaque mugitu* etc.) *Armaque* male in Dorvill. pr. *sancita* Vatic. quint. *sanate* Voss. pr. et quart. *bovaria* in Vatic. quint. Neap. Excerptis Modii, Leid. sec. Voss. pr. et tert. Dorv. et meo altero. Versu seq. *Nobile erit* in plerisque codd. meo utroque et edd. antiqq. recte *pascua erunt*, vid. supra el. 1, 14. *pascua nostra* in omnibus fere antiquis edd. et Voss. quart. quod arreptum e codd. scriptura *vostra*, ut in Borrich. nam *pascua vestra* recte in Colot. Neap. Vatic. sec. et quint. Mentel. Dresd. Regio, Colbert. Groning. et reliquis codd. ut in edit. principe legi notat Vulp. et sic in Vicent. 1481 alloquitur enim boves.

21. *Dixerat -- palato)* *torquet sitis* in vet. cod. Fruter. Neap. Vatic. sec. et quinto, Mentel. Askew. Palat. et Commel. Gebhardi, binis Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. meis. sed *torret* in Dresd. et omnibus edd. priscis, quod tuetur Broukhus. (sed *torret* glossema redolet. K.) pro *foeta* in Dorv. pr. *fera*. in Groning. *festa*, quod ex Postbiano, qui idem cod. etiam affert Livinei. sed recte ineptum vocat. *foeda* legisse Auratum, pro squalida et sicca, notavit I. Dousa. *fissa* Guyeto placebat. *ministret* in Voss. pr. Dorv. sec. a m. pr. et meo sec.

24. *Lucus -- nemus)* *Lacus at* vel *ubi umbroso* Heinsius.

27. *Devia puniceae -- vittae)* *lumina* in Borrich. Heins.

Leid. sec. Voss. pr. et tert. meoque sec. *mitrae* in Vatic. quint. et Dorv. pr. in quo *velabat lim. mitrae.* mendose *vitae* in duob. Leidd. *vitrae* in meo sec. Deinde *Thuris odorato igne* conj. Heinsius.

31. *Huc -- barbam*) *Huic ruit* in Excerpt. Modianis. *congesta pulvere* in Neap. Voss. pr. Dorv. pr. et meo utroque, ut *pulvis Etrusca* I, 22, 6. *congestam* Dresd.

33. *Vos -- antro*) *lucis* in variis codd. et edd. priscis. *qui luditis* in Voss. tert. utroque Dorv. et meo pr. *sacra quae luditis umbra* Guyetus. Mox *hospita tesqua* in vet. cod. Perreii, qui notaverat, in aliis legi *tecta*, sic certe in Colot. Vatic. pr. et sec. *vana viis* Neap. et Askew. *ostia vestra* in Regiis, Colbert. Borrich. Heins. et meo pr. *hospita vestra* Mentel. Groning. Dresd. Leid. pr. cum priscis edd. *vina* Leid. sec. et Voss. tert. *viis* etiam sec. Leid. tres Voss. duo Dorv. *hospita vana* in pr. et quarto Voss. et pr. Dorvill. ut in suis codd. etiam invenerat Lips. Ant. Lect. II, 20; sed unde satis infeliciter hariolabatur legendum *hospita nana* i. e. parva. Quis vero Propertio *nana* pro *parva* obtrudi vellet? In scriptura *vana* est vera lectio *fana*, *f* in *v* mutata, probante Passerat. et Heins. Advers. I, 3, pag. 26. *hospita tesqua* vel *tesca* ex Varrone et Festo placuerunt Gebhardo, nec reiecit Passerat. sed recte Broukhus. notat, non amare Propertium vocabulis uti rancidis et obsoletis.

35. *Fontis -- lymphis*) *F. e. e. circoque sonantia l.* ita Scaligerum emendantem secutus est Broukhus. quod manifesto vitiosum. Quo enim referas *sonantia?* Miror praeterea, *circo* pro *erro*, ut *circare* pro πλανᾶν Graecis, placere potuisse, quum hoc sit verbum obsoletum, ne dicam *erro* et *circo* eiusdem significationis male cumulari. *circansque* etiam conj. Scaliger. Heinsius in Advers. I, 3, pag. 26, et notis Prop. pag. 756 corrigebat: *F. e. e. per tesqua* (vel *rura*) *sonantia lymphis.* Livineius emendabat: *circa resonantia.* In novem codd. et edd. vetustis est *circa*, quod verum esse adscripsit Markland. forte in ultima litera vocis *circa* latet prima alterius vocis, quae exciderit, ut r-

olim scriptum fuerit *circantra* et legendum *Fontis e. e. circum antra sonantia lymphis*. In Askew. corrupte *egens ferro*. Versu seq. *Vel cava*, aut *Sed cava* malim. *fulmine* et omissa voce *palma*, vitiose in meo pr. *flamina* in edd. priscis.

37. *Audistisne -- orbem ?)* *sustinet* in Mentel. uno Leid. Heins. et meo pr. pro *tergo* mallem *collo*, si per membranas liceret. Pro *terra recepta* vitiose *suscepta* in Neap. et *desensa* in Dresd.

39. *Quis -- clavae ?*) pro *audit* in Voss. tert. *sentit*, unde forte, quia *Audistisne* praecessit, melius legeretur *sensit* verbo magis efficaci. Deinde *notas* ex coniectura edidit Broukhus. cui favet scriptura corrupta Voss. sec. et quarti *novas*, quum in plurimis codd. ut duob. Leidd. Voss. tert. Askew. Dorv. sec. et meo pr. legatur *natas*, ut in vetustis edd. *varias* in uno Vatic. Regio et Dorv. pr. quod non displicebat Marklando. Sed recipienda videtur Vat. pr. Voss. pr. et Commeliniani cod. lectio *vastas*, quam adiuvat Neap. in quo *vatas*, id enim perpetuum fere apud poëtas ferarum maiorum epith. (recte, sed hanc ipsam ob caussam *vastas* non minus quam *novas* et *varias* grammaticis deberi opinor. Praefero *notas*. K.), atque ita Passerat. et Schrader. Emend. pag. 91; in meo autem sec. cod. *vacuas* et in marg. pro varia lect. *notas*. Heins. Advers. I, 3, pag. 27 conj. *stratas*.

41. *Atque -- tenebras ?*) *homini* in Neap. Mentel. Dresd. Colbert. Borrich. Groning. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorv. et meis. *cessisse tenebras* conj. Heinsius. Seq. versus lacuna sic suppletur in Colbert. Heins. binis Leidd. tribus Voss. Dresd. Dorv. pr. et meo: *Accipit haec fesso vix mihi terra patet*, qui v. occurrit infra vs. 66: *Accipite haec fesso* etc. Borrich. Groning. Leid. sec. Voss. tert. et Dorv. sec. ut in priscis edd. *Accipit hic festo* Dorv. pr. *Accipit hic fesso vix m. t. patet* in meo sec. *Accipe haec fesso* in Askew. *Accipit et* Neap. *At post haec* vet. cod. Perreii, Colot. Vatic. pr. ac sec. *Accipite hunc* legebat Livinei. Francius suppleri posse adscripserat hoc versu: *Ora-*

que tergemini conticuisse canis. Non male, si a cod. quodam confirmaretur.

43. *Quodsi -- amarae*) *Quid si* Vatic. pr. Voss. pr. et sic Heinsius Advers. pag. 27. *feceritis* Voss. tert.

45. *Sin — Terrent*) *aliquem* male in Regg. Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Heins. duob. Leidd. tribus Voss. utroque Dorvill. meis codd. et priscis edd. *septaeque* corrupte in Dorvill. pr. *Sole praeusta* cod. Scalig.

47. *Idem ego Sidonia* etc.) *palma* Voss. tert. *Symonia* vitiose in Neap. Pro *Lyda colu* in plerisque codd. etiam Dresd. et edd. priscis *Lydo colo*, de quo vid. Voss. de Analog. I, c. 31; sed alterum recte praetulit Broukhus. Vid. Valer. Fl. VI, 448; Iuvenal. Sat. XIV, 249; Stat. Sylv. III, 1, 173, ubi vid. Markland.

49. *Mollis et hirsutum* etc.) *cepit me* in Heins. et meo pr. Pro *cepit* Heins. conj. *sepsit*, mallem *cinxit*, ut Francio etiam placebat, ut legitur ap. Ovid. Fast. II, 320; Heroidd. IX, 65. (At *cepit* videtur verbum exquisitius, pro excepit l. continuit, inclusit, cinxit. Iuvenal. XI, 195: *capit circus hodie totam Romam.* XIII, 74 al. K.) Altero vs. Heins. ad Ovid. Art. A. I, 161, et in notis Prop. pag. 757 emendabat: *Et manibus duris apta tabella fuit*; et per *tabellam* intelligit flabellum, quo moto Hercules ventilaverit Omphalae, quod officium servile Lydae puellae ab Hercule praestitum describit Fast. II, 310; hac significatione etiam *tabella* occurrit Am. I, 2, 30. Posset etiam legi: *Et manibus duris acta tabella fuit*, (sed, ut haud inepte ad h. l. monuit Broukh. *manus durae* Herculis nihil obstabant, quominus posset flabellum gestare atque eo ventulum arcessere, impediebant autem plurimum, ut ne scite posset atque apte lanam trahere. Kvin.). H. l. aliud Herculis officium, lanae nempe texendae, intelligi opinor, atque legendum: *Nec manibus duris apta quasilla tuli*, quam coniecturam firmare videtur alter Propertii locus III, 11, 19; Cic. Phil. III, 4, ut recte emendavit Faërnus: *At vero huius domi inter quasilla pendebatur aurum*, pro *inter ancillas*, per *quasilla* enim intelligit ancillas lanam nentes. Burm.

Sed hac emendatione non opus videtur, quum ex ipsa orationis serie facile appareat, per *puellam* quasillariam intelligendam esse. Ovid. Heroid. III, 70: *Est mihi, quae lanas molliat, apta manus.* conf. et III, 11, 20. Kvin.

51. *Talibus -- sacerdos*) *et talibus* Voss. quart. Groning. et uterque Dorv. unde, ultima litera ex praecedenti voce *Alcides* repetita, scribendum videtur: *sed talibus.* Mox pro *canas -- iuncta* Cod. Dresd. *flavas -- iuncta.*

52. *lucoque abscede verendo*) ita in omnibus codd. et edd. legebatur ante Broukhusium, qui ex sola tantum coniectura sua edidit: *lucoque age cede verendo*, repetitione quidem non invenusta, sed quam emendationem in notis proponere, quam textui inserere, praestat. Markland. quidem coniecerat etiam *age cede*, sed simul adscripserat, verius esse *absiste*, ut Virgil. Aen. VI, 259, quod valde placet.

56. *Quae se -- casa)* Heins. ad Ovid. Am. III, 14, 10 legebat: *Qua sese admota vindicat ara sera*, aut *immota sera.* Cod. Dresd. *Qua se.* Mox *Magnam Tiresias* etc. in plurimis codd. etiam Dresd. et editis, male. Vid. Politian. Miscell. c. 80, et Acidal. ad Curtium VIII, 11, 24.

60. *Avia -- fluit*) *liminis* perperam in edd. priscis, et cod. Dresd. male etiam *fuit* pro *fluit*, quod recte probarunt Heinsius, Fruterius, alii. *secretis* Dorv. pr.

61. *Sic anus*) *Haec anus* in Heinsiano.

63. *vicerat aestum*) *liquerat aestum* in Dorv. sec. a manu pr. sed *vicerat* tuentur ea, quae notavit Bentlei. ad Horat. Epist. II, 1, 6, pag. 620. Burm. Mox pro *vix* Pocchus dat *vis* et ita corrigebat Puccius. Santen. *in Addend.*

65. *nunc me -- Accipit*) *hinc mundi* Groning. *vix me* legit Wakker. in Amoenitt. literar. c. 12, pag. 108; sed *vix*, ter hac ipsa repetita voce, ab ipso auctore scriptum dubito. *Accipito* Heinsius.

67. *Maxima quae -- repertis*) Pro *quae* Pocchus annotat *qua.* -- *Max. quae et gregibus* Voss. quart. *Maxima-*

que in meo pr. Pro *repertis* malim *receptis*, a Caco nimirum retractis.

69. *Haec -- puellis*) *veneranda* in omnibus fere codd. meis et edd. antiquis, sed *temeranda* legendum adscripserat Heins. idemque monuit Advers. I, 3, pag. 28; ad Ovid. Pont. II, 2, 27, et recepit Broukhus. Mox *Hercule exterminium noscit* in Voss. pr. et meo sec. sed in quo *nescit*. Dorvill. pr. *Herculis extremum*. Vulgata *eximii* est in meo pr. *Hereulis externi* Heins. in notis ad Prop. pag. 757, vel *Herculis aeternum* Advers. I, 3, pag. 28. certe pro *eximii* melius conveniret *invicti*, si codd. adiuvarent, perpetuo illius epitheto.

71. *Sancte pater etc.*) *cum iam favet* Voss. pr. pro *inesse* Guyetus ex codd. Passeratii malebat *adesse*.

73. *Nunc quoniam manibus*) *Hunc quoniam* Borrich. Colbert. Groning. Leid. pr. Voss. et Dorv. cum meo sec. *Hinc* Heinsius. Dein *senserat* in Regio, Leid. sec. utroque Dorv. Askew. et priscis edd. *sanxerit* in Heins. et meo pr. *sanxerat* Dresd. Mox *Hic Sancum* pro *Sic* Heinsius. *Sanctum Tatiae* in omnibus fere codd. et edd. antiqq. quibus consentiunt duo Leidd. tres Voss. Dorvill. pr. et meus sec. *Tatiae manus* in Colbert. et altero Regio. *Sanctum Tatiae comp. cures* in Askew. *composuere manus* Leid. et meus pr. *curae* pro *cures* Dorv. sec. a manu pr. *Tatii Cures* verissima lectio est, quamquam Scaligero, qui legit *Tatii*, adversatur Passeratius, qui *Tatiae* praefert et monet, urbem posuisse poëtam pro populo. Vid. Cluverium Ital. Ant. II, pag. 675; Heins. ad Ovid. Fast. II, 135.

ELEGIA X

Qualiter appelletur Iupiter Feretrius inscribitur haec eleg. in Borrich. *Quare Iupiter sit dictus Feretrius* in Dresd. meo cod. pr. ut fere in priscis edd. *de Iove Feretrio* in meo sec.

4. *ex facili lecta*) *e facili* in Neap. Groning. Askew.

Leid. sec. tribus Voss. utroque Dorv. et meo sec. *laeta* in pr. et Heinsiano.

5. *Imbuis -- palmae*) *Induis* vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. Dorv. pr. et meus sec. *inbuere* in Colotiano. *omnibus exemplum* in Heins. et meo pr. mox *evvio* in Borrich. Askew. Voss. pr. et utroque Dorv. *ex vivo* Neap. *eximio* in Dresd. duob. Leidd. Voss. tert. et quart. Groning. meoque pr. et antiquis edd.

7. *portas Caeninum* etc.) *Cecinum* in pr. et quart. Voss. Dorv. pr. *Ceninum* in meo utroque. Sed rectius cum diphthongo scribi, monuit Broukhus. (nam Stephanus ipsam urbem Καινίνην vocat. K.) et mox *Caenina ductor ab arce.* Vid. Cluver. Ital. Ant. II, pag. 664; Drakenb. ad Liv. I, 10, pag. 54. Pro *Acrona* recte *Acronta* Broukhus. praetulit, quod firmatur a Neap. Mentel. Excerpt. Scalig. Borrich. Groning. aliisque codd. et priscis edd. In eod. Voss. tert. corrupte *Acheronta.* Mox *potentem* in meo sec. *petentes* Dorv. pr. Deinde *Victor nec versum* in Neapol. Voss. pr. et quart. Askew. Dorv. sec. et meo altero. *et inversa cuspide* Dorvill. pr.

10. *horror erat*) cod. Scalig. *hector.* male.

11. *ex -- Quirinis*) *Quirini* perperam in omnibus fere codd. et edd. priscis; sed recte *Quirinis* in cod. Scalig. ut edidit Broukhus. Vid. Bentlei. ad Horat. I, 2 extr. et ad IV, 15, 9. *ausus spoliare* male in Mentel. et pr. Leid.

13. *Hunc videt -- turres*) *Nunc videt* Borrich. Voss. pr. et meus uterque. *Hunc vidit* vitiose in priscis edd. *librantem* in Neapol. Excerpt. Scalig. Groning. Voss. tert. et quart. utroque Dorv. et meo sec. in reliquis *vibrantem* (quod Broukh. praetulit, quum *vibrantem* praepingat gestum obequitantis Caeninensium ducis, atque arma ostentantis, more lacessentium aliquem ex hostili agmine ad singulare certamen. Frequenter haec verba in codd. permutata sunt. Vid. praeter Heins. ad Ovid. Heroidd. III, 125, et Markland. ad Statii Sylv. pag. 248 et 266 laudatos; Drakenb. ad Sil. It. IX, 523; XV, 426. Kuin.). *occupat ante vates* in Neap. Mentel. Askew. Borrich. duob. Leidd.

tribus Voss. altero Dorv. et meis: sed in sec. cod. marg. *deos* pro varia lectione. *vobis occupat ante rates* in priscis edd. sed *votis ratis* vera lectio. Vid. Heins. ad Ovid. Met. IV, 387. Mox *hic hodie tibi vict. corruat Acron* legendum videtur cum Heins. Advers. I, c. 3. *Voverat et spolium: corruit ille Iovi* male distinguitur in meo utroque.

17. *Vrbis -- suevit)* *virtutemque* in Voss. pr. h. e. *virtutumque*, ut in Dorvill. pr. et meo sec. quod placebat Marklando. Dein *Qui tulit a porco* corrupte in Neapol. *aperto* Voss. pr. sed *a prisco* in Heins. et meo pr. Vs. 19 *idem et fuit* Livineius.

20. *Et — iuba)* *cui galea* in vet. cod. Perreii, Colot. et pr. Vatic. *Stat galea* Heins. in notis Propert. pag. 758. *hirsutis iubis* Groning.

21 *Picta — pyropo)* *victa* in Heins. cod. et meo pr. *neque inducto* in Neapol. Groning. Askew. Leid. sec. tribus Voss. pr. Dorvill. et meo sec. *palma* Borrich. *flamma* Groning. Voss. pr. et quart. sed quod ex voce *fulgebat* petitum. Mox *laesi boves* male in Dorv. sec.

23. *Cossus at insequitur)* distichon hoc sequenti postponitur in pluribus codd. sed illud eo ordine, quo illud collocavimus, in aliis codd. legi, et legendum esse recte docuit Schraderus Emend. pag. 181, (nempe animadvertit: Livium et Dionysium consentire, Tarquinium cepisse Nomentum, adeoque de Romuli temporibus dici non posse: *ultima praeda Nomentum* K.) *Cossus et* Dresd. *Cossus et inde sequitur venientis* in Dorvill. pr. *Veienti* in sec. *venientis* etiam in Borrich. et Voss. tert. Dein *Vincere tum Veios* Voss. quart.

26. *Nomentum — Corae)* *iugera pauca* praetulit Broukhus. quod certe melius quam *parva*, ut in Leid. sec. et Voss. tert. Vid. eum ad Tibull. I, 1, 2; sed *iugera terna* in vet. cod. Perreii, Colot. et duob. Vaticc. et huic lectioni favent codd. in quibus *terra*, ut in Neapol. Reg. pr. Colbert. Askew. Borrich. Groning. Leid. pr. duob. Voss. et Dorv. pr. *trita* in pr. Vatic. et altero Regio, unde *trina* Heins. coniecerat. *terna* probavit Lips. Antiq. Lect. II, 20. (recte. ex *terna* ortae sunt lectiones *terra* et *trita*; sed

pauca est Grammaticorum interpretamentum, et *pauca* atque *parva* saepius a librariis confusa. Vid. Heins. ad Ovid. Met. II, 788; Fast. III, 66; Pont. III, 1, 60. Burm. ad Ovid. Fast. III, 192. K.) *capta* in Mentel. Heins. et meo pr. unde Guyetus *capta iugera pauca Cora* legebat. *chorae* in duob. Leidd. et Voss. pr. ac tert. et Askew.

27. *Et Veii veteres, et vos tum* etc.) sic legi in Palatino et Commeliniano Gebhardi, testatur Freinshemius ad Flor. I, 12, 11, ubi etiam vid. Rupertum. Neque aliter in Mentel. Leidd. Voss. Regio, Colbert. aliisque codd. habetur. *et vos quoque regna fuistis* conj. Heinsins. Sed probo et amplector, quod in Voss. quarto legitur, *et Volscum regna fuistis*, ut e Vatic. Lipsius Ant. Lect. II, 20 (qui explicat: *Et vos Veii olim fuistis, et regna item Volscorum, et in vestro foro aurea sella ius dictum, at nunc intra muros pastoris buccina lenti Cantat* etc.) licet repudiaverit Bronkhus. (qui repetitionem, quam, si de una Veiorum urbe sit sermo, Lipsius indecentem vocat, magis putat compositam ad commiserationem: Et vos, o nobiles Veii, et vos tum regna fuistis, qui nunc boum pascua) et ad hanc lectionem nos manu ducunt et vestigia praebent codd. in quibus *vos cum*, ut de suo pr. testatur Broukhus. et in Borrich. Heins. et meo utroque. (At *cum* et *tum* saepius in codd. permutantur, vid. Obss. Misc. tom. IV, pag. 436; Drakenb. ad Liv. VI, 23, 3, tom. II, pag. 361; ad Sil. Ital. I, 40, ut *cum* et *dum*, vid. Burm. ad Phaedr. III, 10, 12; Cortius ad Sallust. Iug. LXII, 8; CI, 5; Drakenb. ad Liv. I, 40, 1. Kuin.) An *regna Volscorum* a poëta recte dici potuerint, constabit ex libro Ant. Ricchi de Regno Volscorum (*Reggia de' Volsci*), qui lib. II, c. 3 ita hunc locum affert: *Et Veii vet. Volscorum regna fuistis*. Schraderus e cod. Groning. *et vos tum regna f.* probat Emend. c. 9, pag. 181. *Vos Veii vet. tum Volscum r. f.* legebat Guyetus. *Volscum regna* etiam affert Fabrettus ad Inscr. Ant. c. 3, pag. 129, ubi Veiorum interitu. Idque etiam probasse videtur Demsterus, quia sic locum hunc producit lib. II de Etrur. Reg. c. 2; ubi ex *aurea illa sella*, seq. vs. memorata, reges in Etruria ius dixisse colligit,

quamquam eod. libr. c. 52 *et tunc vos regna fuistis* affert, *praeda fuistis* in edd. vetustis. Burm. Lectionem *et Volscum regna fuistis* ferri posse, non nego; sed vulgarem lectionem *vos tum*, tot codd. auctoritate munitam, et commodissimum sensum praebentem, praefero. K.

29. *pastoris buccina lenti*) *laeti* in aliis. Mox *arma* in Mentel. Borrich. Heins. duob. Leidd. Voss. pr. et quart. *ferunt* Dorvill. pr. *metunt*, relicta lacuna, deest in cod. Heins. et meo pr.

31. *Colloquiumque — dedit*) *factus* in pr. Leid. *fractus* in Mentel. unde Heins. legebat: *Colloquiumque sua fractus ab urbe dedit.*

34. *Vineaque — opus*) *Vinea qua inductum* in Borrich. meo pr. aliisque codd. sed recte *Vinea qua ductum* in Colot. Neapol. Borrich. Askew. pr. Leid. tribus Voss. utroque Dorvill. et meo sec. et sic legebat Schrader. *cogebat* in Regio. *regebat* in pr. Voss. et meo sec.

35. *Forti -- concurrere*) *concurrite* in Borrich. et meo pr. *fortes* legebat Markland.

36. *Nec -- gradum*) *Sit* in pr. Leid. et meo. *gradu* in plerisque codd. et edd. antiqq. *Nec mora: se pleno sistit uterque gradu* legebat Guyetus. Sed *sistit uterque gradum* corr. Heins. ad oram ed. Ald. *pleno sistit uterque gradu* in notis Propert. pag. 758. Vid. eum et ad Ovid. Pont. II, 7, 77. *figit uterque gradum* conj. Markland. ut ap. Val. Fl. VII, 550; sed Virg. Aen. VI *Siste gradum* etc. utrumque enim probum est. *pleno gradu* etiam Lipsium legisse notavit Broukhus. qui tamen *plano sistit uterque gradum* praetulit (quum in omnibus libris legatur *plano*, et Lips. ac Passerat. in suis habuerint *gradum*), quod iuvari posset Senec. loco Thyest. 927. *stabilem in plano figere gressum*, vel si *plano gradu* probetur, *sistit* pro sistitur, (ut ap. Plaut. Curcul. II, 3, 8; Tacit. Ann. IV, 20) cum Gronov. exponit, quem sequitur Editor Elector. Eton. Minor. pag. 138, et *gradum* ab aliis reponi improbat. Burm. *Plenus gradus* esset *gradus citatior*, vid. Liv. XXXIV, 15; Vegetius de re milit. I, 90; Manutius ad

Cic. ad Div. XII, 16, 7; Heins. ad Claud. Rapt. P. III, 441; et voces *plenus* ac *planus* a librariis passim commutantur in codd. Vid. Drakenb. ad Sil. It. III, 532; Cortius ad Sallust. Iug. XLIX, 5; sed hoc loco *plano -- gradum* vera lectio est. Kuin.

37. *desecta Tolumni*) *decepta* in pr. Leid. et Voss. tert. a man. sec. *decerpta* Voss. quart. *Columni* vitiose meus sec. in cuius marg. ad *Latias manus* legebatur, *al. Romuleas*. Sed quae glossa est; unde tamen quis forte emendare posset, *Romuleas iuvere manus Di*, *secta* etc. Sed non opus est. Altero vs. non male Guyetus legebat: *Romanos sanguine lavit agros*.

39. *Claudius Eridanum* etc.) *Claudius a Rheno* legebatur antea in codd. et edd. antiqq. et mox *Belgica cum vasti*. (*bellica* in Palat. Gebhardi. eadem lectionis varietas ap. Sil. It. X, 77. K.) in cod. Scalig. *Belligera vasti*, unde Scal. legebat: *arcuit hostes Belligerans*, *vasti* etc. possis etiam: *arc. h. Belliger. at vasti* etc. *Bellica cui vasti parma* Guyet. et Heins. *palma* pro *parma* in Mentel. Heins. Dresd. Leid. pr. et Voss. tert. Sed *Eridanum* ex Guyeti emendatione bene reduxit Broukh.

41. *Virdumari genus* etc.) *Britomani* in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. *Vircomani* Dresd. *Virtomani* Neapol. et Askew. *Virdomati* Borrich. Heins. et meus pr. *Vertomani* Leid. sec. et Dorv. alter. *Vncomani* Voss. pr. et Dorv. pr. cum meo sec. in cuius marg. *Butomani* pro var. lectione. *Virdomari* in Leid. pr. et Voss. tert. *Viridomarus* Serv. ad Virg. Aen. VI, 856. *Virdomarus* scribendum censet Fabric. ad Orosium IV, 13. Vid. et Dausquei. ad Sil. It. pag. 19. *Virdoniarus* corrupte in Inscript. ap. Sponium in Miscell. Erud. Antiq. pag. 243, et *Virdonarius* in eadem Inscript. ap. Murator. tom. II, pag. 870, 3; add. Maffeium in Musaeo Veron. pag. 120; et Comitem Caylus in Antiqq. tom. III, pag. 426. *Virdumari* in aliis Marmoribus. (et hanc scribendi rationem, *Virdumari*, Broukhus. et Vulp. sequuntur, ita quoque expressum in ed. Burm. ita et Fasti Romani. Sed nihil incertius in historia Romana, quam no-

mina propria Germanorum, quum Germanica latino ore durum quid sonarent, praesertim illis temporibus, quum veteri sua lingua loquebantur, ex qua derivanda sunt omnia illa vocabula, quod recte dudum monitum viris eruditis. Quae sunt verba Arntzenii ad Aurel. Vict. de vir. ill. c. 45 init. ubi eadem scriptionis varietas. K.) Pro *Rheno* in Passerat. cod. *Brenno* et ita legebat Heins. qui Advers. I, 3, pag. 28 totum locum sic constituebat: *Claudius a Rheno traiectos arcuit hostes Bellica cum vasti parma relata ducis Virdomari: genus hic Brenno ducebat ab ipso Mobilis erectis fundere gesa toris*, vel *Indomitum genus hic Brenno* etc. Vid. eum et Graevium in Epistolis mutuis tom. IV Syllog. pag. 428 sqq. et pag. 435, ubi *erectis toris* exponit brachio exserto.

42. *Nobilis -- rotis*) *Mobilis* habet vet. cod. ap. Pocchum et Perreium. pro *gaesa* vitiose *caesa* vel *cesa* in codd. *et rectis* cod. Dresd.

43. *Illi — braccis*) Pro *iaculantis* in Leid. sec. est *iaculatns*, in Dresd. Voss. quart. et meo pr. *iaculatis*. in *agmine* et *inguine* (sic Dresd. al.) variant hic codd. *iaculanti ex agmine* in vet. cod. Perreii et duob. Vaticc. *iaculantis ab inguine* edit. Reg. Lep. Volsci, Beroald. Aldd. Heins. ad Ovid. Met. VI, 311 legit: *Illi virg. iaculanti ex inguine b.* vel pro *Illi* substituit: *spicula* ad oram ed. Ald. *ab inguine* tuetur Casaub. illo Persii: *ducentis ab inguine telum* Sat. V, 4, pag. 363. alteram lectionem: *virgatis velantibus inguina braccis* laudat Passerat. Vide et Graev. epist. pag. 437. *velantibus* agnoscunt etiam collationes Colotii. Burm. cod. Dresd. *bracis*, in reliquis *braccis*, et haec posterior scriptura usitatior. Sed Graeci βράκαι dixerunt, vid. Dausquei Orthogr. P. II, pag. 61, unde *bracis* semper scribendum monuit Oudendorp. ad Lucan. I, 430, ubi quoque in codd. *braccis* et *brachis* et *bracis* extat. Kuin.

45. *Nunc spolia* etc.) *Haec spolia* in Voss. pr. et meo sec. *feretur* corrupte in Heins. pro *Feretri*. Dresd. *tua* pro *tria* male. Altero vers. Heins. corr. *Nominis*, *ut certo* etc. vel *Nominis*, *exerto dux ferit* etc. pro *omine* etiam *crimine*

in Voss. pr. et Dorv. pr. pro *certo* in Dorv. pr. est *circo. ense latus* in cod. Scalig. *ante ducem* in antiqq. edd. sed *ense* in vet. cod. Perreii, Neap. Colot. Dresd. duobus Vatic. Borrich. aliis. Heinsii vero correctionem confirmat eiusdem Perreii cod. et sec. Vatic. in quibus *Nominis*.

47. *Seu quia -- ferebant*) *quis victa* Leid. pr. *Seu quod* Dresd. *haec arma* in omnibus fere codd. sed *huc* recte a Broukhus. emendatum; vel *huic*, Iovi, cum Heinsio. *Sic Feretri* Heinsius.

ELEGIA XI

Epigramma in Paulum inscriptio est in exemplari MS. membranaceo Venantii Lupacchini et Burm. cod. pr. *ad Paulum* in altero, Borrich. Colot. et plerisque edd. vetustis. *epigramma Corneliae ux. P.* in cod. Dresd. *Cornelia maritum alloquitur* in libro Pocchi, vet. cod. Perreii, Vatic. pr. et sec. *Cornelia ad Paulum maritum* in ed. Beroald. *Cornelia Paulo* in edd. Mureti et Plantinianis. Burm.

1. *Desine -- sepulcrum*) Stat. Sylv. V, 1, 176. *Parce, precor, lacrymis, saevo nec concute planctu Pectora*, nec crucia *fugientem coniugis umbram*. Vid. vs. 84 not. Kuin.

2. *nigra*) alias *dura* vel *dira* Latin. Latinius in biblioth.

3. *Quum semel* etc.) ordo huius et adhaerentium distichorum, quem exhibui, est in omnibus codd. scriptis et edd. Scaligeriana antiquioribus, quae pariter ac codd. in tota hac elegia ne versum quidem loco moverunt. Haec, de quibus agimus, disticha Scaliger. ipse intacta reliquit. Sed Barth. Advers. XLIV, 26 sic constituebat: *Cum semel* etc. *Nempe tuas lacrymas* etc. *Te licet orantem* etc. *Non exorato* etc. Francius autem et Broukh. ita: *Te licet* etc. *Nempe tuas* etc. *Quum semel* etc. *Non exorato* etc. Koppiersius Obss. Philol. c. 12 ita: *Desine, Paule* etc. *Nempe tuas* etc. *Te licet orantem* etc. *Panditur ad nullas* etc. *Quum semel* etc. *Non exorato* etc. Burm. in notis ad Lotich. tom. I, pag. 305 emendabat: *Infernas intrarunt funera sedes.* Quod etiam

adstruit Schrad. Emend. pag. 181, atque ita olim Heinsius, sed postea recte improbavit. SANTEN. Beckius Commentar. I de interpretatione scriptt. vett. ad sensum veri et pulcri etc. pag. 47 versus ita ordinandos censet: *Desine*, *Paule* etc. *Nempe tuas* etc. *Quum semel* etc. *Non exorato* etc. *Te licet orantem* etc. *Panditur ad nullas* etc. KVIN.

4. *Non exorato* etc.) Markland. *vias adamante factas* explicat: fores firmiter obseratas, et ideo *stant* dici, quod firmitatem denotat, Virg. Aen. VI, 552. (*Porta adversa*, *ingens*, *solidoque adamante columnae : Vis ut nulla virum, non ipsi exscindere ferro Coelicolae valeant. Stat ferrea turris ad auras*) Ovid. Met. IV, 452. Fruterius cod. suo adscripserat *exorando*. Pro *viae* Heins. not. Prop. conj. *fores* vel *serae*, quod postea recte damnavit, nam *viae* non sollicitandum docet epigr. Alcaei Anthol. III, pag. 408. BVRM. Anal. Brunck. tom. I, pag. 491: εὖτε σιδηρείην οἶμον ἴβης Ἀΐδεω. ubi Iacobsius Animadvv. ad Anthol. Gr. tom. I, P. II, pag. 362, σιδηρείην οἶμον explicat *duram et inevitabilem*. οἶμον ἀφυλο-μένων vocat auctor epigr. 692; Anal. Brunck., tom. III, pag. 299. *Est mala*, *sed cunctis ista terenda via* Prop. III, 20, 22. Quicquid autem durum ac satis firmum, Graecis et Latinis *adamantinum* vocatur, vid. Graev. ad Hesiod. Scut. vs. 136. KVIN.

5. *Te licet* -- *aulae*) *Me licet* Borrich. *fuscae* legitur ap. Mirandulam et in omnibus codd. et edd. antiquis. *furvae* conj. Heins. in not. Prop. et ad Ovid. Met. III, 273. recepissem hanc emendationem, si vel unus cod. addixisset, propr. enim dicitur de rebus inferis.

8. *Obserat* -- *rogos*) *herbosos*, quod edidit Broukhus. sensu mihi incognito, est in Burm. cod. pr. Francii primo, Groning. Heins. Mentel. Borrich. Neap. ed. Ven. 1475, Reg. Lep. Volsci, Aldd. Iunt. Colin. Gryph. Scalig. Grasseri, Wechel. at *umbrosos* habent Voss. pr. Burm. sec. Dorvill. pr. vet. cod. Perreii, Vatic. pr. et sec. Vicent. 1481, Beroald. Muret. Rovill. Plantiniana, utraque Raphelengiana et Passerat. legitur etiam inter variantes Pocchi et Minturni; emendaverat ita etiam Puccius, Dousa P. et Markland. quo-

rum hic praeterea legebat: *Obsidet umbrosos lurida Parca locos*, vel *Poena*, Tisiphonem intelligens, adscripto loco Virg. Aen. VI, 555. *locos* defendit Schrader. Emend. pag. 183. *choros* volebat Koppiersius et olim Heinsius, ut primo *goros*, dein *rogos* scripserint librarii. Nec minus tamen mihi probatur correctio Hemsterhusii, legentis ad Lucian. tom. I, pag. 423: *Obserat umbrosas lurida porta domos*, apposito nostri loco III, 12, 33; add. Valer. Fl. I, 781. *obsecrat* est in cod. Lupacchini. SANTEN. Hemsterhusii correctionem *lurida porta domos*, (πύλη Ἀΐδαο Theocrit. Id. II, 180. νερτέρων πύλας Eurip. Hippol. 1447. σκότου πύλας Eurip. Hec. Pr.) probavit quoque Iacobs. Animadvv. in Eurip. pag. 14. *herbosos* haud dubie adscripserat codici suo Grammaticus, qui sciret, flores, corollas, unguenta etc. rogo ingesta fuisse, vid. ad el. VII, 33: retinendum ergo *umbrosos*; neque reiiciendum *rogos*, quod codices, versus qui sequitur, et Propertii loquendi mos quaesitus, et in hac inprimis elegia audacior, commendant. KUIN.

9. *Sic moestae cecinere* etc.) pro *quum* cod. Dorv. habet *dum*. Dousa P. initio vs. legebat *sat*: sed *sic* servant omnes codd. et edd. quod omnino tenendum, quia Cornelia huc usque repetiit, quae in genere de mortalitate et fati necessitate in eius naenia cantata erant, hoc demum versu de se locutura, quae observatio etiam facit, ut Koppiersio non adstipulari possim, qui hoc distichon sequentibus postponendum existimat.

12. *Profuit -- meae*) *proficit* male in Dorvill. pr. Heins. in notis Prop. » forte: *thalami pignora tanta mei*: lege: *formae pign. t. meae.* « Equidem *famae* servo. *sanctae* habent membranae Lupacchini.

13. *Num -- parca*) *Non minus* in omnibus codd. etiam Dresd. et in ed. Ven. 1475, Reg. Lep. Volsc. Beroald. 1500 ab Avantio curata, etiam Pocchus pro *Num* notat *Non*. E cod. tamen Groning. legendum *Num minus*, quas particulas boni scriptores coniungunt, et sic legitur in Vicent. Beroald. Ald. Iuntin. Colin. Gryph. Muret. Rovill. Plantin. aliis. *habui* edidit Scaliger. quod eius Excerptis,

uno tantum cod. confirmatum est, et receptum a Raphelengio, Passerat. et Broukhns. reliqui *habuit*, sed *habui* iam emendaverat quoque Puccius.

14. *En sum — onus*) *Et sum* codd. tantum non omnes, et edd. pleraeque. Solus Groning. isque non sine litura *En*, quod prima in textum recepit Rovilliana 1559, et recte quoque extat in Plantin. Rapheleng. Passerat. et Broukhns. idem probant Guyet. et Fruterius. Pro *En sum* Colbert. *ipsum*. cod. Dresd. *ipsum quae*. Codd. etiam fere omnes *legatur*, quod probat Heins. ad Ovid. Heroidd. X, 150 de ossilegio intelligens; sed *levatur* in cod. Groning. et Burm. pr. et edd. antiquis omnibus. Vossianus sextus biblioth. Leidensis n. 81 habet *legetur*, unde lubens legerim *levetur*, levari possit. Cornelia ubique de exsequiis suis, tanquam de re praeterita, non praesenti loquitur.

15. *Damnatae noctes*) *Damnatae o noctes* profert Pocchus.

16. *Et -- pedes*) Schrader. Emend. pag. 183 conj. *ulva*, quam coniecturam probat Burm. ad Lotich. tom. I, pag. 363. Potuit tamen Propertius praeter Styga paludem etiam cogitasse reliqua inferorum flumina, ut Tibull. III, 3, 37; Virg. Aen. VI, 369. nec male *unda* dici potest *implicare* pedes, quum et *alligare* dicatur Virg. Aen. VI, 439.

17. *Immatura — veni*) *Immutata* unde in Rapheleng. 1592 malum pedem intulerit, ignoro, nam prior Raphel. 1587 agnoscit *immatura*. Dousarum igitur non sponte illud editioni obrepsit. *tamen hic* in Borrich. Heins. et Burm. pr. sed in caeteris *huc*.

18. *Det pater -- meae*) *Det* est in cod. Francii pr. Groning. et Mentel. et in edd. omnibus. *Dat*, sive *Da*, superscripto *et*, in Voss. tert. et quart. *Dat* in Borrich. *Et* in Leid. sec. Koppiers. Obss. Phil. pag. 156 conj. *Deprecor huic umbrae* etc. *huc* in Groning. *huic* in Francii cod. pr. Heins. Mentel. Excerptis Modii, duob. Regiis, Borrich. et in edd. Scalig. et Broukh. quod et Markland. probat. *hinc* malebant Dousa, C. Barthius, ita et Puccius correxit. Mihi

placet *hic*, quod est in Voss. pr. Burm. sec. duob. Dorv. Colbert. et Askew. in editt. omnibus, quae ante Scaligerum prodierunt, nec Scaligero obsecuti sunt Raphelengius, Grasserus, Passerat. Gebhardus.

19. *Aut si quis -- urna) At si* affert Nestor in Vocabul. pag. 150, quod volebat Graevius in epist. ad Heins. tom. IV Syllog. pag. 224. *Nam si* idem pag. 217. *si quid* Heins. coniecisse videtur ex epistola Graevii ibid. pag. 224. pro *Aeacus* Koppiers. *aequior*, quum *Aeacus* vs. 21 fratrum nomine contineatur, ubi vid.

20. *In -- pila*) pro *mea* pr. Leid. et Dorv. sec. habent *me*. cod. Lupacchini *in meo*. Leid. pr. *sortitus*. cod. Dresd. *sortito*. Mox *iudicet* in omnibus edd. et plerisque codd. *vindicet* in Excerpt. Modii, Borrich. et Leid. uno. sed *vedicat* Francii primus et Burm. codex, et Heinsii, quorum lectionem integerrimam existimo, modo Heinsii simplex correctio admittatur: *Is mea sortita vindicet ossa pila*. *In ossa iudicet* Latinis auribus inauditum. Heins. in notis Prop. tentabat etiam: *In mea sortitam vindicet ossa pyram*, vel in Advers. pag. 30 *sortita pyra*, utrumque improbat Graev. tom. IV Syllog. Epist. pag. 221, 226, 229. ipse Graevius et Heins. ibid. pag. 229 et 232: *In mea sortitus vindicet ossa piae*, vel *sortito*. Koppiersius pag. 157: *Me mea sortitus vindicat ossa lapis*.

21. *Assideat frater* etc.) *assideat* Heinsii cod. *iusta* in duobus vel tribus. Inter *iuxta* et *Minoïa* Vatic. pr. et sec. interserunt *et*, omittuntque in fine hexametri, ubi et deest in Groning. Dorvill. sec. Mentel. Regg. Burm. sec. et edd. quae Scaligerianam praecesserunt. Habent in ultima sede *et* Dorv. pr. Heins. Vossianus, Mentel. vet. cod. Perreii, Borrich. edd. Scaligeri, et quae post eum prodiere. Apud Pocchum inseritur *et* inter *intento* et *turba*, ita: *Eum. int. et turba*. Puccius eam in fine longi versus collocaverat. *Minoïda sellam* vet. cod. ap. Minturnum, Colot. Vatic. pr. Groning. Burm. pr. et Heins. quod receperunt Muret. et Canter. et probarunt Heins. Dorvill. et Graev. tom. IV Syllog. pag. 224. Heins. etiam Advers. pag. 414 sui cod. lectionem lau-

dat: *iuxta et Minoïda sella*. *Minoïa sella* legitur in Mentel. Dorvillianis, Scalig. cod. et reliquis codd. inque omnibus aliis edd. Malim: *Adsideat frater iuxta, et Minoïa sella*, ne nunc assessorem faciat Aeacum, quem modo iudicem quaestionis fecit. Statius Theb. VIII, 27. *Iuxta Minos cum fratre verendo Iura bonus meliora monet, regemque cruentum Temperat*. Conf. Burm. ad Suet. Tib. c. 33. Livineius conj. *Assideant fratres iuxta Minoïa sella*: quod non intelligo. Ordo autem huius et praecedentis distichi non est permutandus, ut iudici ante assessores locus concedatur. Deinde pro *intento* Excerp. Modii *in toto*. cod. Askew. *foco* pro *foro*. Graevius olim tentaverat *intendat foro* pag. 224, tom. IV Sylloges, sed postea reiecit. *In tanto* legendum conj. Passerat. nescio an *indicto* substituendum sit.

23. *Sisyphe -- orbes) cessent* vet. cod. Perreii, Colot. Vatic. pr. et sec. et vet. cod. ap. Pocchum et Minturnum, quod placebat Heins. et Graevio tom. IV Syllog. pag. 224 et 233. *iaceant* Ferrarii liber, ut et tentavit Heins. not. Prop. pag. 60; sed *taceant* in reliquis codd. et edd. omnibus recte legitur.

24. *Fallax -- liquor) Tantaliae* Voss. quart. *Tantaleae* Burm. cod. pr. et Heins. *Tantaleus* Excerpt. Modii. Vossius de Analog. II, 9 dandi casu Graeco accipiebat *Tantaleo*, a Ταντάλεώς· at praeplacet Aurati et Heins. coniectura: *Fallax, Tantaleo corripere ore, liquor*, certe Graevio valde arrisit tom. IV Syllog. pag. 224, et Burm. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 10.

26. *Sed -- sera) Pro vulg. Et* amplector Koppiersii emendationem *Sed. laxa* vel *lassa* est in codd. tantum non omnibus et in edit. Ven. principe 1472. *laxa* conj. etiam Auratus ad oram ed. Rovill. et probabat Broukh. in altera ed. sed *lapsa* in reliquis edd. et firmatur loco Petronii c. 16: *sera sua sponte delapsa cecidit*. Burm. Frequenter autem voces *lapsus*, *laxus* et *lassus*, ut verba *lassare* et *laxare*, a librariis confusa. Vid. Sil. It. VI, 278; Obss. Misc. tom. IV, pag. 389; viros doctos ad Ovid. Heroidd. II, 123; Petron. c. 82; Claudi. de Laud. Stil. II, 145; III, 228. K

27. *Ipsà — sororum*) *loquar* cod. Dorv. sec. Dresd. et Lupacchini, ita et conj. Heins. in not. Prop. et probat Graevius tom. IV Syllog. pag. 224. Pocchus etiam suppeditat *loquar*. Puccius emendaverat: *loquar* et *fallo*. Dorvill. sec. *fallar*, reliqui fere omnes et edd. antiqq. *fallor*; sed Vatic. pr. Groning. et Askew. *fallo*, quod primum excusum apud Muretum, quem optimus quisque editor deinde secutus. Esse formulam Propertio familiarem docet Brisson. de Formulis VIII, 8.

28. *argeat urna meos*) in Askew. male *una*.

29. *Si — decori*) pro *savita* Scalig. Exc. pro varia lectione habent *amoena*. vet. cod. ap. Pocchum et Minturnum legit: *fuit pavita trophea decori*. Puccius corr. *pavita decora tropheis*. Editio princeps 1472 *decori trophea*. Modii Excerpt. *proavita*, quod et servant Beroaldinae quatuor, quinta 1520 mutavit in *peravita*, quod in plerisque codd. et edd. veteribus et posterioribus legitur. *trophaea decori* in vet. cod. Perreii, Groning. Dorv. Beroaldi edd. Ald. 1515, Mureti, Plantinianis, Raphelengianis, Passerat. Broukh. *decora trophaea* Dorv. pr. Scalig. Excerpt. et Vicent. ed. *decora tropaei* in cod. Lupacchini, *decora trophaei* vel *tropkei* Burm. codd. et Francii, Borrich. Vatic. sec. Mentel. Leid. pr. Dresd. Voss. pr. Vossianus Heinsii, Brixien. Volsci, Scaligeri et Grasseri editio, cum quibus consentit *decora rophei* Venetae 1475, et *decorat trophei* Reg. Lep. et Ald. 1502. Barth. Advers. XLIV, 26 legit, *fuit proavis decorata trophaeis*, quod probat Burm. ad Ovid. Heroidd. IV, 158; si quem vero *proavus* pro *proavitus* offenderit, cum Francio et Koppiersio legat: *proavûm*.

30. *Afra — avos*) *Afra* restituit Scalig. ex antiqua lect. *atra*, quae in eius Excerptis legitur. *Afra* confirmatur a marg. cod. Colbert. probat et Graev. Syllog. tom. IV, pag. 221. *sera* Burm. pr. Francii, Heins. Borrich. Vatic. sec. et ap. Pocchum alia lectio extat *sera*, alia veteris cod. *vera*, ipse legebat *versa* pro eversa. *Era* Voss. quart. *Etra* Vossianus cod. Heinsii. *Aera* duo Leidd. Voss. tert. Modii Excerpt. sive Groning. Mentel. Colbert. Regius, Askew.

Harlei. Ven. 1475, Reg. Lep. Volsc. Aldus. Auratus conj. *Aera N. prisca l. a.* Vet. cod. Pucci habebat *vera*, ipse legebat *versa*, quod Minturnus etiam anuotavit. *Vera* quoque in Dorv. pr. vet. cod. Perreii, Regio, ed. Vicent, Beroald. Colin. 1534, Mureti, Plantin. Raphelcng. Grasser. quod non longe dissidet a Lipsii *versa* Antiq. Lect. IV, 4, quia Scipio Numantiam evertit. Idque ipsum *versa* habent Vatic. pr. Colot. margo vet. cod. Perreii et Vaticani sec. *vestra* Livineius conj. *Et Numantinos* est in Burm. sec. et Voss. pr.

31. *Altera -- Libones)* *Exaequar* Leid. sec. *exaequet* Excerpt. Modii. *hisce aequat* conj. Heins. in ora ed. Ald. Koppiers. *his aequat*, quod an necesse sit, dubito. *Libones* legeudum esse monuit Beroald. ad Sueton. Aug. c. 62, quae eius nota extat in ed. 1506: ita et correxit Puccius, et edidit Volscus, omnesque insecuti; legitur in solo Groning. reliqui codd. omnes, etiam Lupacchini, Dresd. ed. princeps, et Ven. 1475, Reg. Lep. Viceut. imo ipse Beroald. in ed. 1487 adhuc in textu habet *liguones*, sed in notis corrigit, quod receperunt in poëtae verba posteriores Beroaldinae: nec novum esse Romanis materno etiam genere gloriari, docet Periz. Animadv. histor. c. 3, pag. 155. Amicus vetus coniiciebat: *Altera maternos exaequant aera Libones* eo sensu, quo ap. Claudian. Cons. Prob. vs. 18: *Nec quisquam Procerum tentat, licet aere vetusto Floreat, et claro cingatur Roma senatu, Se iactare parem.*

34. *Vinxit -- comas)* *pinxit* Borrich. *vivat* Dresd. et Colbert. sed posterior in marg. *vinxit*, quod in reliquorum textu est. *adspersas* emendarunt Puccius et Minturnus, et invenerant in suis libris Pocchus, Ferrarius et Lipsius excursu ad Tacit. Ann. III extr. Saltem in vet. cod. Perreii, et Vatic. pr. et sec. legitur quoque *Iunxit et aspersas*, in reliquis codd. et omnibus edd. sola Broukhusii excepta *acceptas* invenitur. Heinsius etiam in ora Ald. tentabat *Strinxit et exspersas*, vel *obnuptas*, vel *inassuetas*, vel et, *Vinxit et adstrictas*. Guyetus *exceptas*.

35. *Iungor -- cubili)* Pro *sic* cod. Reg. Dresd. ed.

Reg. Lep. Ven. 1475, Vicent. Volsci habent *cum*. Puccius pro *sic*, sive *cum* emend. *non;* explicans: cum proposito unas tui dumtaxat novisse taedas. cod. Leid. pr. et Mentel. *descensura* -- BVRM. Cod. Vallierianus uno verbo *condiscessura*. Suspicor scripsisse Propertium: *non discessura*. Certe illud *sic* longius petitum, et hoc loco argutius dictum. HVSCHKE *in ep. critica ad Santen.*

36. *In -- legar*) *Et lapide* Guyetus. *Vt lapide* Graev. tom. IV Syll. pag. 222; et Heins. pro *hoc* divinabat *huic* Marcilius ad Horat. pag. 91 alii. Amicus eruditus: *In lapide o uni nupta fuisse legar!* Koppiers. mavult *legor*. SANTEN. Verissima lectio est *huic*, scioli cuiusdam additamentum fuisse videtur *hoc*, quoniam praecedit: *Paule*, *tuo*. Au, inquit Koppiers. apud inferos causam suam peroraus Cornelia lapidem habebat sepulcralem, quem demonstraret? Est enim *in lapide hoc* δεικτικῶς. Dici vero potuit, *huic uni nupta*, quamvis vocandi casu suum esset modo Paulum allocuta: nemo sciens poëtarum ad talia confirmanda requiret exempla. KVIN.

37. *Testor -- verendos*) *verendos* cod. Groning. marg. Colbert. et ap. Latinum Latinium, cui lectioni favet locus Ovid. Heroidd. III, 103. Vid. Drakenb. ad Liv. V, 28, 4. in reliquis *colendos*, quod a glossatore profectum videtur.

38. *Sub -- iacet*) *iacet* edidit e cod. Burm. pr. Heins. et Borrich. quod et Francio placuerat, alii omnes *iaces*. *tunsa* legitur in plerisque codd. etiam in cod. Lupacchini, apud Minturnum, in ed. principe aliisque antiquis, sed Avantius in ed. 1500 mutavit in *tonsa*, quod inde omnes edd. habent, firmatum cod. Borrich. Groning. Mentel. Broukhus. sec. et Colbert. Scaliger edidit *tanta*, ex codice. *tota* in mentem venerat Passeratio, *tosta* Verburgio.

39, 40. *Qui Persen -- domos*) Suspicor poëtam scripsisse: *Te Perseu, p. simul. p. A. Quique tuas proavo fregit Achille domos;* quod a codd. lectione et orationis contextu proxime abesse videtur. *Persen* est quidem in plerisque codd. et edd. sed *Perseu* in Vatic. pr. et sic coniecit Beroald. et editum est in quatuor prioribus Beroaldinis. *sti-*

mulantem in Lupacchini cod. qui et *Persem* legit, aliisque; *simulantem*, quod in aliis codd. extat, primus edidit Beroald.; cum secutae sunt edd. reliquae, et *simulantem* e tribus codd. defendit Broukhus. et Modius pag. 86. et Puccius *simulantem* emendavit pro lect. Reg. Lep. *stimulantem*, adscripto: *testor ipsum Aemilium, qui proavus meus Macedonas fregit.* Nescio an Propertius voluerit pungere Persea, quod falso Achillis animos, non secus ac genus, ostentabat. Conf. Liv. XL, 9; et hanc sententiam defendit Heins. ad Vellei. I, 9, 4, probatque Graev. tom. IV Syllog. pag. 227, 229, qui male damnat repetitionem vocis *proavus*, quae si eumdem Achillem respiciat, magnam elegantiam spirat. Sed *stimulantem* in omnibus aliis codd. et edd. ante Beroald. unde Lips. ad Vellei. I, 6, 5 formabat: *Et Persen proavo stimulantem pectus Achille*, exponebatque: excitantem se ad magna proavo Achille: atque ita Freinshem. ad Curt. IV, 6, 29, ex Sil. XV, 291 de Philippo, Persei patre; *proavoque tumebat Achille*: et hoc tuetur Heins. not. Prop. pag. 760 ad oram ed. Ald. et in Advers. pag. 31 vel *stimulantem pectora* Graecismo, et de superbia Persei exponit, quod non improbat Graev. tom. IV Sylloges pag. 224, modo codd. suffragentur. Pro *Achillis* legitur *Achilli* in Heins. Vossiano Heinsii, Burm. sec. In brevi v. omnes codd. habent *proavo*, ita et ed. Vicent. et Beroald. 1520. *proavos* legitur in Voss. quart. et Dorv. sec. *proavus* in uno Groning. et in omnibus edd. reliquis. *Proavo* legendum necessarium ob *Achille*, sexto casu. Nam ut illud vocandi casu ab *Achillus* accipiatur, cum Guyeto ad Terent. Heaut. V, 5, pag. 187, aut per apocopen dictum pro *Achillen* cum Vossio, aut Munckero ad Anton. Liber. c. 34, pag. 227 admitti nequit, quamdiu nulla poëtarum exempla proferantur. Vltimam vero in *Achille*, vocativo, h. l. male vulgo corripi, monuit Heins. Advers. pag. 31; Schrader. Emend. pag. 152. Conf. et Heins. et Burm. ad Ovid. Met. V, pag. 242. conj. quoque Heins. in Advers. pag. 31: *Quique suo tumidus fregit Achille domos*, vel in epp. ad Graev. *Quique suo fretas fregit Achille domos.* Vid. Graev. pag.

224. SANTEN. Iam ab Editore Elector. Eton. recte monitum, Corneliam non Persen innocentiae suae testem invocare, sed aliquem a maioribus, qui Persen eiusque domos fregerat. Vid. notas. Adstipulor igitur Heynio ad Virg. Aen. VI, 840 emendanti: *Qui Persen proavi simul. pectus Achillis, Et tumidas proavo f. A. domos:* quam emendationem verissimam, et a me in ordinem receptam, postea quoque probavit Santenius, vid. Heynius l. c. atque Waardenburgius in Obss. in Prop. Lingae 1794, pag. 7. KVIN.

41. *Me -- mollisse*) in Regio, Harleiano, ed. Vicent. et Beroaldi quatuor est *molisse*, in Dorvill. pr. *in ollisse*, unde Markland. formabat *violasse*, quod et Heins. ad oram Ald. et Rapheleng. notaverat, sed hoc deleto substituerat *solvisse*. cod. Dresd. *vidisse*. Deinde ante Scaligerum nemo edidit *vestros*, licet hoc reperiatur in eius Excerptis, cod. Francii et variantibus ap. Latinum Latinium; caeteri *nostros*, quod in Groning. Leid. pr. Borrich. Mentel. Colbert. Regiis, Dresd. Itaque in textum reduxi, quum et maiores non vocandi casu invocaverit.

43. *Non fuit -- damnum*) Cod. Burm. sec. et Voss. sec. habet: *Confuit eximii stantis Cornelia damni. fuit* in omnibus codd. et edd. praeter Scalig. cod. in quo *erat*, quod ipse cum Broukhus. recepit. Vnde *non tulit* Heins. conj. in not. *exuvii stantis* Vossianus Heinsii, *tantis* deest in pr. Leid. et Mentel. *damni* Voss. pr. Vossianus Heinsii et Dorv. pr. *dandum* Voss. quart. et Dorv. sec. *damno* conj. Markl. et Dousa P. sed ostendit Passerat. casum rectum pro dandi casu positum esse. Francius suspicabatur Propertium scripsisse: *exuviis damnum Cornelia tantis*.

44. *Quin et eram -- domus*) e cod. Groning. Broukhus. recepit *erat et*, legitur et ita in cod. Lupacchini: reliqui codd. et edd. *et erat*, et hoc vindicavit Markland. Virgil. loco Aen. VI, 778. *Quin et eram* cum Heinsio praefero, et ita emendaverat Puccius, et extat in vet. cod. Pocchi et Minturni. *erit* V. D. excogitavit ap. Koppiersium.

45. *Nec -- est*) *est* in fine abesse potest indice Koppiersio, nec habetur in Dorv. pr. nec Vicent. nec Beroaldi

quat. prioribus. Eldikius conj. *sine crimine totam Viximus.*

46. *Viximus -- facem)* Non vulgaris notae Burm. con iectura *insontes*, quam exemplari suo adscripserat, ut ap. Ovid. Met. IX, 373. Dryope: *Viximus innocuae.*

47. *Mi -- ductas)* *dictas* Heinsius, cui adsentiebat Graev. Syllog. tom. IV, pag. 222; sed eum refellit Broukh. Gratius Cyneg. vs. 154: *moresque ab origine ducti.* add. Ovid. Met. IX, 264.

48. *Ne possim -- metu)* *Nec* est in Francii pr. et Heinsii, et ed. Brix. in reliquis omnibus *Ne*. Broukhus. e sua et Francii coniectura *possum* edidit; quod improbat Editor Elect. Eton. qui ex collatione libri Bodlei. profert: *Ne possim*, ut legitur in Leid. sec. Voss. tert. et quart. Burm. pr. ed. Vicent. Beroaldd. Aldd. Muret. Plantin. Scalig. Raphelengg. Grasser. Passerat. Wechel. idque probant Heins. et Graev. Syllog. tom. IV, pag. 224. *possis* in Burm. sec. Dorv. sec. Vossiano, Heins. Colbert. Dresd. Regg. Askew. Venet. 1475, Reg. Lep. Brix. Volsc. unde *Nec possis* Guyeto placebat et Puccio. *Ne possem* in Leid. pr. Mentel. Groning. quod Livinei. et Wakkerus probabant. *Ne possem* et *possem* Pocchus annotaverat.

49. *Quamlibet -- tabellas)* *Quilibet* cod. Dorv. pr. et Lupacchini. Codd. fere omnes et edd. habent *Quaelibet.* Livineius conj. *Quamlibet*, quod probarunt Guyet. Graevius Syllog. tom. IV, pag. 227; Editor Elector. Mai. qui in uno *Qualibet* invenerat, Heins. Adv. pag. 32, ubi Excerpta etiam Italica sic habere monet, et Schrader. Emend. pag. 89, quum ex cod. Pocchus notaverit *Quamlibet* i. e. quantumvis; et *Quamlibet* annotaverit Minturnus, et ita in Cod. Colot. et Vatic. sec. exstet, et sensus ita exigere videatur; *quamlibet* in textum recepi. Pro *de me* Guyetus conj. *demum*. Koppiers. *in me.*

50. *Turpior -- meo)* *Turpior* nititur cod. Heins. et Heinsii Vossiano, duob. Dorv. Francii, Burm. sec. Groning. aliis, et edd. omnibus: *assessu* codd. Guyeti ap. Heins. in not. pag. 760, et Palmerii libro ap. Gebhardum. *Tristior assensu* Puccius conj. quod inter variantes Pocchi quoque

invenio, et *turpior accessu*. Cod. Lupacchini habet *a sensu*, Minturnus *assessu*. Dorv. sec. *ascessu*. Vatic. pr. unus Regius, editt. Beroald. et duo Colot. ap. Heins. tom. IV Syllog. pag. 232 *accessu*; sed *ascensu* in duob. Leidd. Voss. tert. et quart. Mentel. Groning. Borrich. Vatic. sec. Askew. *assensu* in Voss. pr. duob. Burm. cod. Francii, Dorvill. pr. ed. Ven. 1475, Reg. Lep. Vicent. Volsci, Ald. Muret. Scalig. et Grasser. *Tristior* est in vet. cod. Perreii. *At prior* in Excerptis Modii. *illa* in sec. Leid. et Voss. tert. *Tristior* vel *turpior assessu* probabat Lips. Ant. Lect. IV, 1. *Turpior a sensu* Barthius, quem refellit Burm. ad Anthol. Lat. tom. II, pag. 77. *At prior e sexu* conj. Heins. ad oram Ald. *At prior* probat Graev. Syllog. tom IV, pag. 227, 229. *e censu* Graevio memoratum, aliquando Heinsius, sed delevit. Idem *Strictior* vel *Castior e sexu* vel: *Strictior ad census non erit ulla meos*. quod defendit in Advers. pag. 32, et de tabellis diribitoriis comitiorum capit: vel, *Strictior at sexus non erit ulla mei*, vid. eius not. Prop. Advers. et epp. pag. 233 sqq. Eldikius conj. *Quaelibet a. de me f. umbra tabellas, Tristior ad sensum non erit ulla meum:* umbrasque nobiliores ad indicum munus vocari, monstrat ex Senec. Herc. Oet. vs. 2557. in eadem sede *umbra* divinaverat Broukh. in notis MSS. et Wassenbergius.

52. *rara ministra deae) cara* edidit Broukhus. ex coniectura Heinsii ad Ovid. Fast. IV, 219, et in not. Prop. qui tamen ipse *rara* praetulit. Vid. eius et Graev. epist. pag. 233 seq.

53. *Vel cui, commissos* etc.) Pro *vel cui* Harlei. *cuius*. sic et in Leid. sec. Voss. pr. tert. quart. duob. Dorvill. pro *commissos* habent *rasos* Burm. sec. Voss. pr. Vossianus Heinsii, Dorv. pr. *yasos* Dorv. sec. et Leid. sec. *hyasos* Askew. *lasos* Voss. quart. *extinctos* Harlei. et Voss. tert. *latet aliquid*, adscripsit Markland. forte *cuius castos*. pro *alba* est *alta* in marg. cod. Burm. sec.

55. *Nec te -- laesi*) In plerisque codd. est *Strabonia*, ut in cod. Dresd. Lupacchin. ed. princ. ed. Ven. 1475,

Reg. Lep. Vicent. et Brix. *Scribonia* tamen in duob. Dorv. quod restituerunt Volscus, Beroald. etiam Puccius.

57. *Maternis laudor* etc.) Pro *querelis* ap. Latinum Latinium *tumultu*. Deinde *deffensa* in ed. Vicent. *Defensa* est in omnibus codd. etiam in Ven. principe 1472, et Ven. 1475, Reg. Lep. et in ipsius Volsci ed. 1488, qui tamen in notis ait: *emenda*, *defleta*, quod habent Beroaldinae, Aldd. Muretinae, Plantinianae, Raphelengg. al. sed recte *defleta* eiecit Scaliger, et cum eo Broukh. *defusa* Lips. Antiq. Lect. IV, 1.

59. *Ille*, *sua* -- *sororem*) Lipsius Ant. Lect. IV, 1 praefert lectionem cod. Colotiani: *Ille suam natam indignam vixisse sorore Increpat;* sic quoque legitur in vet. cod. Perreii, pr. et sec. Vatic. cod. Pocchi, Ferrarii libro, inter Puccii variantes lectiones et vet. cod. Minturni. Non videtur Propertius tam importune Augusto filiae dedecus exprobraturus fuisse, sed potius eam laudando adulaturus. In quo si peccarit, habet multorum exempla, quibus se defendat, et hoc tempore Iulia, femina singularis ingenii, a multis colebatur, relegata demum annis circiter quatuordecim postea. Wakker. in Amoenit. Lit. pag. 110 conj. *Ille sua nata dignam vixisse sorores*, intelligens *Parcas*, quas sic absolute dictas non memini: attamen *sorores* exhibet cod. Palatinus. Heinsius in notis tentabat: *Ille sua natam dignam vixisse sorores.*

61. *Et tamen -- honores*) pro *Et* vult *Sed* Koppiers. Ovid. tamen Amor. III, 1, 47: *Et tamen emerui plus, quam tu, posse, ferendo multa.* Heins. in Advers. pag. 33 conj. *Et tanti emerui generosos testis honoris*, apud quem in notis occurrunt quoque, qui *ventris* legerint; uti *venter* pro *infante* ap. Horat. Ep. 17, 50, ubi vid. Bentl. *generosae vestis* arridebat Burmanno et Koppiersio. Mihi placet *stirpis*. Santen. Scaligerus ex hoc loco colligi posse putabat, matronas eas efferri solitas ornamentis consularibus, quorum filii curules magistratus gessissent. Recte vero hanc Scaligeri expositionem repudiavit Broukhus. quum Cornelia admodum adolescens mortua, duos quidem reliquerit filios, sed pueros,

qui per aetatem nullum gessisse potuissent magistratum curulem; probat ergo Beroaldi explicationem, quam in notis attulimus, qua admissa, non necesse est, ut corrigamus *stirpis* cum Santenio. *Emerui* pro admodum merui; ut e saepe in compositis auget, vel pro simplici *merui*. Vid. Burm. ad. Suet. Aug. c. 24; Drak. ad Sil. VII, 19. K.

62. *rapina domo*) *toro* tentat Heins. Advers. pag. 33.

63. *Tu*, *Lepide* -- *levamen*) Ita ex Groning. recte primus recepit Broukhus. ita etiam in Colotiano, reliqui codd. omnes et edd. plur. *Te* -- *te*, quod pendeat a sequenti *vidimus*.

64. *Condita* -- *sinu*) pro *vestro* in Askew. *nostro*. In Dorv. pr. *limina*, sed *lumina* in Vossiano Heinsii, Dorv. sec. Mentel. Burm. sec. Scalig. Excerptis, Dresd. Colot. Groning. ap. Lat. Latinium, ed. Vicent. Beroaldd. Scalig. posteriore, Raphelengg. Passer. Broukh. *lumina* agnoscit quoque Ferrarius, et emendat Puccius. *lumina vestra* in codd. Fulvii et Mureti ap. Lips. Ant. Lect. IV, 1. *numina* est in Burm. cod. pr. Heins. Reg. ed. Venet. 1475, Reg. Lep. Volsci, Aldi, Muret. Plantin. Scalig. priore, al. *nie* in Askew. Fruterius et Heins. conj. *Condita sunt nostro nomina vestra sinu*. Scaliger in pr. edit. in notis conj. quoque *Condita sunt vestra lumina nostra manu*, quod fugit Heins. ad Ovid. Trist. III, 3, 44; Graevium pag. 227; Francium et Markland. idem tentantes.

66. *Consule* — *soror*) Pro *facto* Askew. *pacto*. Pro *soror* Harlei. *fuit*, unde *fui* tentari queat. Koppiers. proposuit: *Consule quo*, *festo tempore*, *rapta soror*. Fruterius et Heins. ad oram ed. Ald. conj. *ex tempore*. Editor. Elector. Eton. censebat *tempore* glossema esse, et pro eo Heins. in not. ad Prop. *tu mea*, vel *tu modo*, Idem ad oram ed. Ald. et in ep. ad Graev. pag. 229, 233 Syllog. et Broukhus. toti loco medicinam magis violentam adhibebant: *Consule quo fati crimine rapta soror*.

67. *Filia* — *paternae*) in optimis quindecim nostris, vel quorum Excerptis utimur, codd. est *specimen* et in ed. princ. ed. Vicent. post quam immerito exulavit ab editionibus

usque ad Scalig. qui illud restituit, et assensores nactus est Raphelengium, Passerat. et Broukhus. idque antea ex codd. restituendum monuerat Lips. Ant. Lect. IV, 1, et ad Tacit. Annal. III, 4. *specimen* daut quoque Pocchus et Ferrarius, et restituit Puccius, annotavit quoque Minturnus. In quatuor codd. et edd. reliquis est, *speciem*. Cod. Lupacchini: *Filia tu specimen censura nota*. Broukhus. ex Lipsii coniectura recepit *nata*, et ante eum Raphelengius, quod firmant cod. Heinsii, eiusdem Vossianus, Mentel. Groning. Francii, Borrich. Colbert. Dresd. *nacta* Voss. tert. duo Dorv. Harlei. Heins. in not. *Filia*, *da specimen censurae nupta paternae*, vel *pacta*. Sed satius in vulgata acquiescere.

68. *Fac teneas unum* etc.) Pro *virum* Markland. legebat *torum*. Hoc autem et duo sqq. disticha Scaliger post vs. 96: *Prole mea Paulum* etc. traiecit, nulla ratione addita. Sed Schraderus hanc traiectionem probavit Emend. pag. 184, speciosis additis argumentis. » Versus, inquit, huius elegiae foedissime perturbati sunt. Ipsa ratio tamen Criticos docere poterat, eam sic contextam fuisse, ut Cornelia, virum solata, causam oraret, causaque perorata, liberos illi commendaret, ipsosque officii et pietatis patri praestandae admoneret. Itaque recte Scaliger versus *Filia tu* etc. in finem carminis reiecit. Sed hoc amplius ultimi versus ponendi sunt ante versus: *Nunc tibi commendo*. « Sed non video, quare, si Cornelia sterilitatis turpitudinem a se amolitura, vs. 63, duos filios memoraverit in causa agenda, non filiam quoque memorare possit; et cur, quum in Scaligeriana transpositione de filiis quidem, sed nondum de filia mater locuta sit, dicat, totam catervam in exequias suas venisse? nam vs. 97 et 98 Scaliger et Schraderus conglutinant vs. 66. Immo vero egregia animi sensa et exempla pietatis erga liberos et amoris erga maritum, post mortem etiam superstitis, in ipsa causae actione iudicibus ad sui commendationem, atque adeo toti posteritati exponit et ostentat. Sed praeterea Scaligeri et Schraderi ordo hoc quoque habet incommodi, quod, eo admisso, non commendetur patri filia, quia nulla eius mentio commendationem

praecessit; nec moneatur novercam ferre, nec adeo ipsi mater vitam longaevam apprecetur, quam filiis vovet vs. 95, nec filia sit inter testes, qui matrem ad sepulcrum fleverint vs. 99, quas salebras omnes, si vulgatum codd. ordinem retineamus, evitabimus; denique nihil opus erit confugere ad durum illud *fulcito* vs. 69, aut ad Heinsii explicationem *fulcite*, *tu ac vir* (cuius nulla mentio fieri potuit in hoc carmine); sed *fulcite* continuata oratione ad omnes liberos referatur.

69. *Et -- volenti*) pro *Et* Withofio placuit *Vos* in Encaen. Crit. pag. 321. *fulcire* est in Voss. pr. quod volebat etiam Heins. ad oram Ald. et in Advers. pag. 34, ut sit pro, fulciare, seu fulciatur. *fulcito* Graev. tom. IV Syllog. pag. 227, 229, 233.

70. *Solvitur -- malis*) Editionum ultra viginti et Codicis Groningani lectio est: *Solvitur*, *aucturis tot mea fata malis*. Fruterius explicat: lubens moriar, ne plura, si supervivam, videam mala. Aquam hic sibi haerere fatetur Lips. Lect. Ant. IV, 1; depravatissimum locum vocat Heins. Advers. pag. 34. *auctoris* Dorv. pr. *unturis* Scalig. Excerpt. *in curis* Dresd. *iuncturis* Heins. et Burm. pr. ut ap. Lipsium etiam, ubi alii duo *solvar iuncturis*, unus *solvit* (quod sane exquisitius, quam *solvitur*) *iuncturis*. Cod. Lupacchini, Leid. pr. Voss. pr. tert. quart. Burm. sec. Dorv. sec. Vossianus Heinsii, Mentel. Modii Excerpt. Borrich. ed. princeps, ed. Ven. 1475, Reg. Lep. Volsci, *uncturis*, quod etiam ex cod. profert Minturnus. *solvit venturis* habent pr. et sec. Vatic. vet. cod. Perreii, Pocchi, Colot. Alius vero Colotianus ap. Lips. et alius Pocchi cod. vet. ap. Minturnum et Puccius habent: *Solvitur haud ullis stant* (i. e. constant) *mea fata malis*: quae Lipsio supposita videbatur lectio. Graevius tamen Syllog. tom. IV, pag. 230 inde exsculpserat: *Solvitur*, *haud ullis post mea fata malis*. Idem pag. 227 conj. *Solvitur aucturis non mea fata malis*. Heins. in Advers. pag. 34 tentabat *ursuris*, et in ora Aldinae, ubi etiam *aucturis*. Editor Elect. Eton. tentabat: *Solvit*, *lucturis tot mea fata meis*, non infeliciter, nisi quod nimius

suorum luctus Corneliae causa esse non debuerit, cur morte gauderet. Quodsi haec sententia placeret, videri possit Propertius in animo habuisse illud Solonis ap. Stobaeum Serm. CXXI, pag. 610: Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς· add. Cic. Tusc. I, 49. Legi quoque fortassis posset: *Solvit, vecturis tot mea fata vadis*, dicit *mea fata* i. e. me fatis agitatam. Pro *fata* in Heins. et Borrich. est *facta*; pro *malis* Palmerius *bonis* legerat. Santen. Koppiersio Obss. Philol. pag. 176 totum hoc distichon spurium videtur. Conieceram aliquando *Solvit, adaucturis non* etc. eum librarii verbis activis perperam terminationem passivam addere, vid. Drakenb. ad Liv. XXXIX, 22, 8, et verba composita in simplicia mutare soliti sint, vid. Flor. I, 18, 12, §. 16; Cic. Catil. II, 8, 26 al. Sed iam in Graevii emendatione: *Solvitur, aucturis non mea fata malis*, acquiesco, quae facillimum et commodissimum sensum praebet, et a codicum lectione minus recedit. *aucturis non mea fata malis*, οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος Anal. Brunck. tom. II, pag. 410, epigr. XVII. Sensus verborum: *mihi cymba volenti Solvitur* omnino est: mors mihi non acerba, lubens Ditis domos et regna ingredior. *Solvitur* pro solvebatur vel soluta est. Saepius enim tempore praesenti utimur pro imperfecto, quia cogitatione redimus in tempus illud, quo accidisse illa narramus; loquitur praeterea Cornelia animo vehementius concitato, et quum antea liberos allocuta sit: tempore praesenti pro imperfecto, in hac orationis serie, commode uti poterat. Exempla huius enaliages passim obvia, vid. III, 7, 22, 22, 13; Terent. Eun. IV, 4, 58; Virg. Aen. XI, 172 al. Kuin.

72. *Laudat -- rogum*) Pro *rogum* volunt *torum* Schrader. Emend. pag. 184, et Koppiersius.

77. *Oscula -- matris*) *matrem* in cod. Burm. pr. Heinsii, Francii, duob. Broukhus. et edit. Vicent. *nr.* et *mater* est in codd. pluribus, ut Lupaccbini, Dresd. al. *abice mater* ed. princ. *mater* ed. Ven. 1475, Reg. Lep. Brix. Volsei; sed elegantior est lectio *matris*, quam Beroaldus in textum recepit, quem reliqui editores secuti sunt; quod mihi quo-

que faciendum putavi, praesertim cod. Groningano clare *matris* exhibente.

79. *Et -- illis*) Pro *Et* volebat *Sed* Burmannus *quid -- eris* ab omnibus edd. sed a nullo cod. nisi a Groning. (forte ab Excerptis etiam codd. qui cum edd. consentiebat) confirmatur, reliqui: *quis erit*. cod. Dresd. *eras*. Mox pro *falle* in cod. Voss. tertio *fige*, quod favet Koppiersio, ita ex ingenio refingenti. Burm. conj. *finge*. Sed *falle* bene se habet.

81. *Sat -- fatiges*) *sint* in Excerpt. Modii, Groning, et Vatic. sec, quod primus edidit Scaliger, dein Rapheleng, Dousa, Passerat. et Broukh. reliqui codd. et edd. *sunt*. Puccius emendaverat *sint*, et habet Pocchus. *fatigas* est in Dorv, pr. Burm. sec. et in Vossiano Heinsii. Mox pro *credita* Voss. tert. et quart. praebent *tradita*, quod erat quoque in Commelin. Gebhardi, et iuvat optimam Graevii coniecturam, *reddita* i. e. data, Syllog. pag. 222, 224, tom. IV.

83. *Atque -- loqueris*) *loquaris* in uno Voss. quart, Deinde *tace* in plerisque codd. et edd. ad Beroaldi usque tempora, qui *iace* recipiendo posterioribus editoribus praeivit, idque firmatur cod. Groning.

86. *Sederit -- toro*) *cauta* est in omnibus codd. et edd. Heinsius tamen ad Ald. et Francius proposuerunt *torva*. Vir doctus in Obss. Miscell, Vol. II, pag. 116 *pacta* vel *ducta*, ibid. *casta* Dorvill. qui tamen existimat, *cauta* posse exponi, privignorum curam gerens, quae cavebit, ne male audiat. Vid. eum ad Charit. pag. 682.

88. *Capta -- manus*) in Colbert. est *nostris*, in Leid. pr. *nostri*.

90. *Vertet -- suas*) *Portet* in Regio, Venet. 1475, Reg. Lep. Volsci, quod Heins. in not. monet factum esse ex *portet*.

91. *Seu -- umbra*) Pro *umbra* Koppiers. *urna*, male, vid. I, 19, 9 sqq. Deinde *dixerit* nonnulli, ut Dresd. sed plerique *duxerit*.

93. *Discite -- senectam*) *sentire* omnes scripti et editi, quod quomodo explicandum sit, non facile dicas. Amicus

Editoris Elector Eton. excogitavit *lenire*, quod Koppiers. et Schrader. Emend. pag. 183 probant. Heins. in notis ad Prop. et ad oram Ald. *sarcire* vel *sancire*, ut IV, 9, 73, vel *fulcire*, vel *sepire*; neque his deterius puto, quod Wassenbergio in mentem venit: *venturae iam nunc servire senectae*.

94. *Caelibis — via*) *ne* pro *nec* Heinsius, probante Graevio Syllog. tom. IV, pag. 227. Forte scripserit: *Caelibis a cura ne vacet ulla dies*, nempe, a curando caelibe. nam *valet ulla vias* Neap. tam Vossii, quam Heinsii manu.

95. *Quod mihi detractum est* etc.) *est* omittitur in Voss. tert. et Modii Excerptt. agnoscitur a Groning. aliisque. *iuvet* habent codd. omnes, etiam Lupacch. Dresd. ed. princ. Vicent. et Beroald. et Broukh. quod probant Graev. tom. IV Syllog. pag. 222, et Markland. reliquae *iuvat*. Heins. ad Ald. *Di! iuvet. prole meae* pro proli, Guyet. ap. Heins. in not. *si iuvet* ap. Pocchum.

97. *Et — lugubria sumsi*) *Et* in edd. omnibus, et Dorv. duob. *En* in Colot. Vatic. pr. et apud Lat. Latininm, quod etiam Passerat. profert; et ita legere Pocchus iubet, nec aliter Minturnus adscripserat. *Si* in cod. Lupacch. Leid. pr. Voss. quart. Burm. pr. Heins. Mentel. Modii Excerptt. Groning. Borrich. *Sed* in Excerpt. Scalig. quod placuit Marklando, Burm. ad Lotich. pag. 294, et Schradero pag. 184. *At* Koppiersio, omnibus ordinem diversum a nostro secutis. Equidem praetuli *Et*, quoniam hic nihil triste praecessit, sed laetatur Cornelia, liberos sibi superstites esse. Deinde codd. nescio an omnes et edd. quae Volscum et Beroald. antecesserunt, habent *lubrica* vel *lubricia*, vel *lubrigia sumptum*, sic ed. princ. Volscus recte edidit *lugubria sumsi*, ut Beroald. et sic reliq. edd. Groning. cod. hic quoque veram lectionem exhibet. *bene* in Leid. pr. et Borrich. repetitur post *habet*; etiam *nunquam* bis legitur in nonnullis codd. et edd. A Burm. pr. et Heinsii *nunquam mater* absunt. In Voss. pr. et Groning. *unquam*. A Scalig. Excerptt. abest *mater*.

99. *Causa perorata est* etc.) Pro *Dum* in Borrich.

cum. Cod. Lupacch. *rependat*, sed *rependet* Burm. pr. Heins. Borrich. pro *me* Heins. ad Ald. scribebat: *iam*. Pro *vitae* Heinsius, forte *vittae*. Markland. ad Stat. Sylv. pag. 243 *vitae rependit* coniungit, non *pretium vitae*, ut Broukhus. qui *humum* intelligit de inferis. Editor Elect. Eton. legebat: *Tum pretium vitae grata rependat humus.*

101. *Moribus -- merendo) potuit sint* Dorvill. pr. *sin* Borrich. *sum* Fruterius allevit. *merendo*, au, ut Virg. Aen. VI, 664: *Quique sui memores alios fecere merendo.* Puccius explicat merito morum. Burm. Anthol. Lat. lib. IV epitaph. Vincentiae 135. *nam mens aeterna profecto* Pro meritis *potitur sedibus Elysiis*, ubi vid. Burm. tom. II, pag. 155. Hercules Oetaeus ad matrem Alcmenam ap. Senec. vs. 1965 seq. Virtus *in astra tendit — Me iam decet subire coelestem plagam.* Vid. Heins. Advers. I, 2, pag. 17. Kuin.

102. *Cuius — avis) vehantur equis* in Voss. pr. Burm. sec. Dorv. pr. Scalig. Excerptt. Vossiano Heinsii, Modii Excerptis, et Groning. vet. cod. Perreii, Colot. Vatic. pr. vet. cod. in Pocchi exemplari, cod. Lupacch. Ferrarius, Minturnus, ed. Vicent. Volsci, Scalig. al. Scaliger, qui *equis* probat, censet, matronas, quae filios curulibus magistratibus functos relinquerent, efferri honorariis vestibus, curru et sella curuli. Vellem unum exemplum moris, quem memorat, apposuisset, et sane non esset, cur amplius de sensu huius loci solliciti essemus. (Neque tamen, si vel maxime apposuisset huius moris exemplum, exinde probari posset, Corneliam elatam fuisse honorariis vestibus, curru et sella curuli, quod reliquisset filios curulibus magistratibus functos. Vid. Obss. ad vs. 61. Kuin.) Beroald. quoque in notis explicat: *equis triumphalibus*. Heins. in notis: *tensa vehatur equis*. Graevius Syllog. tom. IV, pag. 221 seq. *ora vehantur equis*, et refert ad tensam, vel currum, quo in pompa circensi traducti sint propinquae cognationis mortui, qualem Liviae decrevit Claudius ap. Sueton. c. 11. Markland. *Cuia coronatis ossa vehantur equis.* Male. Sed pro *equis* legitur *aquis* in codd. duob. Leidd. Voss. tert. et quart. Borrich. Mentel. Burm. pr. Dorv. sec. Heins. Francii, marg.

Colbert. Regg. Askew. Harlei. ed. Ven. 1475, Reg. Lep. Brix. Beroaldd. Aldd. Colinaeanis, Gryph. Muretinis, Plantinianis, Grasseri, et hanc lectionem probat Lips. ad Tacit. Livineius et Turnebus Advers. XXIII, 7. Plerique moti loco nostri el. 7, 55 sqq. hanc lectionem priori anteposuerunt, et ob illum ipsum locum reposui: *Cuius honoratis ossa vehantur aquis.* Francius: *umbra vehatur aquis*, sed bene Broukh. et Hemsterh. ad Lucian. dial. select. pag. 14 docent, *ossa* notare ipsos Manes. Nihilo tamen minus praefero elegantissimam emendationem Heinsii *avis*, qui proprie *honorati* dicuntur, quod hic *aquis* vix convenit. Huic coniecturae vel maxime favet Albinovani imitatio vs. 330: *Ille pio (si non temere haec creduntur) in arvo Inter honoratos excipietur avos.* Heinsii coniectura in textum recepta Broukhus. *honoratis ossa vehantur avis* explicat: manes sui vehantur *in Elysium apud avos suos.* Heins. lectionem suam Advers. pag. 34 exponit: cuius ossa in maiorum meorum condantur monumento. Idem in eumdem sensum in notis ad Albinov. vs. 330; ad Ald. et in notis et ap. Broukhus. corr. *fruantur avis* vel *ferantur avis* i. e. inferantur ad avos, tumulis avorum. (Sed *vehere* dicitur etiam pro portare, vid. Gronov. Obss. III, 5, pag. 357. K.) Offendere tamen adhuc potest *ferri avis* pro ad avos (at verba simplicia centies ponuntur pro compositis. K.), unde forte ipse Heinsius in ep. MS. ad Graev. et ad Raphelengian. *fleantur avis*, et Burm. *petantur*, possis etiam *terantur avis* i. e. ossibus avorum premantur, arcte iuncta sint, sive commisceantur. Amicus eruditus volebat: *Moribus Elysium patuit. Sum digna merendo, Cuius honoratis ora fruantur avis.* — Santen. Lectionem *honoratis* vel *coronatis equis* (vid. III, 1, 10) admitti non posse, in promtu est. Neque vero etiam altera lectio, *honoratis aquis*, commendabilis est. Frigidum enim, ne dicam ineptum sensum parit. Et quis unquam scriptorum veterum *aquas* dixerit *honoratas*? Locus el. 7, 55 sqq. quem huius lectionis defensores laudant, nihil ad illam confirmandam facit, et plane ab loco alienus est. Itaque cum Broukhusio praeclaram Heinsii emendationem: *Cuius*

honoratis ossa vehantur avis (i. e. ad avos, in Elysium) in ordinem recepi, quum ea non longe recedat ab antiqua scriptura (sic supra el. 8, 58 *aquas* et *aves* permutata sunt in codd.); ipsius Corneliae verbis vs. 30 sqq. 37 sqq. confirmetur, et exquisitam ad vere poëticam sententiam offerat, eam nimirum quam in notis ad h. l. proposui. Nam de Corneliae tumulo, de quo plures cogitarunt, admissa lectione *sim digna merendo*, quae omnium codd. auctoritate confirmatur, commode sermo esse non potest. Cornelia enim iam tumulata, conf. vs. 1, non poterat dici sperare, se tumuli avorum participem fore, sperare vero et optare suo iure poterat, ut in Elysium ad illustres avos veheretur. Kvin.

Imprimatur.
Bessone pro M. Cancellaria.